


Ex Bibliotheca Monasterii S:
viti Civ: Rotham

# DE FORMVLÆ REGNANTE CHRISTO

In veterum monumentis

VSV,

Iuſtas pro Regibus maximis PHILIPPO I & II, ſummaque Regum omnium poteſtate, vindicias complexa

DIATRIBE.

Auctore D. BLONDELLO.




AMSTELODAMI,
Apud IOANNEM BLAEV.
M DC XLVI.


MARIANUS D:G: ABBAS MONASTERII S. VITI CIS ROTHAM.

# PETRO & IACOBO
## Puteanis fratribus,
### Viris Illuſtribus,
### D. BLONDELLVS S. P.



IMperatum, viri Illuſtres, penſum, ſola veſtra benevolentia fretus, nulla confectæ operæ fiducia tumidus, offero; cui accurando & abſolvendo par necne fuerim, veſtro eruditorumque omnium judicio permitto lubens, ac mei prorſus ſecurus, qui veſtram de qualibuſcunque ſtudiis meis ſpem confirmare, amicumque ductum ſequi unicè in vobis habeo. Quid enim iis denegare auſim, quorum in ære ab antiquo me eſſe profiteor? Quid de favore publico mihi ſpondere non poſſim, veſtro munitus? Quidni de *patria pro* qua *dulce & decorum mori*; de Regibus patriæ parentibus, quos, * *æternum vivere*, † *imperio ſecuro*, *domo tuta*, *exercitu forti*, *Senatu fideli*, *populo probo*, *orbe quieto*, (*quæcunque hominum & principum vota ſunt*) gaudere, nunquam non Φιλοπάτριδες optavêre; de veritate, cui ſe ſuaque omnia & Reges & populi debent, benè pro modulo mereri, & ad juſtas pro antiqua Regum Majeſtate vindicias, toto impetu ferri eorum incitamentis geſtiat animus; quorum & infucata vita cenſura morum

* Dan. 6. 21.
† Tertull. apol. c. 30.

 eſt,

eſt, & cœleſtis ingenii vis ad patriæ communis decus exortum jubar, & congeſta à multis annis omnigenæ eruditionis penus, ad perennis inſtar fontis, ex quo indeſinentibus officiis invitati indigenæ & exteri certatim haurire aveant? Euanida Arnaldi Squerreri, qui *quamprimùm animum adſcribendum appulit, id ſibi negotî credidit ſolum dari, populo ut placerent quas feciſſet fabulas*, ſomnia vel ſolo contemptu, prout merebantur, difflare, eorum quibus *tantas eſſe aliquid putare nugas*, quomodocunque in mentem venit, errorem revincere, veramque formulæ *Regnante Chriſto* actis adſcribendæ cauſam inveſtigare, & facillimum ab initio fuerat, & fieri à cordatis omnibus exemplo veſtro debuerat. Sed cùm malè affectos nonnullos patrum memoria, *quicquid* unquam *Græcia mendax in hiſtoria auſa* eſt, temeritate ſumma, fide nulla, in rerum Francicarum Commentarios convehere minimè puduerit, aggeſtas ab iis quiſquilias everrere, immortalem Regum maximorum famam, deterſis calumniarum ſordibus, in integrum reſtituere, veterem erga Regium nomen ac Majeſtatem obſervantiam in memoriam hominum revocare, hiſtoriam patriam ex parte eruderare, ſingulos temporibus ſuis eventus operoſiore cura reddere neceſſe fuit: ad pleniſſimam veri aſſertionem, corruptelarumque adobruentium purgationem, quædam deſiderare coactus ſum, ex *Fontis Ebraldi* archivo, & necrologio repetenda; Chartam nimirum

qua

qua *Altam Brueriam* dotalem ſundum à Bertrada Regina ſanctimonialibus datam conſtat; annumque ac diem, quo eadem mortalitatem explevit, ut & ex *Alta Brueria* epitaphium ejus tumulo inſcriptum; Sed quæ ad manum non fuere, alii fortaſſis impetrabunt, & publici juris facient; Ego quod in me erat præſtare, fidemque liberare conatus ſum, vos Francicique nominis ſtudioſi omnes, boni conſulite. Opto vos viri Illuſtres ſemper benè valere. Dabam Pariſiis 6. Kal. Martias anni 1645.

# Sequentis Diatribes Synopsis.

## PRÆFATIO,

### SECTIO PRIMA.



### SECTIO SECVNDA.



13. *Qua*

## SECTIO TERTIA.



1. *Quo*

## SECTIO QVARTA.



DE

# DE FORMVLÆ REGNANTE CHRISTO In veterum monumentis uſu, DIATRIBE.



QVod Majoribus per omnes retrò ætates inauditum fuerat, affecto jam decimo quinto Chriſtianæ æræ ſeculo Francorum noſtrorum auribus primùm inſonuit, peregrina de formulæ REGNANTE CHRISTO in veterum monumentis uſu, ſententia, ut infeliciter fœcundum parentem, ſic faciles ad fabulas patronos ſortita eſt: nec ipſa (quæ cordatis omnibus ſtomachum movere debuerat,) novitas, excluſi nudiustertiùs commenti faſtidium fecit, ſed curioſa, ſomniiſque alienis plus æquo indulgentia ingenia delenificâ neſcio qua dulcedine adeò ineſcavit, ut quod olim de Athenienſibus memorabat S. Lucas, eos nimirum *εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαιρηκέναι ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον*, de ſæculi noſtri hominibus doctrinæ ſolidioris in ſpeciem avidiſſimis, & credi & dici non immeritò potuerit. Hinc factum ut impune hactenus laceſſitâ, effectiſque ad ludibrium probris adſperſâ maximorum Regum majeſtate, hiſtoriæ Francicæ veritas aggeſtis undique ſordibus obruta, imò ſemiſepulta, ac penè triumphata fuerit; quantumvis *neminem, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium regionum*, ei *præſcribere poſſe* certo certius ſit. Profundo merſa ut pulcrior eveniat: I. Novæ ſententiæ propugnatorum autoritatem ad juſtas lances appendere; II. Philipporum noſtrorum (quos à legitimè ductis uxoribus divertiſſe negare neceſſe non eſt) æter-

Actor.17.21.

Tertull. de virg. vel. c. 1.

æternitati dicatam famam, ab omni injuria pro virili vindicare, & historiam densis, scriptorum sive malevolentia, sive incuria, tenebris obrutam elucidare; III. Comportatis plena manu formulæ REGNANTE CHRISTO exemplis, genuinum ejusdem usum ὀφθαλμοφανῶς demonstrare, spurium, (quod Deus Opt. Max. bene vortat, omnesque & singuli φιλοπατρίδες comprobent) ἐς κυνόσουργης amandare decrevi.

## SECTIO I.

*Quotquot occasione censuræ, qua Philippi Reges notati sunt, formulam* REGNANTE CHRISTO *actis adscriptam prodiderunt, nullam in hac parte fidem mereri.*



QVi primus præterito Philippi Regis nomine, hac REGNANTE CHRISTO formula monumenta publica consignata somniavit, frater N. Mediavilla Morlanensis Franciscanorum familiæ sodalis, Arnaldi Squerreri & Michaëlis Bernisii vernacula lingua scriptis collectaneis abusus, Chronicon anno 1456 Gastono IIII Fuxensium Comiti decimo sexto, anno demum 1472 denato inscripsit, cujus titulo 8, quo Bernardi II vita descripta est, hæc ad verbum habentur à Clar. Costano in cap. *novit ille*: de Iudiciis annotata: *Et mourut a la prese de la cita de Damieto en l'an* 1098, regnant Iesus Christ. *& est sabedour perque a quel an fout titulat*, Regnant Iesus Christ, *car fout estremat a lo Philippe de France a quello gracio perso que lon Papa Vrban l'avio escumengat.* Id est. *obiit in Damiatæ civitatis debellatione anno* 1098, regnante Iesu Christo, *id verò scitu dignum annum illum*, Regnante Iesu Christo, *titulatum fuisse, hæc enim Philippo Franco gratia ob id ipsum adempta est, quod eum Vrbanus Papa excommunicaverat*, & paullò post, *Tournat que fout am Bertho, l'y fout tournado aquello gracio.* Id est, *simulac cum Bertha in gra-*

Is Archembaldi Grallii & Isabellæ Fuxiæ nepos, Ioannis & Ioannæ Labretanæ filius fuit.

*in gratiam rediit ei gratia ista reddita est.* Hîc autem Lectorem meum monitum velim, quem præ manibus auctorem habemus, obscuræ admodum notæ, nec modò serò natum, sed historiæ universæ imperitum homuncionem, minimè omnium idoneum videri, cui fidem nostram vel ad momentum obstringamus, nec aliunde stupendæ inscitiæ ac profligatæ temeritatis petenda esse argumenta; nam primò communioni anno 1096 ab Vrbano Papa restitutus Philippus I, eâ nunquam (tantisperdum in vivis fuit Vrbanus idem) caruit, sed sub Paschali II, Ioannis & Benedicti Legatorum ac totius concilii Pictaviensis decreto anno 1100 iteratò abstentus, exeunte tandem anno 1102 Richardi Albanensis ministerio reconciliatus est.

Vide infra Sect. 2. §. 9. 10.

II. Philippo Regi toto anno 1098, gratiæ Ecclesiasticæ à Papa Præsulibusque Gallicanis (si fortè Hugonem Lugdunensem excipias) ademptum nihil est.

III. Annus 1098, (ut & alii omnes sive præcedentes sive subsequentes, quandiu Philippum vivere contigit) ejusdem nomine pro more in Cleri plebisque actis passim consignatus est.

IIII. Cum Bertha, (si qua inedito Senonensium Chronico fides) anno 1093 vivis exempta, *in gratiam* nec *rediit* unquam, nec *redire* potuit Philippus; multò minus eâ conditione, ut *in gratiam rediret*, excommunicationis vinculis solutus est.

V. Anno 1098 nec mortalitatem explevit, nec inter homines fuit Bernardus sive secundus, quem in mente habuit fabulator, sive primus, quem anno 982 natum, * 1042 sequentis Kalendis Aprilibus à Rogerio patre Carcassonensium, Cosarannorum, Redensium, &c. Comite hæredem ex parte scriptum, sacri anno 1096, (qui à 982, Bernardi I natali centesimus decimus tertius erat) cum Godefrido Bullioneo aliisq; ex Occidente ferè toto principibus suscepti belli longè post

* Proclivi librarii lapsu, in Palensi exemplari MLXII pro MXLII scriptum.

gè poſt ſupremam horam participem finxit, nec quod Bernardo temerè tribuit, Rogerio II verius convenire ſenſit.

VI. A Ioanne Briennio Hieroſolymitanorum, (ſeu verius Acconenſium) rege Latinorumque cruce ſignatorum exercitu anno 1219, Novemb. 5, erepta primùm infidelibus Damiata, quam anni 1221 Septembri menſe *ſine ſanguine & ſudore* recuperarunt; Fuxenſium Comitatum poſſidente Raimundo Rogerio expeditione Acconenſi, Albigenſiumque (quorum partes aliquandiu propugnavit) bello ac cladibus famoſo, quem Bernardi II proavum, † annoque 1222, *in obſidione caſtri Mirapiſcis* *, non *vulnere*, ſed *magno ulcere prægravatum* deceſſiſſe conſtat. Anno rurſus 1249, Iunii ſexta, feria 1, ſeu *Dominica poſt Trinitatis Feſtum prima*, pio Ludovici IX zelo ſubitaque vi ſubacta Damiata, cogente Regis (qui anno 1250, Aprilis 4, feria 2 poſt Dominicam *Quaſi modò*, cum fratribus univerſoque exercitus flore in hoſtium poteſtatem venerat) improviſa calamitate Maji proximè ſequentis die 5, quæ in ſolemne Dominicæ Aſcenſionis feſtum incidebat (annis XIIII antequam qui bello Ægyptiaco nequaquam interfuerat, Bernardo filio locum faceret Rogerius) barbaris in perpetuum reſtituta eſt.

† Guil. de Podio Laurentii. c. 34.

* Mirepoix.

Cùm igitur, qui nullam in Orientem profectionem inſtituit, ad annum Domini 1303 vitam in patria procul ab Ægypto & Damiata remotus produxerit Bernardus II: ut cætera Mediavillanæ ἀβελτερίας argumenta nihili facere libeat, Philippum I cum ſecundo, Bernardum proavum cum Bernardo pronepote, annum 1098 quo occupata à Francis noſtris Antiochia, cum anno vel 1219 quo primùm ſub jugum miſſa, vel 1249 quo ſecundam deditionem fecit Damiata, tranſcurſâ (velut ſaltu) ſive 120, (qui ab Antiochenæ obſidionis exitu ad primum de Ægyptiis ad Damiatam triumphum numerantur) ſive 152 (qui à victoria Antiochena ad poſtremam Damiatenam computandi ſunt) annorum inter-

intercapedine, confundere nemo nisi delirio correptus potuerit. Sed ut errores alios ex aliis serere facile semper fuit, Bernardum Rogerium Ludovici Sancti comitem, imò Damasci anno 1262 defunctum, Chronici Fuxensis Catellianum manu exaratum exemplar statuit: id verò verisimile nullo modo esse jure vir Clariss. pronuntiavit, quandoquidem nec Damascus à cruce signatis Latinis unquam * capta, sed infelici bis (anno nimirum 1130, à Balduino II, & 1248, à Conrado III, Ludovico VII, noni proavo, & Balduino III,) exitu tentata est: nec Rogerium Bernardum, quem Ludovici VII ætate vixisse in confesso est, cum eo cruce signatum compertæ fidei quisquam scripsit: nec (si cruce signatum demus) Damasci hominem exuisse potuerit ad annum ferè 1188 superstes, nec anno 1262 crucem sumpsit Bernardi II, (qui Occidente pedem nunquam extulit, annoq; tandem 1303 fatis concessit) ὁμῆλιξ Ludovicus IX. Minimè verò satisfacit, quod *S. Ludovicum in Syriam, ubi sita Damascus, non nisi post liberationem, id est circa annum* 1250 *transiisse*, Catellus ‡ idem annotat, cùm de Damasco (ad quam post eversum anno 1187 Latinorum in Palæstina regnum aditus omnis cruce signatorum armis præclusus fuerat) sive invadenda sive invisenda ne cogitaverit Ludovicus IX, quem anno 1250 non aliô (simulac Damiata in Mahumetanorum manus recidit) Acconem se contulisse certum est. Hinc liquere potest, modum nequaquam excessuros, qui de toto sive Mediavillæ, sive Squerreri, primitivi Mediavillæ fontis, commentis οὐδὲν ὑγιὲς pronuntiare ausi, quotquot insidorum, cæcoque ac insano impetu extra viam ruentium ductorum vel premere vestigia, vel vanis ineptisque somniis indormire non puduit, inconsultæ nimium facilitatis supinæque negligentiæ (dum imposturam passi faciunt, puerisque hoc præter spem nomine ludibrium debent) pœnas luere jusserint. Ridiculum sive Squerreri sive Mediavillæ Vasconico idiomate

* Guil. Tyrius lib. 13. c. 26. & lib. 16. vita Ludovici.

‡ Hypomnemat. ad Hist. Occitan. lib. 4.

expreſſum tragelaphum, novis Francici ſermonis coloribus variegavit Guil. à Petraria, eumdemque ſibi (qui anno 1540
Fol. 10. Latinè ſcripſit) fovendũ putavit Bertrandus Elias Apamienſis, hoc ipſo venia indignior, quod inſulſa per ſe commenta aliis inſulſioribus cumulavit. *Annus* inquit *erat* 1095 *qui*, Regnante Propheta Ieſu, *inſcribebatur in Gallia ob Philippi hujus nominis primi anathema, quo Claromontenſi Concilio Vrbanus Pontifex eum concuſſerat.* Squerreri & Mediavillæ Philippæam excommunicationem in annum 1098 abſurdè conferentium errorem, anileſque de *Damiata* & *Bertha* ab iiſdem ſuperinductas fabulas vitaverat, ſed *calcariam fugiens in carbonariam præceps incidit*, cùm nec ullum ab Vrbano Papa Philippo I propriè ac ſtrictè loquendo *anathema* dictum ſit, nec ob cenſuram regiam (quæcunque illa tandem fuerit) antiquo ac conſueto more conſignari annus deſierit, nec *regnante Propheta Ieſu*, uſpiam à quoquam, ſive hoc anno, ſive aliis ulla unquam monumenta conſignata fuiſſe certiſſimum ſit, nec ullum in contrarium ſive è Gallia noſtra ſive aliunde erutum exemplum proferri poſſit.

Infelicem errantium numerum, qui minimè omnium debuerat, auxit imprudens, emunctiſſimæ alioqui naris, ſummæque & eruditionis & diligentiæ vir Nic. Vignierius, cùm
Circa A. D. 1590. enim in Fuxenſe Chronicon, (quod σὺν ὀλίγα παρασορεῖν, poſt exhibitum à nobis in ſuperioribus ſpecimen, ſanus nemo negaverit) aliquando incidiſſet, nec ad examen revocandum teſtem præ oculis, dum ſcripſit, haberet, ad Philippum II de Philippo priore excogitatum primùm commentum, præter omnem rationem, conſtanter tamen, in Bibliotheca hiſtoriali, Hiſtoria Eccleſiaſtica, & hiſtoriæ Francicæ compendio traxit, non tam alieni erroris particeps, quàm proprii parens, cùm à priorum omnium, quorum auctoritate fretus videri poterat, mente deflexerit, & alios exemplo ſuo in devia compulerit.

Acceſ-

Acceſſit paulò poſt, qui nos halucinatione ſua *quandoque bonum Homerum dormitare* doceret, limati judicii multæque lectionis vir Franciſc. Iuretus, cùm enim 46 Ivonis Epiſtolam illuſtrandam ſuſcepiſſet, veterem Squerreri cramben adhibito novo notarum ſuarum condimento recoctam ſtudioſo lectori apponere veritus non eſt *, hæc ad verbum ſcribens; *Citatur etiam autor priſci Chronici cænobii S. Dionyſii adnotantis toto tempore illius excommunicationis in Eccleſiaſticis actis publicis ſolitum ſubſcribi* REGNANTE CHRISTO *non autem* REGNANTE PHILIPPO, *quod tamen nonnullis commentum Monachale videtur*; quæ velut ex Dionyſiano Chronico deprompta, celeberrimi nominis viro Petro † de Marca errandi auctor factus, laudavit doctiſſimus ſuo tempore juris interpres I. à Coſta, quantumvis nec Iureto viſum, nec ab alio ullo ante Iuretum (qui *citari* dixit) *citatum* Dionyſiani cœnobii chronicon, nec ab eo aut alio quoquam, quod de clauſula *Regnante Chriſto* ne verbum habet, citari debuiſſe, nec tantæ antiquitatis eſſe, ut *priſcum*, niſi impropriè & abuſivè loqui lubeat, dici mereatur, poſt annum Domini 1458, in quem deſinit, editum opus, credere apertiſſima nos veritas jubeat.

* A.D. 1610.

† Hiſt. Bearn. lib. 8. c. 10. §. 2.

Cardinales maximos ‡ Bellarminum & * Perronium in ipſo actionis pro perplexa ſuoque merito Francis odioſiſſima ſemper cauſa, impetu, Vignerii verba diverſimodè captaſſe, iis minimè mirum fuerit qui γυμναστικῶς ſive tractantium ſive ſcribentium ingenium, eoſque (ut *interdum coguntur loqui quod non ſentiunt, ſed quod neceſſe putant*) dum *in cauſa hærent, capere omne quod tetigerint, & exempla captiva ſibi ſervire ad victoriam cogere* ſæpius noverint; abuſum certè Vignerii, de Philippo II loquentis, teſtimonio, dum ad primum torquet, Bellarminum fuiſſe; notoriumque Vignerii ejuſdem Chronici Fuxenſis de Philippo I locum, ad ſecundum trahentis errorem à prudente ſciente Perronio, (dum in Philippi

‡ Prolegom. de poteſt. temp. adver. Barclai. §. 75. anno 1611.

* Orat. ad tertium ordinem anno 1614.

lippi

lippi Augusti qui excommunicationi propriè dictæ subjacuit nunquam, caput eum vibrare non dubitat) dissimulatum negari à quoquam mentis compote non potest.

Agmen claudet clarissimæ (ob Senatoriam inter Tolosanos dignitatem, restitutamque magna ex parte Galliæ Gothicæ historiam) memoriæ vir Guil. Catellus *, qui Mediavillæ, Bertrandi Heliæ & Guil. à Petraria incommodam explosamque à multis † & prioribus & coætaneis sententiam post annum 1622 amplexatus est, timidè tamen, cùm se nunquam in monumenta formulâ REGNANTE CHRISTO, quo tempore Philippus I sub censura fuit, consignata incidisse palàm profiteatur, hoc ipso nomine laude dignus; sed nonnulla ei exciderunt quæ castiganda videantur, exempli caussa, quod Fulconem Richinum Ducali titulo cohonestavit, quo inter Andegavenses regulos anni 1360 Decembri, annis à Fulconis & Bertradæ divortio ducentis, & quod excurrit, primus insignitus est à Carolo quinto fratre Ludovicus Ioannis regis secundo-genitus. 2. quod Papâ Philippi nomen chartis pro more apponi ob excommunicationem vetante, usurpatam formulam REGNANTE CHRISTO nullo auctore fultus asseverat. 3. quod Philippi (quem anno 1108 Iulii 29. feria 4. decessisse epitaphio adscriptus character invictè docet) obitum in annum 1109 confert. 4. quod mutilis, & negligentius inspectis Antoniani & Heracliæ in S. Orientii apud Auscios monasterio conditorum sepulcralibus inscriptionibus abusus, iis falsam Mediavillæ aliorumque de formula REGNANTE CHRISTO opinionem confirmari posse putat, nec Antonianeam in hæc verba conceptam, *anno* IX *Regni Domini nostri* à fine, alteram Heraclianam *anno* VI *regni Domini nostri Christi* ab initio & fine decurtatam (quod ipsa res clamat) videre dignatus est. 5. quod nonnullis in S. Saturnini archivo asservatis monumentis adscriptam formulam sequentem, *regnante Domino nostro, & Regem spectante,*

* In Bertrando p. 151.

† I. Tilio, Marca, Ioh. Barclaio, Du Pleix, fratribus Sammarthan, &c.

*ſpectante*, interregni indicem fuiſſe, & *ſpectante* pro *expectante*, (quod exemplo caret,) barbarè ſcriptum conjicit: cùm deſcripta ab ipſomet Vabrenſis inſcriptio contrarium evincat, hæc nimirum. *Anno ſecundo quo Radulfus Rex fuit, Deo imperante & Regem ſpectante.* Si enim *Radulfus Rex fuit*, nec à ſe nec à Deo, ( cui *expectatio* propriè dicta nequaquam convenit,) *regem* alium *expectandum* putavit Chartæ ſcriptor, ſed Radulfo regi fauſta omnia precatus, eum *à Deo ſpectari*; id eſt *charum haberi*, benigno cæleſtis intuitus radio foveri & recreari, oculo, quo *ad Abelem reſpexiſſe* Gen. 4. 4. *Noachum* Gen. 7. 2. *Agaram* Gen. 16. 13. *populi calamitatem* Exod. 3. 6. *Davidem* 1.Sam.16.18. *Davidis humilitatem* Pſal. 9.14. & 69. 17. *Pauperes* Pſal. 10. 8. *vidiſſe* dicitur, placato ſcilicet ac opem ſpondente undique colluſtrari, ut Radulphus id ipſum quod piis omnibus Petrus prioris Epiſt. cap.3. verſ.12. *Dominicos oculos* ἐπὶ δικαίες futuros aſſeveranter promiſit, quodque olim Deuter.11.12. de Chananitide ſcripſit Moyſes, *Domino eam ſemper oculiſque in eam ab anni principio uſque ad finem defixis inviſente*, beatus experiretur. 6. quod denique cùm in hanc chartam donationis à Bernardo de Caute S. Saturnini monaſterio factæ incidens, *facta charta in menſe Auguſto feria quinta anno ab incarnatione domini* 1100. *Ludovico Rege Francorum regnante Bertrando comitante & Amelio Epiſcopante*, legiſſet; nec animo occurreret, *anno* 1108 (non 1100 ut mendoſè in chartulario ſcriptum) *in Auguſto menſe* qui Philippi I dormitionem proximè ſecutus eſt datam crederemus, anno 1100 vivente patre Regium nomen (ſine auctore ullo, imò contra monumentorum veterum quotquot extant, fidem) Ludovico qui *craſſus* poſteà dictus delatum opinatus eſt. Ludovicum certè ab anno 1096. Philippi patris in adminiſtratione regni legatum fidumque adjutorem, imò *regni defenſorem* fuiſſe diſertè monet Sugerius Abbas; *Franciæ temonem obtinuiſſe* data * Regulæ monaſterio anno 1103. charta notat; *regem deſignatum*

* *La Reole* olim *Squirs* dicta.

Epist. 127. anno 1102 data vocat Ivo, imò ipsemet Ludovicus charta in Bellovacensium gratiam anno sequenti scripta in hæc verba. *Ego Ludovicus Dei gratia Francorum Rex designatus Notum facio*, &c. *actum Beluaci in capitulo B. Petri* 14. *Kal. Febr. incarnati Verbi* 1103. *Indict.* 11. quod rursus inculcat Sugerius *novi domini præsentiam votivè devocatam*, &c. *nuncios* ab Ebalo Ruciacensi *ad eum tamquam designato domino delegatos*, &c. *veritos in designatum dominum committere*, &c. *audaciam designati domini admiratos*, Ebalum & alios *virtutum proventibus designatum dominum conscendisse*, &c. *Boamundum nobilissimam Domini Ludovici designati sororem, quæritasse*, &c. Paschalem II *ad partes occidentales ut Regem Francorum & filium Regem designatum Ludovicum & Ecclesiam Gallicanam consuleret*, venisse, &c. *deliberatum Romæ tutius Regis & Regis filii, & Ecclesiæ Gallicanæ in Francia quàm in urbe disceptare*, &c. Turonis Papæ anno 1107. *Regem Philippum & dominum Ludovicum filium ejus gratanter & votivè occurrisse*, &c. Widonem Comitem * ob *matrimonium quod contrahebatur inter dominum designatum & filiam suam divortio solutum*, &c. *rancorem animi concepisse*, &c. *non minùs dominum designatum in eum zelatum*, &c. *nactum occasionem bellandi designatum dominum*, &c. *Dominum Ludovicum classem præparasse*, &c. *dominum designatum non eminùs sed cominùs quàm potuit collegisse exercitum*, &c. *potitum dominum Ludovicum victoria*, &c. *ad partes Bituricensium dominum Ludovicum transmeasse*, &c. *Dominum Ludovicum indignatum*, &c. *Dominum Ludovicum recedere dedignatum*, &c. *Dominum Ludovicum prædam dominum castri fecisse*, &c. *præsente domino Ludovico* Regem *extremum diem clausisse*. Ex quibus necessariò conficitur nondum *regem* vel dictum vel factum quem tantum *designatum* fuisse, nec ante, sed quinto à patris obitu die Augusti scil. 3. feria 1. unctum ac coronatum Ivonis, Sugerii & Orderici fide dignissima testificatione constat, cum ille Epist. 189. *talis coronatio si differretur regni statum & Ecclesiæ pacem*

Roucy.

* De Rupetorti.

*pacem graviter periclitaturam* fuiſſe memoret; alter *dominico inthronizatum Ludovicum obſervet*; hic *citiſſimè Aurelianis Daimbertum Senonenſem cum collegis* conveniſſe referat; *qui in die inventionis ſancti protomartyris Stephani ſacratiſſimæ unctionis liquore delibutum Miſſas gratiarum agens, abjectoque ſingularis militiæ gladio Eccleſiaſtico ad vindictam malefactorum accingens diademate regni gratanter coronavit, nec non & ſceptrum & virgam & per hæc Eccleſiarum & pauperum defenſionem & quæcunque regni inſignia approbante clero & populo devotiſſimè contradidit.* Ac ne quis ex eo quod *regiam* Ludovico ob genus & proavos *excellentiam* tribuerit *regium* nomen & apicem delatum à Francis ſuſpicetur, ubi eum *in rivo* ad S. Severæ caſtrum *copioſum uſque ad galeam balneum compoſuiſſe* recitavit, id *quod regem dedeceret*, auſum addat, unde rurſus neceſſariò ſequitur nequaquam *regem* fuiſſe, qui *quod Regem dedeceret*, ſe non *dedecere credidit.* Sed de Catellianis παροράμασι plus ſatis.

Vnus idemq; extraneus, & toto centenario poſterior Ludovicum *regem* nuncupat Rogerius ad annũ 1101. *Ludovicus* (inquit) *Rex Francorum interfuit Curiæ regis Henrici Londoniæ.* Ordericus verò lib. 11. Lodovici profectionem in annum 1103 confert, eumque *filium regis* non *regem* vocat, ut & Ivo Epiſt. 144. & 158.

Vt ſuperiora omnia velut in pugnum contrahamus eoſque qui vanis rerum inhiare ſolent ab inſano propoſito (velut injecta manu) abducamus, hoc ipſis unum perpendendum offerre placet, quotquot novæ de formula REGNANTE CHRISTO ſententiæ patrocinium ſuſceperunt ad *ſeniorum* Suſannæ teſtium inſtar, qui nec vera, nec inter ſe conſona efferre potuiſſe dicuntur, *pugnantia ſecum frontibus adverſis* ſemper compoſuiſſe, infelicemque univerſorum fœturam omnem, (quod de Cadmeis fratribus refert fabula) mutuis ad unum vulneribus hactenus concidiſſe, cùm inter eos nec de *tempore*, nec de *formula*, nec de *perſona* conveniat. I. In annum 1098 quo pacis Eccleſiaſticæ particeps fuit Philippus I, cæco impetu animi aciem defixit Mediavilla: in annum 1095. veroſimilius Bertrandus Elias, Bellarminus, Catellus, Iuretus, Coſtanus, &c. in 1200. Longius à vero Vignerius, Perronius, & ſi quis alius. II. *Regnante Propheta Ieſu* temerè ac ἀπροφασίςως chartis adſcriptum aſſeverat Bertrandus Elias; *Re-*

*gnante Christo* æque falsò sed minus improbabiliter cæteri omnes. III. Posteriorem hanc formulam Philippi II occasione usurpatam putavit Vignerius, ejusque exemplo, sive reipsa, sive in speciem persuasus Perronius Cardinalis; Philippo primo abstento chartis adscriptam reliqui 3 crediderunt. Chronici Fuxensis de Philippo I sententiam in secundum detorsit Vignerius: Vignerii versa vice de Philippo II conjecturam ad primum velut obtorto collo retraxit Bellarminus. IIII. Quod de Fuxensi forsan chronico audiverat Iuretus, Dionysiano incogitanter falsoque non modò tribuit, sed clariss. etiam viris P. de Marca & Io. à Costa tribuendi auctor fuit. V. Philippum utrumque, proavum scilicet cum pronepote, adhibendæ formulæ *regnante Christo* causam dedisse autumat Perronius, alterum tantùm reliqui, inter se cætera discordes. Iam incompositos in eximiæ & doctrinæ & gravitatis viris motus *spectatum admissi risum teneatis amici?* me certè humanæ in summis etiam ingeniis incogitantiæ & infirmitatis miseret, ne quis ad invidiam aut obtrectationem potiùs quam ad cautionem magnorum nominum eò magis pudendas, quò minus conciliari eas possibile est, opinationes inter se à me commissas suspicetur. Demus tamen unum idemque & sensisse & scripsisse omnes, eane initæ sive à multis sive à paucis, adversus compertum verum conspirationis vis fuerit, ut φιλαληθεῖς vel tantillum permoveat, quodque nonnullis nimium placuisse videtur, *errorem communem jus facere*, suadeat, ne deinceps * *errantium nec voluntatem esse, nec ullum consensum*, aut † *advocatorum errorem in competenti judicio litigantibus non præjudicare*, aut singularium ferè semper in hac causa testium quorum * *scripturas diversas & fidem sibi invicem derogantes nihil firmitatis habere posse*, eadem quæ *unius omnino testis responsionem audiri* vetant jura pronuntiare, quisquam deinceps reminisci dignetur? Meliora nos de seculo nostro sperare jubet, ardens ubique in plurimis

* Cod. de ignor. juris c. 8. 9.


† Cod. de error. advoc. c. 3.

* Cod. de fide instrum. c. 2.

rimis eruditionis laude præstantibus indagandi veri studium, quorum judiciis stare paratus, bona cum eorum venia, quod initio statui iterum effabor. *Quotquot occasione censuræ, qua Philippi reges notati sunt, formulam* REGNANTE CHRISTO, *actis adscriptam prodiderunt nullam hac in parte fidem mereri.*

## SECTIO II.

*Excommunicationis qua semel atque iterum Philippus I perculsus est, occasione, formulam* REGNANTE CHRISTO, *actis adscriptam nequaquam fuisse.*



QVandoquidem novæ de formula REGNANTE CHRISTO sententiæ patronos omnes & singulos ob infelicem semet perimentium errorum malè sparsam sementem, ab omni testimonii jure depulimus, cùm eorum qui Philippi I majestatem obducta nebularum suarum caligine denigrare ausi sunt, iterato impetu molimen dejiciendum veniat, nec *ad multitudinem respicere oporteat, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potiùs lux veritatis assistit*; I. de repetitis Philippi Regis, & Fulconis Richini Comitis conjugiis & divortiis. II. de gemina ad minimum Regis excommunicatione & restitutione historia genuino, quantum fas fuerit, nitori nobis restituenda est. III. everrendæ fabularum fæces quibus ab olim conspurcata est, adhibitis (non tamen sine delectu) coætaneorum & fide digniorum testimoniis, exempli causa Gaufridi Malaterræ qui Rogerii Siciliæ Comitis anno 1101 mense Iulio denati jussu historiam in annum 1099 qui postremam Philippi Regis excommunicationem proximè præcessit, desinentem scripsit: Bertholdi Constantiensis qui (ad annum 1100 quo Concilium Pictaviense coactum est) Hermanni Contracti Chronicon suique temporis Historiam continua-

Dig. de Testib. c. 21. §. 3.

vit: Ivonis Carnotensium Præsulis, à quo primùm (quæ Philippum Regem aliquandiu obruisse visa est) mota Camarina, quemque anno 1115 Decembris 23. feria 5. vivendi finem fecisse constat, Lisiardi Suessionum Antistitis an. 1127. denati, Sugerii Abbatis qui Ludovici *Grossi* anno 1137. Augusti 1. defuncti ad umbilicum perducta historia anno 1152. Ianuarii 13. mortalitatem explevit. Orderici Vitalis qui anno 1141 quo historiam suam Ecclesiasticam absolvit, ætatis annum 67 inchoavit: Willelmi Malmesburiensis quem anno 1142 sub Anglorum Rege Stephano hominem exuisse vult Balæus, &c.

Sed antequam ulteriùs provecti Philippi regis (quem *ἀναμάρτητον* animo fingere manifestæ foret insaniæ) factum aggrediamur, de communi corruptissimi sæculi XI culpa, Willelmi Malmesburiensis de contracta apud Clarum Montem Synodo acturi, verbis Lectorem præmunire fuerit operæ pretium. *Tunc*, inquit, *legitimis uxoribus exclusis, multi contrahebant* divortium, *alienum expugnantes matrimonium, quare in his & in illis erat confusa criminum sylva, ad pœnam quorundam potentiorum designata sunt nomina. Qua de re actum in Concilio Claromontano, in quo etiam Philippus Rex Gallorum cum sua pellice Bertrada excommunicatus.* Indomitam revera divertendi solutisque conjugiis ad alia properandi licentiam (nequicquam reclamante clero) passim obtinuisse sequentia exempla declarant, anno plus minus 1030. Canuti Regis sororem repulit Robertus Normannorum Dux, eodem fere tempore Gersendim Heriberti Cenomanorum Comitis filiam Adelheide Crispiacensi superducta ablegavit Theobaldus Carnotensium, Blezensium & Campanorum Comes. Anno 1058 Adalberti Petragoricensium Comitis filiam, 1068 Mathildem domo expulit, & Aldeardim Roberti I Burgundiæ Ducis filiam superduxit Aquitanorum Dux Guillelmus VII. Anno circiter 1062 priore conjuge deserta cum Anna Henrici I

Lib. 4. ad A. D. 1091.

F. divortio alienum, exp.

rici I Regis vidua secundum matrimonium contraxit, Crispeii Comes Radulfus. Anno circiter 1075 Azonis Marchionis mariti conjugium respuit Guillelmi Papiensis soror Matthildis, eodemque ferè tempore Godefridum Gibbosum alia deseruit Matthildis Comitissa, consanguinitatis obtentu, maritis tribus Hugone Lisiniacensi, Guil. Arelatensi, & Pontio Tolosano dimissis; Raimundo Berengario Barcinonensium Comiti anno circiter 1060 nupsit Adalmodis: Ermengardim Borboniam ob consanguinitatem circa A. D. 1082. deseruit, ac paucis annis emensis Bertradam, quam tandem superduxit Philippus Rex, sibi matrimonio junxit Fulco Richinus; Ermengarde Fulconis ejusdem ex priore cum Hildegarde Balgentiacensi matrimonio filiâ anno circiter 1090 spretâ, Philippiam Guillelmi Tolosatium Comitis unicam filiam duxit Guillelmus VIII: ab Henrico IIII Imp. divertit anno 1093. Praxedis Russica: à Thoma Codiciaci domino contractum cum Montis acuti domina consanguinea conjugium circà A. D. 1105 solutum est: abdicata A. D. 1112 secunda uxore, Adelhaïdem Rogerii Siculi, qui Roberti Guiscardi frater fuit, viduam (quæ quadriennio post repudium passa est) superduxit Balduinus Rex. Nec meliora statim tempora secuta sectione tertia manifestum fiet. Pestilenti seculi supra modum lascivientis aura afflatum, pessimæque quæ per totum Occidentem exundaverat consuetudinis visco aliquatenus implicitum Philippum Regem Berthæ uxori iniquiorem factum fuisse, nec modò culpæ quæ tunc temporis levior habebatur succumbere, sed *conjugii* cum Bertrada pacti *nomine culpam prætexere* potuisse, si quis dixerit à fragilitate humana alienum nihil, nec improbabile forsan dixerit; nulli tamen Principem maximum ceu piaculum quoddam, *nullaque mercede redemptum à vitiis caput* (quod multis modestiæ oblitis evenit) execrari aut scelerum mancipiis aggregare eo nomine licuerit, sed iis tantum homi-
nibus

nibus accenſere ; quorum non adeò confirmata virtus, ut contra torrentem niti potens, ab omni ſe nævo immunem præſtaret. His in genere præmiſſis, propius nunc, admotaque hiſtoriæ luce, quæ ad regem vel excuſandum vel accuſandum faciunt intueamur.

## I. *Quo tempore & conſilio Berthæ uxori repudii libellum miſerit Philippus I.*

* Lib.4. c.8. EA *tempeſtate* (inquit * Gaufridus) id eſt paulò ante annum 1086. quo Chamuti *uxorem ac liberos apud Agrigentinam urbem* obſedit, cum Chamuto cepit, ad fidei profeſſionem univerſos adduxit, Agrigentinum, Mazarenſem, Syracuſanum & Catanenſem Epiſcopatus inſtauravit Rogerius Comes; *Philippus Rex Francorum uxorem habens legitimam & præclari generis Bertham nomine, ex qua ſuſceperat filium nomine Leudoviſinũ, cui etiam ab omnibus curialibus regnum poſt ſe habere deſignaverat,* Leg. abire. *contra jus legitimæ conjunctionis exoſam* habere *fecit, & à ſe contra canonum ſtatuta libello repudii conatur repellere, nihil criminis objecto, excepto quod ſanguinitatem falsò ad numerare tentabat, nec poterat.*

## I I. *An contra canonum ſtatuta falſo conſanguinitatis obtentu (quod Gaufridus putavit) à Bertha uxore diverterit Philippus Rex.*

SIniſtris (quas animo malè imbiberat Gaufridus) ſuſpicionibus denigratam Philippi Regis famam, purgare eò facilius eſt, quò apertius eam Rogerius Comes & pactis & factis à labe omni vindicat: de factis illis & pactis poſteà; Nunc de veterum Impp.legibus quæ Canonibus præiverunt, de

de Conciliorum Canonibus Romanorumque Pontificum decretis, de Regum nostrorum Capitularibus quibus Canonum statuta confirmata sunt agendum; ut constare possit, an *præter Canones* Philippi cum Bertha matrimonium solutum sit. Quod * *nec divina, nec humana lex* antea unquam *prohibuerat*, circa annum Dom. 384. † *Theodosius Imp. etiam patrueles fratres, & consobrinos vetuit inter se conjugii convenire nomine, & severissimam pœnam statuit* id est *vivicomburium* Arcadio ad A. D. 396. Decemb. 8. ‡ *designatum nuptiis* hujusmodi *ignium & proscriptionis supplicium* testante. Summum tamen legis rigorem paulò post, id est A. D. 405. in Oriente lata lege *celebrandis* Cod. *de Nuptiis* sustulit idem. At in Occidente A. D. 409. Febr. 1. temperare data supplicandi libertate maluit Honorius; nec ultra processere Principes Honorium secuti, sed Ecclesiasticis Latinorum regulis renovatus, imò intensus Theodosianæ Legis rigor: hinc A. D. 506. Sept. 11. in Agathensi civitate congregati Galliæ Gotthicæ præsules c. 67. hæc sanxerunt. *De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cùm adulterium separatione sanaverint. Incestos verò, (nullo conjugii nomine deputandos quod etiam designare funestum est) hos esse censemus. Si quis relictam fratris quæ penè prius soror extiterat, carnali conjunctione polluerit; si quis frater germanam uxoris acceperit, si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ se sociaverit: si quis relictæ vel filiæ avunculi misceatur: aut patrui filiæ, vel privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes & olim, atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere & orare præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea quæ sunt hactenus instituta non dissolvamus. Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.* In Epaonensi Ecclesia adunati A. D. 517. Septemb. 15. Burgundicæ ditionis Episcopi paucissimis im-

* August. de Civit. Dei. lib. 15. c. 16.
† Ambros. Epist. 66.
‡ Cod. si nuptiæ ex rescrip. petantur.

Theodosianæ legis robur infregerat Mariâ & Thermantiâ Serenæ consobrinæ filiabus anno 396. & 407. ex ordine ductis Honorius.

mutatis & detractis, canone suo 30. Agathensem recuderunt: in Arverna urbe A. D. 535. Novemb. 8. è toto Theodeberti regno coacti præsules can. 12. *Si quis relictam fratris, sororem uxoris, privignam, consobrinam, sobrinamve vel relictam patrui atque avunculi carnalis contagii crediderit consortio violandam, & ausu sacrilego auctoritatem divinæ legis ac jura naturæ perruperit, & cui charitatis ac pii affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis ac pudicitiæ expugnator vim inferre tentaverit, Apostolicæ constitutionis sententia feriatur, & quandiu in tanto versatur scelere à Christiano cœtu atque convivio simulque Ecclesiæ matris communione privabitur.* Canonem hunc ut & Epaonensem in suum 21. transfuderunt anno 567. Novemb. 8. apud Turones congregati Chariberto subditi Episcopi. Concilium Romæ sub Gregorio 3. anno 736. Nonis Aprilis celebratum c. 8. *Si quis consobrinam duxerit in conjugium Anathema sit, & responderunt omnes tertiò Anathema sit.* c. 9. *Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit, duxerit Anathema sit*, &c. Concilium A. D. 745. Martii 2. apud Suessiones habitum c. 9. *Similiter constituimus ut nullus Laicus homo Deo sacratam fœminam ad mulierem habeat, nec suam parentem nec marito vivente suam mulierem alius accipiat, nec mulier vivente viro suo alium accipiat, quia maritus mulierem suam non debet dimittere excepta causa fornicationis deprehensæ.* Concilium Moguntiæ in claustro Basilicæ S. Albani Martyris anno 813. Iunii 9. factum c. 54. *Contradicimus ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur, ubi autem post interdictum factum inventum fuerit separetur.* Concilium in urbe Cabilonensi eodem anno celebratum c. 28. *De affinitate propinquitatum & gradibus in quibus matrimonia jungenda sunt* priorum conciliorum *Canones observari debere* censuit. Concilium apud Trosleïum in pago Suessonico anno 909. Iunii 26. celebratum c. 8. *Secundum constitutionem antiquam ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit ducat uxorem*, &c. decernit, & Concil. Romanum sub Gregorio 3. habitum

Vid. Concil. 3. Aurel. an. 538. Maii 7 congregatũ c. 10. quartum anno 541 c. 27. Arelat. 6. an. 813. Maii 10. habitum c. 11. Aquisgranense 3. A. D. 862. April. 29. coactum c. 9. Coloniense anno 887. c. 6.

Trosly.

habitum laudat. Avitus Viennensium Episcopus (quo præside celebrata ap. Epaonam Synodus) Epistola 15. exclamat *quis vel Laicus non advertat non sine grandi macula fieri de affinitatis propinquitate conjugium?* Gregorius 3. Epist. 1. ad Bonifacium Episcopum anno 738. datâ *progeniem suam unumquemque usque ad septimam generationem observare decernit.* Zacharias Papa Capitulorum ad Pipinum Majorem anno 747. missorum c. 22. *Iuxta prædecessorum & antecessorum Pontificum decreta multo amplius confirmans* edicit, *ut dum usque sese generatio cognoverit, juxta ritum & normam Christianitatis & religionis Romanorum non copuletur conjugiis.* Leo 4, in Synodo Romæ anno D. 853. Decemb. 8. coacta c. 38. denuntiat *ut de propria cognatione vel quam cognatus habuit nullus audeat conjugium copulare, si quis verò fecerit & perseveraverit sciat se vinculis anathematis innodatum.* Ioannes 8. Epist. 198. anno 879. Idib. Iunii datâ, *unum valde illicitum & execrabile malum contra venerabilia Sanctorum Patrum decreta* Aquitanos *committere audivisse* se refert, *hoc est ut nulla generis consanguinitate custodita, nulla propinquitatis parentela observata, unusquisque suam propinquam in quocunque fuerit gradu accipiat uxorem, atque incerto ac nefario se conjugio copulent; Quod* inquit, *licitum facere Christianis non est, dum usque se generatio cognoverit. Vnde sanctissimi Prædecessores nostri, Stephanus videlicet, Eugenius atque Leo Synodali decreto tale nefandum conjugium fieri prohibuerunt, dicentes ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam quamlibet de propria cognatione nullus præsumat se in conjugio copulare.* Herardus Turonensis Capitulorum anno 858. editorum c. 36. *Ne in quinta vel sexta generatione copuletur conjugio & usque ad septimam generationem progenies observetur*, edicit. Falsæ quam à Gregorio Magno anno 604. ad Felicem Messanensem (qui ante annum 595 Domno locum fecerat) datam finxit, consutisque Leonis I, Gregorii I, Isidori Hispalensis, Gregoriorum II & III, Conciliorumque Agathensis & Toletani II centonibus


Vide & Concil. Liptin A. D. 743. Mart. 1. congregati c. 3. & Metensis A. D. 753. c. 1.

mala fide compaginavit Isidorus Mercator epistolæ meminisse puderet, nisi Ecberti Eboracensis excerptorum interpolatorem, Hincmarum Remensem epistola ad Rudolphum Bituricensem tractatu de Lotharii Divortio Consilio de Pipini pœnitentia & Concilium 2. Duziaci anno 874 Iunii 13. congregatum, Ivo Epist. 16. & Decreto, Gratianus aliique passim ejusdem auctoritate niterentur. Concilii Moguntini decretum non modo firmavit sed etiam cum auctario edidit Carolus Mag. Capit. lib. 5. c.99. *In quinta sextaque generatione nullos amplius conjugio copulari, ubi autem inventi fuerint, separandos* decernens, *Nuptias* (inquit idem c. 158.) *prohibemus incestas id est usque adfinitatis lineam, ut quandiu inter se hereditare potuerint non conjungantur, quia hæc potius incestiva quam conjugia sunt judicanda*, lib. 6. c.206. *In quarta propinquitate carnis, quinta*
Levit. 18.6. *sextaque non licet nubere sicut in lege scriptum est*, omnis homo ad propinquam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus, *id est usque septimum gradum*, lib. 7. c. 335. ab Isaac Lingonensi in capitulare suum translatum, *Nullus fidelium usque affinitatis lineam, id est usque in septimam progeniem, consanguineam suam ducat uxorem, vel eam quoquomodo incesti macula polluat. Si quis verò hoc scienter temerare præsumpserit, si liber est bannum nostrum id est 60. solidos fisco nostro persolvat & insuper Canonicè ut incestus luat, ac publicè juxta Canonicos gradus pæniteat. Si autem servus vel Ecclesiasticus fuerit publicè flagelletur & decalvetur, & juxta proprii Episcopi jussionem pœnitentiam publicè & Canonicè gerat.* Capitular. apud Valencianas anno 853. mense Novemb. c. 8. adnuntiationis Karoli Calvi, *de raptis & conjunctione sanctimonialium atque propinquorum seu sponsarum aliorum, ut quod in præterito est actum, secundum consilium & judicium Episcoporum corrigatur & de cætero omnimodis caveatur.*


Ex horum statutorum universa consanguineorum & affinium *ad septimum usque gradum* contracta matrimonia ἀποτόμως damnantium præscripto solutum circa A. D. 998. Roberti

berti Regis & Berthæ Burgundicæ, ante A. D. 1060. Gulielmi III. Arelatensis, Pontii III. Tolosani & Adelmodis, anno circiter 1100 Hugonis Trecensium Comitis, & Constantiæ Philippi Regis ex Berthâ Filiæ: anno 1107. Ludovici *designati Regis* & Lucianæ de Rupeforti, eodemque ferè tempore Hugonis de Castroledi, & N. Henricô I Anglorum Rege extra matrimonium prognatæ conjugium.


I. *Roberti Regis & Berthæ cognatio.*



## II. *Guillelmi* III. *Pontii* III. *& Adelmodis cognatio.*





## III. *Hugonis Trerenſium Comitis, & Conſtantiæ Cognatio.*




IIII. *Ludovici*

## IV. *Ludovici Philippi Regis filii & Lucianæ de Rupeforti cognatio.*



Robertus Paris. Comes, Regni Invaſor Beatricis maritus.

Hugo Magnus Hadwidis Saxonicæ maritus.

Hugo Capetus Rex Adelhaidis Pictavenſis

Robertus Rex Conſtantiæ Arelatenſis maritus

Henricus I. Annæ Ruſſicæ maritus

Philippus I. Berthæ Hollandicæ maritus, deinde Bertradæ

1. nupt.

Ludovicus Lucianæ Sponſus.

2. nupt.

Philippus maritus Elizabethæ.

Hildebrantha Herberti II Viromand. Comitis uxor

Letgardis Theobaldi Tricaris Carnoten. Comitis uxor

Hildegardis Burchardi I. Montmorenc. uxor

Burchardus II

Theobaldus Braii Dominus

Guido Braii & Montis Leutherici Dominus Hodiernæ maritus

Milo montis Leutherici Dominus, Lithuiſæ Trerenſium Vicecomitiſſæ maritus

Guido I. Truſſellus dictus

Elizabeth Philippi uxor


Guido *rubeus* dictus, Rupisfortis Comes, maritus Adelhaidis

Luciana Ludovici *deſignati Regis* Sponſa. Paſchalis 2. & Trerenſ. Synodi decretô nubere vetita *Suger. de vitâ Ludovici c.* 10.


V. *Hugonis*

Ex Ivone Epistola 262. mendosè.

V. *Hugonis de Castroledi & Henrici* I *Angliæ regis cognatio.*





*Ex Orderico verius.*




VI. *Guillel-*

**VI.** *Guillelmorum, Robertô Normannorum Duce, & Henricô* I *Anglorum Rege natorum, Sibyllæque & Matthildis Fulconis Hierosolymitani filiarum cognatio. Ex Ordricô Vitali lib.* 11. *Petri Bechini Chron.*



Improbata etiam ab Ivone rigidiore Canonum observatore Roberti Mellentini Comitis cum Elizabetha Hugonis Magni Veromanduorum Comitis filia, Roberti *Securis* Flandriæ Comitis cum Agnete Britannica, Gaufridi Vindocinensium Comitis, cum Matthilde Roberti Vicecomitis Blesensis vidua, conjugia.

Ex Ivone Ep. 45. & Orderico.

## I. *Roberti Mellenti Comitis, & Elizabethæ cognatio.*

Gualterius Albus Adelhaidis maritus.

| | |
|---|---|
| Radulphus I N. Gelduinô Britolii Comite prognatæ maritus | N. uxor Gualeranni |
| Radulfus II Alienordis Odone II Campan. Comite natæ maritus | Galerannus |
| Adelhais uxor Herberti Veromanduorum Comitis | Adelina Rogerii de Bellomonte uxor |
| Odo abdicatus. — Adelhais Hugonis Magni uxor | Robertus Elizabethæ maritus. |
| Elizabetha Roberti uxor. | |

---

Ex Ivone Ep. 211. mendose.

## II. *Roberti Securis & Agnetis Britannicæ cognatio.*

Fulco Bonus Gerbergæ maritus

| | |
|---|---|
| Gaufridus Grisagonella Adelhaïdis maritus | Blanca Comitissa Arelatens. |
| Fulco Nerra Hildegardis maritus | Constantia Regina |
| Comitissa Vastinensis | Adela Flandriæ Comitissa |
| Fulco Rechius | Robertus Frisio |
| Comitissa Redonensis | Robertus filius Frisionis |
| Filia ejus. | Robertus Securis. |

*Præcedens*

## *Præcedens cognatio restituta ex veteribus monumentis.*

Gaufridus Grisagonella maritus Adelhaidis.

Fulco Nerra Hildegardis maritus

Gaufridus.

Hermengardis Alberici Vastinensium Comitis uxor

Fulco Rechius Hildegardis Lancelini Balgentiacensis filiæ maritus

Hermengardis Alani Fergani Redonum Comitis uxor 2.

Agnes Roberti Securis uxor

Adelhais seu Blancha Guillemi I Arel. uxor

Constantia Roberti regis uxor

Adela Balduini V. Insulani dicti uxor.

Robertus Frisio Gertrudis Saxonicæ maritus

Robertus Hierosolymitanus Clementiæ Burgundicæ maritus

Robertus maritus Agnetis.

---

## III. *Gaufridi Vindocinensis & Matthildis affinitas mendose ab Ivone descripta Epist.* 129.

Landricus Sorus

Lancelinus

Lancelinus

Agnes Gelduini uxor.

Robertus maritus Matthildis

Vxor Burchardi Ratapilatæ

Burchardus calvus

Fulco anser

Nifrana

Gaufridus Matthildis maritus

Restituta ex parte

Lancelinus Balgentiaci Dominus Paulæ Herberti Cenomanor. Comitis filiæ maritus

Lancelinus 2. Landibicus dictus

Agnes Gelduini Vicecomitis Blesensis uxor

Robertus Matthildis Hugone Castrodunensium Vicecomite & Comitissa Fractævallis domina prognatæ Maritus prior

Landricus Matthildis Guil. Ottonis Burgundiæ Comitis & Hermentrudis Rociacensis maritus

Bodo qui Burchardi nomen sumpsit maritus

Bucchardus senior Vindocines. Comes Elizabethæ maritus

Adela 2. uxor Fulconis Nerræ

Rainaldus

Adelæ Andegavensis

Fulco anser Petronillæ maritus

Euphrosyne barbarè *Nifrana* Gaufridi de Pruliaco uxor

Gaufridus *Grisa tunica* Matthildis maritus

Eodem verò (quo ſuperiora omnia conjugia vel reipſâ ſoluta, vel ab Ivone improbata ſunt) jure contractum à ſe cum Bertha Hollandica matrimonium ob cognationem ſolvendum credidit Philippus Rex.

## *Philippi Regis & Berthæ Hollandicæ cognatio.*

Henricus auceps Matthildis maritus

Otto Magnus Edgitæ Eduardi Anglorum regis filiæ maritus

Luitolphus Alamannorum Dux Idæ Hermanni filiæ maritus denatus Anno 957.

Otto Dux Alamann. Iudithæ maritus denatus anno 982.

v. Holland. Chron. Magn. Chron. Belgic. Miræi Notit. Eccl. Belg.

Ottelhildis Theodorici III. Friſionum & Hollandorum Ducis uxor, Gregorii V. ſoror.

Theodoricus IIII.

Florentius I Gertrudis Saxonicę maritus prior

Theodoricus V.

Bertha Philippi I uxor Roberti Friſionis privigna.

Hadewidis Hugonis Magni uxor

Hugo Capetus Rex Adelhaidis Guillel. II Aquit. ducis filiæ maritus.

Robertus Rex Conſtantiæ Guillelmo I Arelat. Comite & Adelâ Andeg. genitæ maritus

Henricus I Annæ Ruſſicę maritus

Philippus I Berthæ Florentii I & Gertrudis filiæ, maritus

Adela Balduini V. Flandriæ Comitis uxor.

Robertus Friſio Gertrudis 2 maritus, Berthæ vitricus

Robertus Hieroſolymitanus.

Non

Non igitur *contra canonum statuta*, (quod male affectus absurdè somniavit Gaufridus) sed ex eorum præscripto, imò Romanæ sedis *auctoritate* munitus *consanguineam* & *consobrini* privignam Bertham *repudii libello repulit* Philippus Rex; nec minus falluntur qui eum vixdum nubilis, nec tum procis petitæ Bertradæ forma ac blanditiis dementatum, de deferenda Bertha, cui post excommunicationem (si Deo placet) reconciliatus fuerit, consilium sumpsisse putant; cùm ipse nos Aimoini continuator doceat, *procedente tempore Regem Philippum Bertham reginam repudiavisse, ei subtraxisse sui præsentiam*, eandemque *ad castrum quod dicitur Monsteriolum supra mare situm quo illam dotaverat destinavisse*. Nec ipsa deinceps ad regiam reversa est, verum Arnulfi qui postea Suessionensium Episcopatum administravit suo malo vaticinium experta, Giraldo enim qui Arnulfi loco Sancti Medardi monasterio præfectus fuerat, vim inferre ausa, hæc ab Arnulfo audiit, *si domnum Giraldum Abbatem à loco isto violenter expuleris, vindice Deo, & tu ante diem mortis tuæ à totius regni dominio extruderis, & in ærumna atque despectu, exsors regni morieris*. Quod paulò post (Lisiardo teste) eventus comprobavit. *Hæc* inquit, *viri Dei prophetia luce clarius manifesta facta est, dum omnibus patet, quod eadem regina post aliquot dies regis offensam irremediabiliter incurrerit, ob quam à consortio totius regni rejecta in pagum Pontium cum dedecore transportata sit. ibique diuturna calamitate detenta morte plebeia defuncta sit, & sepulta*. Id ipsum confirmat Sugerius de Ludovici Regis in Philippum Patrem pietate in hæc verba scribens, *Hic mirabilem ostendens animi generositatem cùm toto tempore vitæ suæ nec pro matris repudio, nec etiam pro superducta Andegavensi, ipsum in aliquo offendere, aut ejus regni dominationem defraudando in aliquo sicut alii consueverunt juvenes curaverit perturbare. Irremediabiliter* ergo, id est ad extremam usque horam regio thoro deturbata Bertha divinam manum sensit, suamque Papali *auctoritate*

Lib. 5. c. 49.

Lisiardus vitæ Arnulfi lib. 1. cap. 18.

Vita Ludovici c. 12.

Ivo Epist. 19.

*& Episcoporum laudatione pleniter definitam causam*, deplorare coacta est.

### III. *Quas primum dimissa Bertha nuptias appetierit Philippus Rex.*

NEfario (antequam relegaretur Bertha) Bertradæ pellicatu infamatum Philippum, hactenus multis persuasum fuit, de regis fama minus sollicitis, sed revera anno D. 1085 auctoritate Ecclesiastica solutum Berthæ matrimonium, eodemque vel sequente anno Rogerii ex priore (quam A. D. 1061 duxerat) conjuge Delicia * seu Eremburge, filia Emma (Gaufrido teste) petita est, *Hic* (inquit) *Legatos apud Siciliam ad Comitem dirigens, filiam ejus nomine Emmam, quam de prima uxore speciosam puellam habebat, sibi in matrimonium copulandam expetit. Comes verò fraudis quam versus legitimam uxorem habebat ignarus, cum multis sponsalibus se sibi daturum concessit, statutoque termino, navibus apparatis eam usque ad S. Ægidium cum pluribus thesaurorum euxeniis, quo Rex se obviam fieri dixerat maritimo cursu transmittit. Habebatque fiduciam in Comite ejusdem provinciæ Raimundo, quod eam Regi honestè consignaret: nam & ipse aliam filiam Comitis jamdudum duxerat. Rex verò pravorum consilio usus, ad hæc nitebatur, ut thesauris susceptis Comitem de filia (non ducendo) ludificaret. Porrò Comes Raimundus regia fraude comperta, cæpit & ipse nihilominus aliam fraudem conjecturare, videlicet ut puellam, dissimulata fraude cum honore suscipiens, alteri probo viro in matrimonium consignaret, ipse verò omnem pecuniam usurparet. Sed prudentes viri quos Comes cum familia miserat, prece puellæ pecunia exportata, fraudē quæ agebatur comperientes, anchoris extractis, vela ventis committentes, puella cum sororis marito relicta placida aura sufflante cum pretiosioribus thesauris ad Comitem in Siciliam revertuntur. Comes verò Raimundus fraude quam machinabatur ex parte frustratus puellam Comiti Clarimontis legalibus nuptiis copula-*

* f. Adelicia.

*copulavit, ſicque ſola Dei diſpenſatione ſolenniter maritata & pater opprobrio quod Rex machinabatur, à filia inordinata & contra jus quavis legali copulatione liberatus.*

Anno nimirum 1061 Guillelmo Moritonii comite prognatam Deliciam ſive Eremburgim deducente Roberto S. Euphemiæ Abbate fratre, deſponſaverat Rogerius, ea anno 1089 defuncta Adelhaïdem Bonifacii marchionis neptem duxit idem: ex Eremburga, Matthildis & Emma natæ; Matthildis anno 1080. Raimundum Sancti Ægidii comitem maritum ſortita Bertrannum Toloſanorum ac exinde Tripolitanorum comitem peperit. Emma Philippo Regi deſponſata Roberto III, Guillelmi III & Philippæ filio Arvernorum Comiti nupſit. Cetera quæ temere principibus parum propitius Gaufridus commentus eſt, indicaſſe refutaſſe eſt. Nam primo cùm ſoluto ſive Gregorii VII ſive Victoris II *authoritate* Berthæ matrimonio, Philippo aliam ducere liberum fuerit, fraudem quo tempore Emmam *expetiit adverſus legitimam uxorem* nullam *habuit*. Secundo cùm Philippo per Legatos ambienti filiam *conceſſerit ſtatutoque termino conſignandam tranſmiſerit*, nullam ſive facti, ſive juris ignorantiam cauſari potuit Rogerius. Vt enim novam ante divortium nuptam duxiſſe Regem nemo ſanus crediderit, traditam à patre filiam antequam de generi ſtatu conſtaret, ſomniare ridiculum foret, Raimundi tantam fuiſſe vecordiam, ut Berthæ, tota Europa notum, infortunium ignoraret, aut adeo in Rogerum ſocerum univerſamque familiam impium fuiſſe ut impendens Emmæ probrum ſuſque deque haberet putare abſurdum eſt: nec minus inſanum eſt Philippum procum, Raimundum paranymphum ſimulaſſe quò tutius in oblatam & iniqua ſpe devoratam prædam inhiaret. Sed (quam *labem contagio fecit* & regiæ poteſtatis in omnibus ferè qui à Caroli ſimplicis ævo vixerunt magnatibus æmulatio) occultis fortè in regium nomen odiis accenſus Raimundus Roberti Ar-

Gaufrid. lib. 2. c. 19.

Idem lib. 4. c. 15.

Idem lib. 3. c. 22.

verni

verni conſiliorum participis, quam Philippi Domini conjugium procurare maluit *facto pius & ſceleratus eodem*, ac ne fruſtrandæ Rogeri Soceri ſpei deeſſet color, falſis Regiam famam criminationibus appetivit, quas poſteà nec Raimundo nec Regi æquus pro libidine quò voluit detorſit Gaufridus.

## IV. *Quo potiſſimum tempore ac conſilio à ſecunda uxore diverterit Fulco Richinus.*

IMpeditam Fulconis hiſtoriam delibaturos, ſuſpenſô (nequando in irremeabilem errorem incidamus) quæ ſola nunc ſupereſſe videntur Andegavenſis familiæ monumenta animo evolvere neceſſe eſt. Sic enim *obſcuris vera involvit* Commentarii *de Andegavenſium Conſulum geſtis* Anonymus ſcriptor. *Fulco plures duxit uxores filiam Lancelini de Baugentiaco ex qua orta eſt comitiſſa Britanniæ illa quæ poſt obitum viri ſui Hieruſalem in Eccleſia Sanctæ Annæ vitam monialem exercuit. Poſt mortem filiæ Lancelini duxit Ermengardim filiam Arcimbaldi fortis de Borbonio, ex qua genuit Gaufridum Martellum admirabilem virum, juſtitia inſignem, totius boni cultorem, qui terror omnium inimicorum fuit; Libidinoſus Fulco ſororem Amalrici de Monteforti adamavit, cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit, pro qua matrem Martelli dimiſit, affirmans eam de genere ſuo fuiſſe, quam dimiſſam Guilielmus Ialuanacenſis vir ex nobilioribus Arvernorum uxorem duxit.* In eandem ferè ſententiam inedita Ambaſienſium geſta. *Fulco reperta cognatione Ermengardim matrem Martelli eo adhuc puero dimiſit, quam dimiſſam Haimo cognomento Vacca varia Dominus Borbonis frater ejus filius Arcimbaldi fortis ſecum in Arvernia ducens, Guillelmo Ialiniacenſi Domino, filio Vldini barbæ in conjugio copulavit. Hic ex ea genuit Vldinum & Elizabeth.* Hæc prioris anonymi verba *Libidinoſus Fulco, matrem Martelli dimiſit, affirmans eam de genere ſuo fuiſſe*, malignè interpretatus Io. Bourdigné qui ante annos plus minus centum Andegavenſem

Ermengardis quæ Guillelmo VII Pictav. Comiti primum nupſerat.

leg. *Ialiniacenſis.*

venſem

vensem historiam concinnavit, falsa Fulconem de Ermengardi uxore affirmasse temere suspicatus est. Sed revera *reperta cognatione* divertere à Turonensi Episcopo jussus Fulco cùm non pareret excommunicatus, ac anno tandem 1081 ad divortium à Gregorio VII compulsus est, quod sequentes ejusdem Epistolæ manifestum faciunt. Lib. 9. Epist. 22. 23.

## Gregorius Episcopus servus servorum Dei G. glorioso Comiti Andagavensi.

Non *Gaufrido* sed *Fulconi* scribendum. Nam toto Gregorii VII tempore *Gaufridus* nullus Andegavensium comitatum tennit. decesserat enim *Gaufridus Martellus* senior an. 1061. in vinculis ab anno 1067 ad 1096. fuit *Gaufridus Barbatus* puer adhuc erat *Gaufridus Martellus* junior.

*Dolemus satis, quod adversus gloriosam famam tuam per Galliarum partes diffusam, & usque ad Apostolicæ sedis notitiam perlatam, astutia diaboli potuit prævalere. Sicut enim de te lætabamur, & quodammodò unicè de bonis studiis tuis in sermonibus nostris præsumebamus asserentes te non solum principes, sed & ipsos reges justitia & morum honestate superare: sic nobis gemendum videtur prudentiam tuam à tanta gratia & à tanto virtutum culmine decidisse. Qua in re antiquam hostis humani fraudem recognoscimus nequissimè elaborasse ut qui Adam per mulierem de paradiso expulit, te per eundem sexum eadem gloria & hujus vitæ laudabili fama privaret, & multa bona tua isto deceptionis suæ genere confunderet. Cujus rei gratia ab Episcopo tuo correctus & excommunicatus ut à tanto periculo te & conjunctam tibi erueres & domum tuam à perpetua infamia liberares, non solum Deo & justitiæ de perpetrato crimine non satisfecisti, sed & ipsum Episcopum, cui (etiamsi injustam sententiam super te dedisset) obedire debueras contra morem æquitatis tuæ tyrannice insecutus es, cùm constet aliquem amorem Dei non posse habere, qui spiritualis patris pro culpa inobedientiæ suæ gratiam & dilectionem probatur amisisse. Quod nos audientes, victi amore tuo, memores etiam virtutum tuarum quæ à religiosis viris nobis insinuatæ fuerant, usque modò te portavimus, sperantes ut divina tactus miseratione ad sanum consilium redires, & æterno regi cujus judicio quotidiè propinquas, te purgatum præsentare contenderes, & quia in hoc amorem*

Ermengardim consanguineam.

Radulpho Turonensi.

*sæculi magis quam animæ tuæ salutem perpendisti, veremur ne divina indignatio diu protractum & inemendatum facinus acriter puniat, unde paterna te charitate monemus, ut ab hac iniquitate quæ bonorum tuorum fructus universaliter dissipat, sapienti usus consilio surgas, & tam te quam tibi conjunctam de catena diaboli eruas. Quod si innocentiam tuam super hoc negotio confidis posse probari, videtur nobis perutile, ut Synodus constituatur, cui Legati nostri H. * Episcopus & Richardus, vel alter eorum intersit, ut in audientia religiosorum virorum possit perquiri quid in te vel sententia super te promulgata debet emendari. Deus scit, & conscientia nostra testis est, quia mens nostra multum gauderet de te: utpote quem jampridem sincero & pleno amore dileximus, si ab hac infamia quoquo modo te liberares & aditum lædendi te per fructum correctionis hosti antiquo concluderes. Munera tua ideò recipienda non esse arbitrati sumus, quia divinis oculis oblatio tua non acceptabilis esse probatur, quamdiu à peccato isto immunem te non reddideris, & ad gratiam omnipotentis Dei (sicut Catholicum principem decet) non redieris. Licet munera tua propter illud peccatum non receperimus, tamen Dei misericordiam pro te exorare non desistemus. De cætero nobilitatem tuam monemus, atque præcipimus ut præfato Episcopo tuo res quas sibi abstulisti restituens, dignè satisfaciendo eum placare procures, ac deinceps eum nullatenus inquietare præsumas.*

* Hugo ex Diensi Lugdunensis.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Abbatibus, Clericis, & laïcis Turonensis Archiepiscopatus, & Episcopatus Andegavensis, qui Deo & B. Petro atque sedis Apostolicæ legatis obediunt, Salutem & Apostolicam benedictionem.

*NOtum vobis esse non dubitamus, Andegavensem Comitem ob nequitiam suam esse excommunicatum quam etiam in eos, qui sibi adhærent & favent, extendi cunctis sacram Scripturam scientibus liquet:*

*liquet. Qui jamdiu expectatus, non solum de via sua pessima, ad Deum (sicut Christianum oportet) non est conversus, sed insuper ad augmentum malitiæ suæ aliis item excommunicatis conjunctus fratrem nostrum Turonensem Archiepiscopum de sede sua expulit, bonisque Ecclesiæ penitus expoliavit. Proinde Apostolica vobis auctoritate præcipimus ut tam à præfato Comite, quam ab omnibus sequacibus, vel complicibus ejus vobis summoperè caveatis, omnino vos abstinentes à familiaritate & participatione ipsorum. De prædicto verò fratre nostro Archiepiscopo, qui propter justitiam pulsus, & persecutionem perpessus est vobis nihilominus præcipientes mandamus, ut ei sicut patri vestro fideliter devoteque obediatis, ac necessitatibus ipsius (sicut boni filii) opitulari libenter studeatis. Quemadmodum namque sæpedicto Comiti faventes in se Dei odium procul dubio provocant, ita & huic fratri nostro in quibus necesse est suffragantes, non dubiè gratiam Beati Petri, suorumque peccatorum absolutionem merentur. Prætereà præcipimus nominatim B. Venerabili Abbati Sanctæ Mariæ, ut literas nostras Canonicis Sancti Martini quas eis dirigimus ferat.*

Ex his cùm adactum (ceu illata vi) ad divortium Fulconem constet, & *libidinosum* (ob iteratum post dimissam Ermengardim conjugium) Comitem perperam vocavit, & falsò pro *Amalrici sorore* quam octavo post anno duxit dimissam Ermengardim commentus est anonymus: Restat nunc ut Fulconis & Ermengardis cognationem ob oculos statuamus.

Gaufridus *Grisatunica* Adelæ Roberto Viromanduo Trecensium Comite & Werrâ prognatæ maritus.

Fulco *Nerra* Hildegardis maritus — Adela Blanca Guillelmi I. Arelaten. Comitis uxor

Gaufridus Martellus Agnetis Ottone Guillelmô Burgund. Comite & Ermentrude de Rociaca prognatæ maritus. — Ermengardis Alberici Wastinensium Comitis maritus

Ermengardis Roberti II. Arvenorum Comitis 2 Arcimbaldi IV de Borbonio uxor

Gaufridus barbatus — Fulco *Richinus* Hildegardis Lancelinô Balgentiacensi & Paulâ Cenomanensi prognatæ, 2 Ermengardis Borboniæ, 3 Bertradæ Simonis de Monteforti & Agnetis Ebroicensis filiæ maritus.

1. nupt. — Guillelmus III. Arvernor. Comes

2. nupt. Arcimbaldus V. seu fortis Luciæ maritus

1. nupt. Ermengardis Guillelmi VIII, Aquit. Ducis à quo dimissa est, 2. Alani Fergani Britonum Comitis uxor — 2. nupt. Gaufridus Martellus — 3. nupt. Fulco Hierosolymitanus — Agatha Lancelini Balgentiac. uxor

Ermengardis Fulconis Richini II Guillelmi Ialiniacensis uxor — Arcimbaldus ante patrem denatus — Haimo Vaccavaria Aldesindis Guill. Tornodorensis filiæ maritus.

1 nupt. Gaufridus Martellus.

2. nupt. Elizabeth Hugonis de Calvô monte ad Ligerim uxor.

V. Quo

## V. *Quo anno Bertradam de Monteforti duxerit Fulco Richinus.*

NE quis anonymo Andegavensium scriptori, qui *pro Bertrada* à Fulcone *dimissam Ermengardim* putavit, fidem habeat; anno demum 1089, qui ab Ermengardis repudio octavus fuit, Fulconi desponsatam Bertradam coætaneus Ordericus Vitalis docet *Ecclesiasticæ historiæ* lib. 8. in hæc verba; *Audientes Cenomani dissidium Normannorum cogitaverunt fastuosum excutere à se jugum eorum, quod olim facere multoties conati sunt sub Guillelmo magno Rege Anglorum; Hoc Robertus Dux. ut comperit, legatos & Exenia Fulconi Andegavorum Satrapæ destinavit, obnixè rogans ut Cenomanos à temerario ausu compesceret, ac in Normanniam ad se graviter ægrotantem veniret. At ille obsecranti libenter acquievit, Ducemque jam convalescentem reperit. Post plurima pacis & amicitiæ colloquia Fulco Comes dixit Duci Roberto.* Si »
*mihi quam valdè cupio rem feceris unam, Cenomanos tibi subjiciam,* »
*& omni tempore tibi ut amicus fideliter serviam, Amo Bertradam* »
*sobolem Simonis de Monteforti neptem scilicet Ebroïcensis Comitis* »
*Guillermi, quam Heluissa Comitissa nutrit, & sua sub tutela custodit.* »
*Hanc mihi conjugem trade obsecro, & quæque tibi pepigi servabo.* »
*Protinus ex parte Ducis super hac re Comes Ebroïcensis requisitus est, qui mox cum suis necessariis amicis consilium iniit & exitum rei solicitè investigavit. Tandem negotio diligenter indagato ad Curiam Ducis accessit, & inter cætera sic Duci dixit. Rem Domine Dux, postu-* »
*las à me mihi valdè contrariam, ut neptem meam quæ adhuc tenera* »
*virago est, digamo tradam, quam sororius meus mihi commendavit* »
*nutriendam, verum providè commodum tuum quæris, meumque par-* »
*vipendis; Cenoviavensem Comitatum vis tibi obtinere per neptem* »
*meam, & tu mihi aufers hæreditatem meam, justumne est quod mo-* »
*liris? non faciam quod poscis nisi reddideris mihi Bathuentum, &* » Boutavam
*Nogionem Vaceium & Craventionem, Scoceium, aliosque fundos* »

„ *Radulfi patrui mei, qui pro magnitudine capitis & congerie capillorum jocosè cognominatus est* caput asini, *nepotique meo Guillelmo Bretoliensi, Pontem Sancti Petri, & reliqua quæ rationabiliter & legaliter poterimus approbare, quod nostra debeant esse hereditario jure; legitimi mihi siquidem testes sunt, & in omnibus idonei quod Robertus de Guacejo filius præfati Radulfi patrui mei me totius juris sui hæredem constituit; sed Guillelmus Rex consobrinus noster quia potentior nobis fuit, omnes hæreditatis nostræ partes, sicut Leo in partitione cervi suas fecit: his Domine Dux sapienter consideratis tene rectitudinem nobis, & nos tuis obtemperabimus jussis. Dux autem hujusmodi responsione audita ex consulto sapientum decrevit dare minora ne perderet majora, Tunc Edgarus, Adelinus & Robertus Bellismensis atque Guillelmus de Archii monachus Molismensis præcipui Ducis consiliarii erant. Guillelmi ergo Ebroicensis & Guillelmi Bretoliensis nepotis ejus petitionibus Dux acquievit & prænominata cum territoriis suis oppida tribuit præter Scoccium, quod Gerardus de Gornaco possidebat, qui de eadem parentela prodierat, filius enim Basiliæ Girardi Fletelli filiæ erat, tantæque potentiæ cui nemo vim inferre poterat. Deinde Andegavensis Consul concupitam puellam gaudens suscepit, & viventibus adhuc duabus uxoribus tertiam desponsavit, quæ filium ei nomine Fulconem peperit.*

Ex his Andegavensium aliorumque ὁμοδόξων somnia refellere facile est. Si enim anno 1089 à Fulcone petita primum est Bertrada, *pro ea*, anno 1081 ( id est octennio solido antequam eam deperiret ) Ermengardim dimittere non potuit. Si rursus anno 1089 *tenera adhuc virgo fuit*, anno 1081, quo solutum Ermengardis matrimonium nec nubilis nec Fulconi expetenda fuit. Si denique sub *Guillelmi* avunculi *tutela custodita, ab Heluissa Comitissa nutrita est* nec in libidinem præceps ante annos ruere, nec lasciviæ impuroque ( quod nonnulli putant ) Fulconis contubernio ( ut strenuè pellicem ageret ) assueta dici potuit. Viderint ergo quotquot insano in ejus immerentis nullo nævo violatam famam impetu genuinum infi-

insigunt: Valeat etiam Orderici falsis plus æquo maledicorum susurris addicti παρόραμα, cùm enim *post mortem filiæ Lancelini Ermengardim Arcimbaldi fortis filiam duxerit Fulco, viventibus adhuc duabus uxoribus, tertiam* Bertradam nequaquam *desponsavit*, Imò plures simul (si Canones Romanæque sedis dictatus inconcussos stare patiamur) uxores, nunquam habuit, quandoquidem defuncta Hildegarde Balgenciaca *Ermengardim duxit*, solutoque Ermengardis ante octennium conjugio ex quo Fulconis esse desiit, ut Guillelmi Ialiniacensis fieret conjux, Bertradam *desponsavit*.

## VI. *Quo tempore & consilio à Fulcone marito discesserit Bertrada.*

CVm Ermengardis Gregorii VII, Clerique Gallicani jussu repudium passa esset, ac exinde in Ialiniacensem familiam deducta magnum sui filio, populis & marito (forsan) desiderium reliquisset, nec Canones deessent qui postremum Fulconis matrimonium improbare viderentur: Exempli causa Concilii apud Vermeriam palatium circa A. Verberi.
D. 750. congregati c. 1. *In conjunctione, si inventi fuerint non separamus, sed pœnitentiam eis indicamus*: alterius apud Compendium anno 757. id ipsum ex parte confirmantis c. 1. *Si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non separamus; in tertia verò si reperti fuerint separentur; Et eos qui unus in quarta, alius in tertia sibi pertinent & conjuncti inveniuntur separamus*; Capitularis A.D. 754. à Stephano sive II. sive III. scripti c. 5. *Si uxor à viro repudiata fuerit, utrum liceat viro illa vivente aliam ducere in Epistola Domini Innocentii Papæ directa ad Exuperium Tolosanum Episcopum continetur.* Qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt eos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel uxore vivente, quamvis dissociati videantur esse à conjugio, ad aliam copulam festinarunt,

neque

neque possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam hæ personæ quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Euangelio. *Qui dimiserit uxorem suam & aliam duxerit mœchatur:* & ideò omnes à communione abstinendos, *&c.* suo quantumvis bona fide contracto matrimonio metuere Bertrada, animoque revolvere cœpit, an tuta conscientia cum viro cui post dimissam priorem (præter Canones ductam) uxorem *injuncta pœnitentia* non ineundi novi matrimonii libertas concessa videbatur, vitam (prout cœperat) transigere deinceps posset, præsertim cum se rigidiorum disciplinæ patronorum aculeatis dicteriis oblique perstringi ac nonnunquam pro Fulconis pellice haberi sentiret: hinc enim orta Ivonis ad Rainaldum Remensem scribentis dubitatio quæ Bertradam *dictam conjugem Comitis Andegavensis,* non absolutè *conjugem* vocare compulit; hinc horrendum illud in ejusdem ad Hugonem Lugdunensem datam Epistolam translatum carmen *licet ad placitum Herodis saltet Herodias, petat caput Ioannis, concedat Herodes; non licet tibi uxorem tuam inordinatè relinquere, & contribulis tui conjugem vel* pellicem *in conjugium habere.* Quicquid sit; *annis fere quatuor cum Fulcone* marito *demorata est*, id est ad annum usque 1093 quo pristinæ consuetudinis pertæsa, clam Turonibus excessit.

Math. 19. 9. · Ivo Epist. 13. · Ivo Epist. 24. · Marc. 6. 18. · Orderic. lib. 8.

Quid mente versaverit anxia mulier suo modo, id est falsis vera permiscens, expressit Ordericus, *Bertrada* (inquit) *Andegavorum Comitissa metuens ne vir suus, quod jam duabus aliis fecerat, sibi faceret, & relicta contemptui (ceu vile scortum) fieret, conscia nobilitatis, & pulchritudinis suæ, fidissimum legatum Philippo regi Francorum destinavit, eique quod in corde tractabat evidenter notificavit, malebat enim ultrò virum relinquere, aliumque appetere, quam à viro relinqui omniumque patere despectui.* Non igitur (ex Orderici mente) impuræ conscientiæ morsus, sed ipsa *nobilitatis* quæ non dicam probrum, sed nè *despectum* ferre posset, *conscien-*

*conſcientia*, non mariti faſtidium ſed juſtus à mariti faſtidio metus Bertradam ad divortium impulit, quam proinde matronalis modeſtiæ oblitam, ut impunè ſcortum in regiam inferret, maritali domo pedem extuliſſe nemo dixerit; ſed famæ (dum licuit) conſuluiſſe, ne quando *relicta vile* à quoquam *ſcortum* haberetur: quanquam, (ſi quid capio) ei à viro cui chariſſima fuit metuendum nihil fuiſſe videatur, ſed fortè à Gaufrido privigno, quem toto vitæ tempore, ut adverſarium fecit, ſic paſſa eſt. Abſurdè etiam id *metuiſſe* Bertradam *ne quod vir ſuus jam duabus aliis fecerat ſibi faceret*, fingere auſus eſt Ordericus; quandoquidem nihil (ſi qua Andegavenſium monumentis fides) in uxores præter officium admiſit Fulco, quem Hildegardim deſeruiſſe nunquam; Ermengardim non ſpontè, ſed excommunicatione coactum reliquiſſe liquet: Abſurdius verò alienoque planè loco nempe ad annum 1106. quiſquis *Andegavenſium Conſulum geſta* ſcriptis mandavit, Philippi regis ob iteratum ætate adhuc florenti (cùm 40 vitæ annum vix exceſſiſſet probatumque Clero Berthæ divortium eſſet) matrimonium, *libidinem* notavit, *Rex* (inquit) *libidinoſus Philippus Turonis venit, & cum uxore Fulconis locutus eam fieri reginam conſtituit; peſſima illa, Conſule dimiſſo, nocte ſequenti Regem ſubſequitur, qui Mindraio propè pontem Beuronis milites dimiſerat, qui eam Aurelianis duxerunt; ſicque Rex luxurioſus domum ſuam ſceleratis nuptiis ſub anathemate factis replevit.* Factum paulò aliter narrat Ambaſienſis hiſtoriæ ſcriptor ineditus, *Rex* inquit *Francorum Philippus, Turonis venit, & cum peſſima uxore Fulconis Comitis locutus eam furto nocte raptam ſecum deduxit & tenuit: Itaque rex luxurioſus adulterium publicum exercuit.* Bertradam certè nec *rapere* potuit abſens, nec *ſecum* quæ poſt ſubſecuta eſt, *deducere*, ſed fortè à Bertrada quæ ſe ſuaque fidei regiæ committebat *per legatum* clam *deſtinatum* Turones accitus Philippus, poſtquam occulta cum ea conſilia miſcuit, Fulconi valedixit, & *ad pontem Beuronis milites* in reditu *dimi-*

*ſit*, qui ſubſecuturam Aurelianos uſque deducerent, *libidinoſus* verò, aut ſceleratus dici vix meruit, qui matrimonii prioris nexibus Eccleſiaſtica *auctoritate* ante octennium ſolutus, toto illo tempore (ſine ulla intemperantiæ nota) celebs vixit, nec ſibi *pellicem*, ſed *uxorem* quæſivit.

## VII. *Quibus potiſſimum argumentis permotus Bertradam duxerit Philippus.*

Ivo Epiſt. 13.

Ne cuiquam Philippi Regis factum durius exagitandum videatur, ſuperductas meminerit lector A Clotario I. Gundeucham, Aregundim Chunzenam, Woldetrudem. A Chilperico I. Fredegundim. A Theodeberto I, viventi marito ſubductam Deuteriam, & wiſſigardi prælatam. A Dagoberto I. Nantildem. A Carolo Martello Alpaïdem. A Carolo Magno Hildegardim Faſtradam & Luitgardim. A Ludovico II Imp. Winigiſi filiam. A Lothario fratre Waldradam. A Ludovico *Balbo* Adelheidem. A Rollone Giſlam Caroli ſimplicis filiam: ab Henrico Aucupe Matthildem ipſaque Philippi ætate à Radulfo Criſpei Comite Annam Ruſſicam Henrici I viduam. A Guillelmo VII Pictonum Comite Matthildem & Aldeardim Burgundicam. A Guillelmo VIII, Philippam, Matthildem, & Hildegardim quæ anno 1119 ſibi à marito *Malbergionem* Vicecomitis Caſtri-Heraldi prælatam uxorem queſta eſt. A Balduino Hieroſol. rege Adelheidem Rogerii Siciliæ viduam. Ottonem Comitem Ludovici Comitis uxorem publicis nuptiis eo vivente ſibi copulaſſe, eaque de cauſa A. D. 1089 à Ludovici Comitis militibus cæſum. Ab Ingelramno de Borua Ambianorum Comite Codiciacenſis familiæ ſtirpe, Godefridi Namurcenſium Comitis conſobrini viventis, uxorem Sibyllam Rogeri Porcenſium Comitis filiam impunè A. D. 1085 ductam, ex eaque filiam ſuſceptam quæ poſtea Guidoni Caſtellano Torotæ Domino nupſit ſuſceptam.

ROmani Pontificis *auctoritate* Gallicanorumque Præſulum *laudatione* ſoluto Berthæ matrimonio, liber factus Philippus, ut (quandocunque ſe offerret occaſio) liberam duceret; Bertradam quam ætatis florentis gratia, formæ decus incomparabile, animi præclaræ dotes, generis ſingularis ſplendor certatim commendabant, cæteris omnibus facilè ante poſuit, cùm præſertim regiam (ut ſe in libertatem aſſereret, & conjugii ſuo plurimorumque aliorum judicio illegitimi moleſtis pedicis exueret) imploraſſet, generoſamque, ſed flexilem, animam hinc ſpes amore ſuccenſa, inde miſeratio, ad ſupplicantis preces (vel cum famæ neglectu) admittendas permoviſſent: Fulconis igitur ſe uxorem vocari non eſſe, Ermengardim (ut ut alii nuptam) multis revera conjugem, & videri & dici proteſtante Bertrada; non expectata ulteriore cauſæ cognitione protinus acquievit; quodque præoptabat credidit, ex advocato procus. Hinc factum ut clandeſtinam fugam meditantis pudenda conſilia præcipiti ſententia firmaret; & feſtinati itineris ſive Comites ſive Duces offerret; & advenientem propinqui matronam ſponſæ

titulo

titulo dignaretur, & solemnes nuptias nondum pristinis vinculis expeditæ pararet : nec se subblandientibus affectibus nimium indulgentem è fumo in ignem delabi ( præter canones cum consanguinea inito matrimonio ) sentiret.

## *Philippi primi & Bertradæ cognatio.*

Rollo Normannorum Dux à baptismate *Robertus* dictus Poppæ Berengarii Bajocassium Comitis filiæ maritus

- Guillelmus *longa spata* Sprotæ Bernardo Veromanduo Silvanectensium Comitenatæ maritus — Gerloch Guillelmi II Aquitanorum Ducis uxor
  - (Guillelmus) Richardus I. Gonnoridis maritus
    - Richardus II Iudithę Britan. maritus.
    - Robertus Rotomagensium Archiepiscopus & Ebroicensium Comes Erlevæ maritus
      - Richardus Ebroicensium Comes N. Rogerii de Toëneio viduæ maritus
        - Guillelmus Comes Helvissæ Guillelmi Nivernensium Comitis filiæ maritus. — Agnes Simonis de Monteforti uxor secunda
          - (Agnes) Amalricus Comes — Bertrada Philippi regis uxor secunda
  - (Gerloch) Guillelmus III *caput stuppæ* dictus — Adelhais Hugonis Capeti regis uxor
    - Robertus Rex Constantiæ Arelatensis maritus
      - Henricus Rex Annæ Russicæ maritus
        - Philippus Rex Bertradæ maritus
          - Philippus Comes Medantensis — Florus — Cæcilia uxor Tancredi.

Tom.3. script. hist. Franc. p.344. *Cum sua venerabili conjuge Adelaide nomine filia Pictavorum Comitis*, &c.

Συγγενείας hujus cùm nec ipſe (aliò intentus) nec cæteri quorum intererat memores fuiſſe videantur exquiſitis aliunde argumentis ejus cum Bertrada conjugium oppugnarunt, ipſe verò (ut ut errore multiplici abreptus) animo tamen à turpi pudendaque laſcivia averſo, *conjugii prætexit nomine culpam*; nec Bertradam *amicam*, ſed *uxorem* ſolenni more ductam, regio titulo inſignem, ex qua ſuſcipiendi liberi ad ſpem regni ſuo loco vocarentur, ſortitus, ad nuptias Ivonem alioſque regni Epiſcopos invitavit. Hinc Ivo de rege Epiſt. 13. ad Rainaldum Rhemenſem, *obnixè me rogavit, ut eſſem ei adjutor, in celebrandis nuptiis, quas facere diſponebat cum Bertrada dicta conjuge Comitis Andegavenſis, &c. reſpondi me hoc ignorare, nec hujuſmodi nuptiis velle intereſſe, &c. hoc matrimonium laudare non poſſum*; Epiſt. 14. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos *nuptiis ad quas vocati eſtis, ſubtrahere vos debetis*, Epiſt. 15. ad Regem *huic nuptiarum ſolennitati ad quam me vocatis*, &c. *legitimum vos inire poſſe matrimonium*, &c. *vocor ut Pariſius cum uxore veſtra veniam*, Epiſt. 16. ad Walterium Meldenſem *conjugium ejus quod antè factum ratione reſiſtente non laudaſtis*, Epiſt. 19. ad Willelmum Fiſcanenſem, *regem cujus illicito conjugio contradiximus.* Epiſt. 23. ad Widonem Garlandenſem dapiferum, *divortium inter eum & novam conjugem ſuam*, Epiſt. 24. ad Hugonem Lugdunenſem, *dicat Ioannes non licet tibi*, &c. *contribulis tui conjugem, vel pellicem, in conjugium habere*, Epiſt. 28. ad regem, *mulieris quam pro uxore habetis* Epiſt. 50. ad Richerium Senonenſem, *affines illius olim dictæ reginæ*, &c. *juraſſe ſe nullo terrore Regis, vel dictæ reginæ compulſos*, Epiſt. 66. ad Hugonem Lugdunenſem, *ſicut ei illa prædicta regina promiſerat*, & Epiſt. 68. *habentur apud nos quidam negotiatores creditores illius dictæ Reginæ*, &c. *referente eadem regina quodam cautelæ ſtudio*, Epiſt. 87. ad Ioannem & Benedictum Cardinales Legatos *contubernalem* contemptim quo tempore excommunicatio iteranda erat, vocavit; at Epiſt. 144. poſt biennium ad Richardum

Ioan. Tuſculanus, vel S. Anaſtaſiæ Benedictus Eudoxiæ vel S. Petri ad vincula Card.

dum * Albanensem cui absolvendi regis provincia demandata erat scripta, ambigua voce (sed quæ benignius interpretari possit) *regis lateralem* nuncupavit; prout suo loco videbimus. Bertholdus ad A. D. 1094. *vivente uxore sua alteram superinduxit:* & ad A. D. 1095. *propria sua uxore dimissa militis uxorem sibi in conjugium sociavit.* Ordericus lib. 2. *Odo Bajocensis Episcopus execrandam desponsationem fecit*, & lib. 11. *nuncius Bertradæ, novercæ illius Ludovici, pedetentim illum secutus est*, &c. *Ludovicus novercæ suæ fraude comperta*, &c. *novercam interimere præoptavit*, &c. *procax noverca veneficos adhibuit*, &c. *convalescente privigno noverca ingemuit*, &c. *filios suos Philippum & Florum si ille moreretur in regni solio securior inthronizare moliretur*, &c. *à filio culpabili novercæ reatuum remissionem poposcit Rex*, &c. *Philippus Francor. Rex Fulconi privigno suo*, &c. *Bertrada quippe mater præfati adolescentis regis uxor erat*, &c. *noverca ejus Ludovici occultis machinationibus multa ei mala præstruebat*, &c. Sigebertus ad A. D. 1095. & Matthæus Paris, *vivente uxore sua, superduxerat alterius viventis uxorem, Philippus.* Sugerius de vita Ludovici Grossi. c. 1. *Philippus & Florus de superducta Andegavensi Comitissa Bertrada geniti erant, nec illorum appreciabatur successionem* Guillelmus Rex *si unicum primum* Ludovicum *decedere quocunque infortunio contingeret*, c. 8. *unicam quam habebat filiam* Guido Trucellus *Domini Regis Philippi & filii Ludovici voluntate & persuasione (valdè enim appetebant castrum) filio regis Philippo de superducta Andegavensi Comitissa nuptui tradidit.* c. 12. *nec post superductam Andegavensem Comitissam quicquam regia Majestate dignum agebat, sed raptæ conjugis raptus concupiscentiâ voluptati suæ satisfacere operam dabat*, &c. *nec etiam pro superducta Andegavensi ipsum in aliquo offendere.* c. 17. *Cùm regis Ludovici Philippus frater de superducta Andegavensi, tam patris persuasione cui nunquam restitit, quam blandis nobilissimæ & benè morigeratæ novercæ illecebris, honorem Montis Leherii & Meduntensis castri, in ipsis regni visceribus, ab eodem obtinuisset Philippus, tantis ingratus benefi-*

* Richardus Metensis Ecclesiæ sub Hermanno Episcopo Archidiaconus ab Vrbano II Cardinalis A. D. 1095 creatus est.

*beneficiis recalcitrare nobilissimi generis fiducia præsumpsit*, &c. *hoc etiam unum & matrem*, (Bertradam,) *& filios* (D. Philippum ac Florum) *& totam efferebat progeniem ut si de regis ruina quacunque occasione contingeret alter fratrum succederet, & tota consanguinitatis linea ad solium regni honoris & dominii participatione cervicem gratantissimè erigeret.* Anonymi à Roberto ad Philippi I mortem fragmentum, *Philippus rex repudiata Bertha matre Ludovici, accepit aliam conjugem Bertradam filiam Simonis de Monteforti*, &c. Willelmus Malmesburiensis lib. 4. de gestis Reg. Angl. c. 2. *excommunicavit Dominus Papa illam malè dictam conjugem ejus* (regis nimirum) *& omnes qui eam reginam vel Dominam vocaverint.* Vincentius Bellovac. Specul. hist. lib. 26. c. 88. *Fulco habuit uxorem quæ relicto eo Philippo nupsit regi Francorum.*

## VIII. *Quibus incommodis post datam Bertradæ conjugalem fidem annis* 1094 & 1095 *conflictatus sit Philippus.*

QVanquam toto post solutum Ecclesiastico judicio Berthæ matrimonium octennio, Philippo regi sive ab Odone Bajocensi, sive ab alio (quod Willelmus Malmesburiensis putavit) desponsata sit Bertrada; nec eam *pellicem* Philippus *sed uxorem reginamque* haberi voluerit, quia paucis antè Berthæ (quam eodem anno defunctam Senonense Chronicon refert) dormitionem in familiam regiam transiit *pellex*, Orderico & Willelmo Malmesburiensi; *superducta*, Orderico & Sugerio: *contubernalis* Ivoni, *adultera* Bertholdo & Orderico. *malè dicta conjux* Willelmo: *cujus illicitum conjugium* Ivoni; *execranda desponsatio* Orderico; scceleratæ nuptiæ & sub anathemate factæ anonymis qui de Ambasiensibus regulis, & *Andegavensium Consulum gestis* scripsere, *adulterium publicum* Gaufrido

frido monacho & Ambasiensis historiæ scriptori anonymo; *mœchiæ crimen* Orderico visum est. ut altiores in scriptorum ferè omnium mentibus, prius Romanæ Ecclesiæ Clerique Gallicani de Philippi & Bertradæ nuptiis judicium, quàm postrema Romanæ Sedis, Francorum omnium, Ivonisque ipsius de iisdem sententia, radices egisse videatur: sed quo primum in regium caput excitata sit impetu, quoque tandem eventu desævierit procella (velut gradatim provecti) videamus.

Simulac Bertradam Philippo ducere placuit & voce & scriptis princeps reclamavit Ivo, ejusque exemplo & hortatu alii; quorum asperioribus literis perculsus Vrbanus Papa ingenti spiritu classicum exorsus est. *Vidi* (inquit Ivo) *literas quas misit Dominus Vrbanus Apostolicus ad omnes Archiepiscopos & Episcopos regni sui, ut eum ad rationem mittant, & nisi resipuerit, Ecclesiastica eum disciplina ad emendationem venire constringant*, &c. *Dominus Papa Vrbanus interdicit vobis auctoritate Apostolica thorum mulieris quam pro uxore habetis*, &c. *à cujus commixtione si amodo non cessatis, separat vos eadem auctoritas à participatione corporis & sanguinis Dominici; interdicit etiam omnibus Episcopis ne capiti illius mulieris coronam imponant, quam (ut ubique penè terrarum dicitur) lateri vestro illicitè copulastis.* Eodem mandante Hugo Lugdunensium * Archiepiscopus Legatus A. D. 1094. Octobris 16. Augustoduni Concilium habuit, cujus decreto denegatam primum Philippo regi communionem refert Bertholdus, *In Galliarum*, inquit, *civitate quam * Ostionem vulgariter dicunt congregatum est generale Concilium, à venerando Hugone Lugdunensi Archiepiscopo & sedis Apostolicæ legato, cum Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus diversarum provinciarum* 17. *Kal. Novembris, in quo Concilio*, &c. *Rex Galliarum Philippus excommunicatus est, eò quod vivente uxore sua alteram superinduxit*: quæ postrema verba Bertham (quo tempore cusum à Concilio est regiæ excommunicationis comminato-

Epist. 13.

Epist. 28. ad regem.

* A. D. 1094. Octob. 16.

* Austun.

minato-

minatorium decretum ) in vivis adhuc ( quod multi forſan ſuſpicentur ) fuiſſe non inſinuant, ſed ante Berthæ obitum iteratum regis matrimonium, Bertradamque *ſuperinductam* fuiſſe propriè indicant.

Secundæ, tertiæ, quartæque Lugdunenſis, ut & Belgicæ ſecundæ Præſulibus ſi non probandum, tolerandum ſaltem regis matrimonium viſum fuiſſe ex variis Ivonis locis colligere eſt; quæ ſuo loco proferemus : abſens tamen ſeveriores adunatos apud Auguſtodunum patres expertus eſt, quo-
Epiſt. 28. rum hac fortè occaſione intenſus rigor, *quod ſacramentum de ſecuritate Concilii*, *quod* ipſi Papa *mandaverat*, *fieri vetuerit*. At favitoribus tanto præjudicio damnatus non caruit, nec de
Epiſt. 46. cauſæ exitu penitus deſperavit, deſtinatis legatis qui *regem cum regno ab obedientia Vrbani diſceſſurum niſi Coronam reſtitueret, niſi regem ab anathemate abſolveret* minarentur; vel potius (quod Bertholdus αὐτόπτης narrat ) *inducias* impetrarent; *Dominus Papa* ( inquit ) *Deo & ſancto Petro proſperante jam penè ubique prævaluit, & in media Longabardia, in Civitate Placentina inter ipſos*
* A. D. 1095. media quadrageſima Martii 4. cœpit. *ſchiſmaticos, & contra ipſos, generalem Synodum* * *condixit, ad quam Epiſcopos Italiæ, Burgundiæ, Franciæ, Alamanniæ, Bajoariæ aliarumque provinciarum Canonica & Apoſtolica auctoritate miſſis literis convocavit. Facta eſt autem hæc Synodus circa mediam quadrageſimam Placentiæ, ad quam Synodum multitudo tam innumerabilis confluxit, ut nequaquam in qualibet Eccleſia illius loci poſſet comprehendi : unde & Dominus Papa extra urbem in campo illam celebrare compulſus eſt*, &c. *Ad hanc Synodum Philippus Rex Galliarum legationem ſuam direxit, ſeque ad illam iter incepiſſe, ſed legitimis ſo-*
Maii 13. *niis ſe impeditum fuiſſe mandavit, unde inducias ſibi uſque ad Pentecoſten apud Dominum Papam Synodo intercedente impetravit. Dominus autem Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus, ad eandem Synodum vocatus ab officio ſuſpenditur eò quod ipſe non venerit nec Legatum cum Canonica excuſatione illuc pro ſe direxerit.* Suſpenſâ itaque quam Concilii Auguſtodunenſis Patres in regem pronunciaverant

verant Censura, non modò ipse in integrum restitutus est, sed Legatus de cujus ἀποτομία nimioque rigore fortè questus erat, pœnas ad tempus dare coactus est: Regiam autem excommunicationem à Concilii Placentini decreto ad Claromontensis tempora irritam fuisse, reconciliatumque Philippo Hugonem Legatum in Cluniacensium gratiam facta charta * docet, cujus hic finis, *Actum est hoc Mauziaci* † *anno Dominicæ incarnationis* 1095. *regni verò nostri* 37 ‡ *Indictione* 3. *præsente & confirmante sedis Apostolicæ Legato Hugone Archiepiscopo Lugdunensi*, & *subscribente, præsentibus etiam Episcopis aliquibus & multis nobilibus, quos huic donationi subscribere, eamque confirmare jussimus.* Cum ergo ne *orare* quidem *cum absentis* per Canones licuerit, si decreta ab Augustodunensi Synodo excommunicatio rata fuisset, nec regias Cluniacensis Ecclesia donationes acceptare, nec Hugo Legatus testimonio suo comprobare ausus fuisset: Quare Ecclesiastica pace à medio ferè Martio ad Novembris finem gavisum Philippum fateri oportet, nec quod iræ indulgens Ivo speraverat evenisse.

* Edita in Bibl. Clun.
† Mauzac.
‡ Cùm Anno 1059. Maii 23. Indict. 12. die Pentecostes coronatus sit Philippus iniit annus ejus 37. à Maii 23. A. Dom. 1095.

*Ex præcepto regis Rhemensis & Senonensis & Turonensis Archiepiscopi invitaverant suffraganeos Episcopos, ut post responsa Papæ apud Trecas prima Dominica post festivitatem omnium Sanctorum convenirent*, eoque *invitatus ire dissimulabat* Ivo, *timens ne quid contra justitiam & sedem Apostolicam moliretur ille Conventus.* Sed prævenit Papa, sic enim de ejus itinere & Synodo Bertholdus. *Dominus Papa rebus in Longobardia benè dispositis, in Gallias marino itinere cœpit divertere, & ad Sanctam Mariam ad Podium in assumptione ipsius pervenit, Synodumque ad Montem Clarum in octavam Sancti Martini Apostolica auctoritate condixit, ad quam diversarum provinciarum Episcopos missis literis Canonica vocatione invitavit*, &c. *In Galliis ad Clarum montem Synodus generalis à Domino Papa in Octava Sancti Martini congregata est, in qua tredecim Archiepiscopi cum eorum suffraganeis fuerunt, & ducentæ quinque pa-*

Ivo Epist. 46.
Novemb. 4.


G

*que pastorales virgæ numeratæ sunt ; In hac Synodo Dominus Papa eadem statuta quæ & in præterita Synodo Placentina confirmavit, insuper & Philippum regem Galliarũ excommunicavit eo quod (propria uxore dimissa) militis sui uxorem sibi in conjugium sociavit; ibi etiam*
Anno 1096. Martii 16. *aliam Synodum in tertiam subsequentis Quadragesimæ hebdomadam Turonis celebrandam denunciavit.* Quod hoc loco de *dimissa* à rege *propria uxore* adnotat Bertholdus, non eò spectat, ut damnatum à Claromontana Synodo Philippi Bertham dimittentis, divortium credatur, quandoquidem *definita* pridem Papæ ipsius *auctoritate* Berthæ jam denatæ *causa fuerat*, nusquam refricanda; nec eò rursus trahendum ut Bertradæ regiam mentem fascinante desiderio dimissa Bertha videatur; id enim ex professo falsum imò impossibile evicimus; sed ad majorem invidiam additur, quasi scripserit Bertholdus, Philippum qui Berthæ consanguineæ eoque ipso nomine miseratione dignissimæ, memoriam omnem expunxerat, nec propriis (Canonum prætextu) charitatibus pepercerat, minime omnium debuisse per calcatos Canones ad summam *militis* cui fidem obstrinxerat, injuriam pergere.

Revera Berthæ antè biennium mortuæ alia nulla in Concilio vel facta est vel fieri debuit mentio: imò nullam factam probabilius ex Ivonis veram damnati Philippi causam aperientis verbis conjicere liceat. *Computaverunt* (inquit) *consanguinitatem legati Fulconis Andegavensis Comitis, & probaverunt; cum accusaretur Rex Francorum Philippus, quod prædicto Comiti consanguineo suo uxorem suam subtraxerat, quam etiam illicitè retinebat; Propter quam accusationem, & patrati incestus comprobationem, excommunicatus est rex, à Domino Papa Vrbano in Claromontensi Concilio.* Hæc igitur prolatæ adversus regem (ne cui alias fingere lubeat) accusationes, alienam imò *consanguinei uxorem subtraxit*, eandemque *incestis* amoribus dementatus *retinuit*.

*Philippi*

## *Philippi Regis, & Fulconis Comitis cognatio.*




Fractum tandem præsentis Papæ, totiusque Claromontani Concilii auctoritate, post quadrimestrem (ni fallor) excommunicationem Philippum manus dedisse refert Bertholdus; *In tertia* (inquit) *hebdomada quadragesimæ Dominus Papa Synodum celebravit cum diversarum Episcopis provinciarum, in civitate Turonensi; ubi iterum suorum præteritorum statuta Conciliorum generalis Synodi assensione roboravit*, &c. *Philippus rex Galliarum, jamdudum pro adulterio excommunicatus, tandem Domino Papæ (dum adhuc in Galliis moraretur) satis humiliter ad satisfactionem venit; & abjurata adultera, in gratiam receptus est; seque in servitium Domino Papæ promptum exhibuit; Dominus Papa benè dispositis rebus in Gallia, post reconciliationem regis Galliarum, & post multa Concilia, tandem in Longobardiam cum magno triumpho & gloria repedavit; & exaltationem * S. Crucis apud Hortarium*

Anno 1096. Mart. 16.

* Sept. 14. ut Augusto mense ad reditum in Italiam se accinxisse videatur Vrbanus.

 *propè*

*propè Papiam ſolenniter celebravit, multoſque Epiſcopos & Principes in ſuo Comitatu habuit*; peregrinos fortè ad bellum ſacrum pergentes.

## IX. *Quo potiſſimum tempore & Conſilio ad Bertradæ (poſt divortium) conſuetudinem redierit Philippus.*

* Epiſt. 67. Epiſt. 66. CVm * *renovatas* in ſe *veteri de cauſa regis inimicitias Turonenſemque Archiepiſcopum contra interdictum Legati* (Hugonis Lugdunenſis) *in natali Domini regi Coronam imponendo, hac arte à rege obtinuiſſe ut Ioannes (ignominioſa & turpiſſimè diffamata perſona) Aurelianenſi Eccleſiæ præficeretur Epiſcopus* Ivo Carnotenſis queratur; ad Bertradæ conſortium jam tum reverſum Philippum fuiſſe neceſſe eſt: nec id antè annum 1098. contigiſſe potuit., nam primò reſtitutum Eccleſiaſticæ paci ſub conditione *abjurandæ Bertradæ* anno 1096 regem, ad eandem mora nulla interpoſita reverſum omnino improbabile eſt, biennali verò vix minor dari poteſt. Secundò Ioanni (qui ad anni 1095 finem Claromontano Concilio interfuerat) defuncto anno 1097. ſuffectus ab Ivone Carnotenſi & Willelmo Pariſienſi anno 1095 circa Calendas Octobres electo, ordinatus eſt Sancio; quo (ob intruſionem & Simoniam) depoſito Radulfo Turonenſi rogante, ſucceſſor anno 1098. datus Ioannes alter. Tertiò, anno Epiſcopatus octavo ineunte de Ioannis electione, regiſque per Radulfum Turonenſem coronatione queſtus eſt Ivo. *detur* (inquit) *mihi libertas octavo anno, ut hoc principium veræ octavæ aggrediar, ut poſſim mihi ſabbatizare dulces fructus contemplationis carpere, & octavæ illius gaudia prælibare:* at eum Romæ Vrbani II manibus A. D. 1091 Novemb. 23. feria 1. conſecratum conſtat: *Octavum* igitur annum à 9. Kalendas Decemb. anni 1098. auſpicatus eſt, nec poſt anni 1098. natale Dominicum differenda videtur regis per Radulfum Turonenſem coronatio, quandoquidem anni

anni 1099 Natale festum non pertigit, Iulii antecedentis 29 denatus ille ipse, quem eo nomine Ivo compellabat, Vrbanus.

Sed quo abjuratam ante biennium Bertradam consilio in regiam (sub ipsis propemodum Vrbani oculis) revocaverit Philippus? Si Orderico, Andegavensi Sancti Albini Chronico, anonymi *de Andegavensium Consulum gestis* Commentario, Ambasiensium regulorum historiæ, & Ioannis Burdignei editis collectaneis fidem habeamus dimissam Bertradam sibi (Fulcone Richino & Gaufrido Martello filio viventibus) rursus sociaverit Philippus: nam Gaufridi Martelli apud *Candé* castrum cædem in annum 1108. Ioannes Burdigneus; in 1106, * suprà laudati anonymi, & Ordericus; in proximè præcedentem 1105 breve Sancti Martini Turonensis Chronicon confert: Fulconis patris obitum in annum 1110 differt Burdigneus; anni sive 1108 sive 1109 (variant enim qui librum illum citant) Aprilis 14 assignat Sancti Albini Chronicon; nec refragari animus est, unica verò (si vulgata Andegavensium opinione stare libeat) probabilis occurrit revocatæ Bertradæ causa Fulconis mariti (quem præcipuum ab anno 1093 ad 1096 adversarium senserat Philippus) sive spontanea, sive blandimentis muliebribus redempta consensio: qui enim omnem initio iram in regem evomuerat, undecunque placatus feroces & ultionis avidos animos posuit. Veteres quibus famosa lis illa notior, audiamus, Ivo Epist. 211. *computaverunt consanguinitatem legati Fulconis Andegavensis Comitis, & probaverunt, cùm accusaretur rex Francorum Philippus, quod prædicto Comiti consanguineo suo uxorem suam subtraxerat, quam etiam illicitè retinebat; propter quam accusationem, & patrati incestus comprobationem, excommunicatus est Rex à Domino Papa Vrbano in Claromontensi Concilio.* Ordericus lib. 8. *inter opulentos rivales Philippum & Fulconem minarum ingens tumultus & præliorum conatus exortus est; verum versipellis mulier inter rivales simultatem*

* Majo Mense.

*multatem compeſcuit, ingenioque ſuo in tantam pacem eos compaginavit, ut ſplendidum eis convivium præpararet, & aptè* (prout *placuit illis*) *miniſtraret.* Sugerius de vita Ludovici c. 17. *Mater* Fulconis Hieroſolymitani, *his omnibus potentior, viragoque faceta, & erudítiſſima illius admirandi muliebris artificii, quo conſueverunt audaces, ſuis etiam laceſſitos injuriis, maritos ſuppeditare; Andegavenſem priorem maritum (licet thoro omninò repudiatum) ita mollificaverat, ut eam tanquam Dominam veneraretur, & ſcabello pedum ejus ſæpius reſidens, ac ſi præſtigio fieret voluntati ejus omninò obſequeretur.* Cum igitur ſe *Reginam* quam *Comitiſſam* dici mallet Bertrada, nec ab ejus quam ſuaviſſimam expertus erat conſuetudine niſi coactus, impendentiſque ac deſuper minantis anathematis mucrone conſternatus Philippus abſceſſiſſet, quid mirum ſi (quamprimùm, per Fulconem, qui pars læſa, & in famoſa lite nullâ remorâ ſiſtendus, nullo mangonio fallendus actor videbatur, licuit) vel revixit intermortuus, vel flagrantior erupit vim paſſus ardor, cui Turonenſis aliique præſules favebant, quemque omni infamia purgare & antiquus *conjugii* titulus, & novus titulum impugnantis conſenſus credebatur? Concidentibus certè (ſaltem in ſpeciem) ſingulis propter quas ab Vrbano in Claromontana Synodo decreta excommunicatio fuerat accuſationum cauſis; Romanæ ſedis in poſterum placandæ, ſpes (ut eventus docuit) non inanis, ſponte enaſcebatur, quæ reorum nimia jam facilitate lapſos animos erigeret.

## X. *Quo eventu à Concilii Pictavienſis patribus iterata fuerit Philippi regis excommunicatio.*

C*Oronam in Dominico* anni 1098. *natali* (nequicquam reclamante Hugone Lugdunenſi) regio capiti à Radulfo Turonenſi impoſitam ipſe nos Ivo queribundus jam docuit, ab eodem nunc, quid exinde ſecutum ſit diſcamus. Novum nihil

nihil vel à Legato, vel à Romana ſede (quæ tamen * *tertia poſt Paſcha hebdomada*, April. 30. feria 7. *generalem Epiſcoporum 150 Abbatum & Clericorum innumerabilium Synodum collegerat*) attentatum: ſiquidem defuncto Iulii 29. feria 6. Vrbano ſuffectus Auguſti ſequentis 12. fer. 6. & Dominica proxima coronatus Paſchalis 2. firmandæ initio adverſus Antipapam Clementem (qui Hadriani molem occupabat) intentus fuit; ſed anno 1100 ineunte, Cardinales Legatos è latere in Galliam Ioannem *Sanctæ* (ni fallor) *Anaſtaſiæ preſbyterum*, & Benedictum tituli *Sancti Petri ad vincula* itidem preſbyterum deſtinavit, quorum alterum Ioannem ob vitatam *Regis communionem* laude ſua prædicavit, (hac in parte à Collegis Galliæ Belgicæ præſulibus, qui ſolito regiam Majeſtatem cultu proſequebantur longè diverſus) Ivo. *hoc* (inquit) *egregiè laudabile intellexi, quod te à communione regis abſtinuiſti, quoniam in hoc & famæ tuæ & legationi tibi commiſſæ ſanè conſuluiſti, licet quidam Belgicæ provinciæ Epiſcopi in Pentecoſte* (*contra interdictum bonæ memoriæ Papæ Vrbani*) *coronam ipſi Regi impoſuerint, tanquam mortuo præcone juſtitiam mortuam eſſe crediderint*, quæ poſtrema verba eò Baronius Card. trahit, ut nonniſi poſt Vrbani Papæ dormitionem revocatam Bertradam Regique revocanti favere auſos Belgas adſtruere videantur; ſed ante anni 1098. exitum *ad* ejus *conſortium reverſum* Philippum ex ipſiuſmet Ivonis Epiſtola 66. jam conſtitit; ac proinde id unum hoc loco in mente habuit idem, ut Hugonis *Legati interdictum* ab Vrbano confirmatum inſinuaret. Quid verò Legati?

* Berthold.

Epiſt. 84.

Maii 20.

Ne quid in cauſa regia ſine Eccleſia Gallicana aggreſſi viderentur, *Pictavis intra provinciam Aquitanicam Concilium celebrare diſpoſuerunt*; idque 4 *Kal. Auguſti deſignarunt*; ſed differendum *in Autumni* caput popoſcit Ivo, an impetrarit incertum: certum tamen & regem nova excommunicatione perculſum, & infelicem concilii exitum fuiſſe; prius aſſerit Ivonis Epiſt. 211. *cum* (inquit) *poſt factum divortium prædictus*

*Rex*

*Rex esset reversus ad prædictæ mulieris consortium, excommunicatus est in Pictavensi Concilio, à Cardinalibus Ioanne & Benedicto:* posterius in Bernardi Sanctæ Trinitatis de Tironio Abbatis vita Gaufridus Grossus Monachus coætaneus confirmat, *Per idem tempus* (inquit) *duo Cardinales Ioannes atque Benedictus, Apostolicæ sedis legatione fungentes ad urbem Pictavium Concilium convocarunt; in quo* 140 *Patres affuerunt, qui Philippum Regem Francorum propter Fulconis Consulis Andegavensium uxorem quam in adulterio tenebat, anathematis vindicta percusserunt. Qua excommunicatione comperta, Guillelmus Dux Aquitanorum qui aderat, totius pudicitiæ ac sanctitatis inimicus, timens ne similem vindictam, pro consimilibus culpis pateretur; nimio furore succensus, jussit omnes illos prædari, flagellari, occidi. Quod ministris suis facere incipientibus, Pontifices & Abbates omnes huc illucque diffugiunt, & ut temporalem vitam retinerent tuta latibula quærere contendunt;* unde statuere facile est quam fidem mereatur Ioannes Bouchetus, sequentia (nescio unde hausta, Baronio tamen non ingrata) Annalibus Aquitaniæ intexere ausus, *Cum innotuisset Regi cogendum esse Concilium; scripsit ille Guillelmo Duci Aquitaniæ cognato suo Pictavii agenti, petiitque ne talem sibi sineret injuriam in urbe sua inferri. Tum Guillelmus Legatis denunciavit ut de urbe excederent. Qui (cùm spatium deliberandi ac respondendi unum diem postulassent & impetrassent) nocte quæ interjecta fuit, visus est astare Legato S. Hilarius; & hortari ne minis Guillelmi Ducis territus ab incepto desisteret; non enim passurum Deum, ut ea res ei fraudi esset, aut malè succederet. Quam visionem Guillelmo postridie cùm recitasset Legatus; permisit ille, ut pro arbitrio cuncta perficeret. Itaque mox habita quæstione de Regis adulterio, censuris Apostolicis Rex admonitus est, ut Bertradam à se ablegaret, quod & fecit.* Nec enim *Bertradam à se ablegavit,* nec *monitis* (suo judicio iniquis) cessit Rex; nec Legatis *ut pro arbitrio cuncta peragerent*, illatæ propinquo regi injuriæ severus, imò (si Gaufridum audiamus) truculentus ultor, Guillelmus *permisit.*

Obfirmata adverfus fummum Concilii rigorem mente, totus ad expugnandum novi pontificis animum converfus Rex, cùm inde fibi præfidium comparandum duceret, unde turbo exortus videbatur; de Roma five per fe, five per Legatos petenda cogitavit, *Notum facio fanctitati veftræ* (inquit ad Pafchalem * Ivo) *quod Francorum Rex Romam in proximo fe venturum dicit, quod tamen non credimus*; nunquam verò pedem (quod fciamus) regno extulit, fed vicaria (pro more) aliorum opera ufus eft; annoque 1102 (qui à fuperducta Bertrada decimus erat) ipfi *difpenfationis* † beneficium obtulit Papa, folvendæ excommunicationis provincia Richardo Albanenfi Legato data, qui ad Iulii 30. Balgentiaci conventum indixit, eoque præter Regis fpem foluto alium Parifiis habuit cujus tandem decreto definita caufa eft. ‡ *Notum facimus paternitati veftræ* (inquit ad Pafchalem fuo Collegarumque nomine Ivo) *quod 3 Kal. Augufti plures Epifcopi tam Rhemenfis quam Senonenfis provinciæ invitati à Domino Richardo Albanenfi Epifcopo Legato veftro; & convenimus in quoddam municipium Aurelianenfis Epifcopatus nomine Balgenciacum, ad faciendam abfolutionem Regis fecundum tenorem literarum quas fuper hac re miferat moderatio veftra. Convenit etiam Rex & lateralis fua, & (fecundum præceptum veftrum tactis facrofanctis Euangeliis) parati fuerunt abjurare abfolutè omnem carnalis copulæ confuetudinem, infuper & mutuam collocutionem, nifi fub teftimonio perfonarum minimè fufpectarum ufque ad veftram difpenfationem.* Quæ poftrema verba eò altius memoriæ infigenda funt, quò fecurius (abfit invidia verbo) ab univerfis hiftoriæ Francicæ fcriptoribus præterita fuere; cum enim *abjuratam* à rege & Bertrada mutuam *confuetudinem* non in perpetuum, fed *ufque* ad Papæ *difpenfationem* expreffe doceant, eoque ipfo *dimiffam* Bertradam abfolutè negent; abfolutè *dimiffam* fibi perperam perfuaferunt: addunt Patres; *Sed quia in literis veftris continebatur, ut in hac abfolutione confilium prudentium fibi adhiberet Dominus*

* Epift. 104.

† Confimili difpenfatione in caufa Alfonfi III Portugaliæ Regis qui Matthilde priore uxore vivente, Beatricem fuperduxerat, A. D. 1263 Vrbanum IV ufum refert Duardus Nonius, Chron.Portug. & cenfura fcripti à Iofepho Terxera editi.

‡ Epift. 144.

*Albanensis Episcopus, totum onus consilii voluit ex arbitrio pendere pontificum; Episcopi verò (nescimus quid conjicientes) semper replicabant se debere esse hujus consilii comites, & non Duces.* Hinc (exorta mutua Legati & Præsulum diffidentia) factum ut conventus nullo causæ fine dato solveretur, quod displicuisse melioribus non diffitentur, *quamvis* (inquiunt) *quibusdam nostrum videretur, quod prædicta absolutio ita posset, sicut prætaxata est honestè fieri, & propter quorundam simultates non satis rationabiliter impediri.* Audis (Lector) conditionalem & paucorum dierum non perpetuam consuetudinis cum Bertrada *abjurationem* spondenti regi ex Papalis Epistolæ præscripto pacem dare paratos? Audi rursus indignabundi Regis clamores. *Cùm itaque res indefinita remaneret in medio, Rex clamitans inculcabat se malè esse tractatum, qui tamen per se & per nos adhuc pulsat ad aures paternitatis vestræ ut (secundum moderationem literarum vestrarum) & verba quæ Domino Galoni Coepiscopo nostro injunxistis causam ejus temperetis ne contingat de eo illud Salomonis,* qui multum emungit elicit sanguinem, *Dispensationis autem modus nulli unquam sapientum, displicuit. Vnde B. Cyrillus ad Gennadium presbyterum:* Sicut enim qui mare navigant tempestate urgente navique periclitante quædam exonerant, ut cætera salva permaneant; ita & nos cum non habemus salvandorum omnium negotiorum certitudinem, despicimus ex iis quædam ne cunctorum patiamur dispendia. *Et quia hæc suggerendo dicimus non docendo; nostræ suggestionis summa est, ut imbecillitati hominis amodò (quantum cum salute ejus potestis) condescendatis, & terram quæ ejus anathemate periclitatur ab hoc periculo eruatis.*

Proverb. 30. 33.

Singula propemodum Patrum verba adversus popularem de abjecta à pœnitente Philippo Bertrada errorem notanda veniunt. Nam 1, Rex ejus nisi ad tempus, *usque ad dispensationem consuetudinem abjuravit dispensationem expectavit*, ea una conditione, quasi ex compacto pacem poposcit. 2, conditionem

tionem admiſere Gallicanæ Eccleſiæ Præſules eorum judicio, *abſolutio ita potuit honeſtè fieri*, imò, *non potuit rationabiliter impediri*; non modò *per ſe*, ſed *per Epiſcopos* ad Papæ Paſchalis *aures pulſavit* Rex: *nulli diſpenſatio diſplicuit.* 3. Eam annuente (*ſecundum literarum* ſuarum *moderationem injunctaque Galoni* Pariſienſi *verba*) pontifice, & expectavit Rex, & probavere Præſules; 4. diſpenſatione illa *temperanda Regis cauſa ejuſdemque* imbecillitati (quantum cum ejus ſalute potuit Papa) *condeſcendendum* fuit: quod invictè probat non eo animo Regi factam abſolutionis ſpem ut Bertradam (quod inflexibilis diſciplinæ rigor Auguſtodunenſiſque ac Claromontani & Pictavenſis Conciliorum judicia exigebant) penitus abjuraret, ſed ut (præteritorum petitâ veniâ) futuri ſibi gratiam fieri, ratumque *ſuperductæ* conjugium haberi ſupplex poſceret. 5. Expetita à Rege *diſpenſatione* revera uſum Papam, ſiquidem Floriacenſis anonymus, hæc Francicæ hiſtoriæ ſcriptor, facti monumenta reliquit; *Direxit Papa duos honeſtæ vitæ viros à latere ſuo, qui Regem à vinculo anathematis ſolverent; Illi Pariſios Regem adeuntes, multa optimatum præſente frequentia, fecerunt ut ſibi injunctum fuerat; in communione videlicet fidelium recipientes*, &c. *Paſchalem Papam anno* 1103. (qui Philippi reconciliationem proximè ſecutus eſt) *in Gallias veniſſe*, refert Ordericus, quem fortè (cùm in annum 1107 Pontificis adventum rejiciant alii omnes) fefellit memoria; ſed alia ex auctore eodem ſuppetunt quæ communioni reſtitutam Bertradam, regiæ *uxoris* nomen nequaquam poſuiſſe evincant. *Eodem* (inquit) *tempore Ludovicus juvenis permiſſu patris, in Angliam transfretavit*, & Regi *Henrico ſpectabilis tyro ſerviturus, ad Curiam acceſſit; à quo ut filius Regis honorificè ſuſceptus eſt, & in omnibus apud illum benigniter habitus eſt. Porrò nuncius Bertradæ novercæ illius, pedetentim illum ſecutus eſt; & apices ſigillo Philippi Regis Francorum ſignatos Regi largitus eſt. Literatus verò Rex epiſtolam legit, qua perlecta ſuos Conſiliarios advocavit, & cum eis diutius*

Tom.4. ſcript. Franc. p.94.

Lib.11. p.812. 813.

*tius ſatis atacriter tractare cœpit ; in epiſtola quippe legerat , quod Philippus Rex Franciæ ſibi mandabat , ut Ludovicum filium ſuum , qui ad Curiam ejus acceſſerat, comprehenderet, & in carcere omnibus diebus vitæ ſuæ coërceret. Sapiens ſceptriger quam abſurdum & inconveniens præceptum per fœmineam procacitatem Gallorum Rex ſibi mandaverit, cum legitimis Baronibus ſolerter diſcuſſit ; & tam ſceleſtam Regique omnimodis incongruam factionem à ſe & ſuis omnibus repulit. Guillelmus autem de Buſcheleio ſapiens miles , qui cum Ludovico erat ; rem adhuc latentem animadvertit, undè quaſi jocaturus ad concionem Magnatorum non vocatus acceſſit ; Protinus per illum Rex Ludovico ut pacificè recederet benigniter mandavit , & tam ipſum quam ſocios ejus multis honoratos muneribus in Gallias remiſit. Ludovicus itaque (novercæ ſuæ comperta fraude) patrem iratus adiit ; & quid tam dira per apices ſuos in extera regione ſibi procuraſſet , convenit. Ignarus nefariæ proditionis Rex omnia denegavit ; juveniſque in ira fervens novercam interimere optavit. Porrò illa morte ipſum præoccupare pluribus modis ſategit ; & accerſitis tribus de numero Clericorum maleficis, pro pernicici ejus procuratione, ingens pretium pepigit ; Malefici quædam nefaria ſecreta per aliquot dies agere cœperunt , & uſque ad novem dies , ſi cœpta peragerent , Ludovici Lethum crudeli adulteræ ſpoponderunt. Interea unus ex illis præſtigia ſociorum detexit , & duobus captis machinatio imperfecta (volente Deo) deperiit. Deinde procax noverca veneficos adhibuit , magnorumque pollicitationibus præmiorum ſollicitavit , & regiam ſobolem veneno infecit. Præclarus itaque juvenis in lectum decidit , & per aliquot dies , nec manducare , nec dormire potuit , penè omnes Galli contriſtabantur , quod Regis genuinus hæres periclitaretur ; Tandem cunctis Francorum Archiatris fatiſcentibus , quidam hirſutus de barbarie venit & apodixin medicinalis peritiæ ſuper deſperatum juvenem exercere cœpit , Deoque volente (indigenis medicis invidentibus) profecit. Hic nimirum inter Ethnicos diu converſatus fuerat ; & profunda phyſicæ ſecreta ſubtiliter à didaſcalis indagaverat, quos diuturna inveſtigatio philoſophiæ ſuper omnes barbaros ſophiſtas notitia re-*

*rum*

*rum sublimaverat. Denique regia soboles convaluit, sed omni postmodum vita sua pallidus extitit. Convalescente privigno, noverca ingemuit; metus enim pro malis quæ olim illi procuraverat odium pariebat, & quotidie multipliciter augebat. Quapropter exitium illi magnoperè peroptaverat, & multis conatibus per plurimos iniquitatis complices procuraverat, ut & ipsa de timore ejus quem nimis offenderat, liberata, in principatu gloriaretur, & filios suos Philippum & Florum (si ille moreretur) in regni solio securior inthronizare moliretur. Supplex tandem pro venefica pater accessit; à filio, culpabili novercæ reatuum remissionem poposcit; emendationem promisit; & Pontisariam, totum Vilcassinum pagum, pro reconciliatione concessit. Ludovicus consultu Præsulum & Baronum quos sibi faventes satis agnovit, & pro reverentia paternæ sublimitatis facinus indulsit. Illa verò ad nutum ejus pro detecto scelere contremuit; & rubore perfusa, ejus ancilla facta, indulgentiam obtinuit; atque ab illius infestatione, quem tot molestiis temptaverat invita cessavit; Ludovicus autem post quinque annos patre defuncto regnum Galliæ obtinuit, & 27 annis regnavit.* Regnabat itaque, & *in principatu gloriabatur, Philippum Florumque filios in regni* solio (oppresso Ludovico *privigno*) *inthronizare moliebatur*; non quamprimum eam deperiit Philippus Rex; sed decennio post; solido antequam is defungeretur, quinquennio, id est anno 1103; toto vidente regno, ipsis mariti ex Hugone fratre nepotibus, Radulfo Viromanduorum & Henrico Calvimontis * Comitibus conviventibus Bertrada, ut nomine, sic re (si Ordericum audiamus) *noverca*.

* In Vnicassino pago.

*Post triennium* suscepti (*annuente* Richino *patre*) *principatus* (id est anno 1106 à soluta Regis excommunicatione quarto) Majo mense *defuncto* Gaufrido Martello *Philippus Rex Francorum Fulconi privigno suo, Andegavorum Comitatum concessit; ipsumque imberbem Guillelmo Pictavensium duci, qui tunc fortè ad Curiam erat, commisit, ut eum in itinere tutaret, salvumque ad patrem suum perduceret. At ille commendatum sibi usque ad terræ suæ*

Orderic. lib. 11. p. 818.

 *limitem*

*limitem deduxit, ibique (legalitatis, & futuræ derogationis immemor) comprehendit; & plusquam unius anni spatio in carcere tenuit. Corpulentus autem Rex Franciæ, hoc audito, valdè contristatus est; puerumque de ergastulo precibus & minis eripere conatus est; Bertrada quippè mater præfati adolescentis, uxor Regis erat; quæ ipsum jugiter stimulabat, & plurimos ad subventionem vincti frustra inquietabat. Porrò Rex crebris aculeatus punctionibus, tantum nefas terrore minarum punire voluit, sed turgidus Dux ponderosum Regem parvipendens, adolescentem diutius retinuit, donec oppida quæ in confinio utriusque Comitatus erant, à patre pro ereptione filii obtinuit. Deinde non multo post senex genitor obiit.* Paulò aliter rem Guillelmus Tyrius refert, *audita* (inquit) *fratris primogeniti morte à Comite Pictaviensi captus est*, &c. *quod audiens mater, quæ jam ab ejus patre multo ante diverterat, & ad Dominum Regem Francorum se contulerat, maternis mota visceribus apud Dominum Regem supplex imploravit, & obtinuit quòd filius ejus à vinculis absolutus paternæ restitueretur hæreditati*; sed utcunque se rem habuisse velimus, ex tota illa historia, *in regia*, cum Bertrada matre, *Fulconem puerum* vixisse; *regis privignum* habitum; matrem *regis uxorem* nuncupatam; *aculeatum* matris *punctionibus* regem de asserendo in libertatem vincto, seriò cogitasse; ratumque Regis cum Bertrada matrimonium fuisse constat. Id ipsum quasi solis radio, in Sancti Nicolai Andegavensis chartulario scriptum legere est. *Anno* (inquit) 1106. 6. *Idus Octobris luna* 7. *feria* 4. *venit Rex Francorum Philippus ad Civitatem Andecavam, cum Regina nomine Bertrada, receptus est à Fulcone Comite & Andecavensibus, tam Clericis quam Laïcis, cum honore maximo & reverentia.* Si enim *adulteri* non *conjuges* Philippus & Bertrada habiti sunt; si Bertrada *regia pellex* dici non *regina* debuit; si denique ob illicitum cum rege consortium judicio Ecclesiastico in perpetuum abstenta est; nec ullus in ejus causa *dispensationi* locus fuit, ut omnis in summa injuria sensus expers Fulco; sic flagitiosè proditæ disciplinæ reus Andega-

Lib. 14. c. 1.

degavensis Clerus fuerit, qui detestandæ libidini prostitutam *regio* titulo ac cultu dignatus, *maximo cum honore & reverentia* susceperit; Imò nec ipse Paschalis culpa caruerit, *qui sequenti* Boamundi cui Constantia Philippi ex Bertha filia nupserat *repatriationis anno* Dominicæ incarnationis 1107. *ad partes Occidentales cum multis & sapientissimis viris Episcopis, & Cardinalibus, & Romanorum nobilium comitatu, ut Regem Francorum & filium Regem designatum Ludovicum & Ecclesiam Gallicanam consuleret* venit, *eos tanquam devotissimos Apostolorum filios ante se redire fecit. Cum* iis *de statu Ecclesiæ ut sapiens sapienter agens, familiariter contulit; eosque blandè demulsit*; quis enim sine crimine, sub anathemate ob impurum contubernium constitutum reum, *inter devotissimos Apostolorum* filios, & *consulendum & demulcendum* putaverit? Nec venia digniores Floriacenses qui eodem anno *præsente Philippo rege Francorum aliisque quamplurimis proceribus, Episcopis, Abbatibus corpus Sancti Benedicti*, scelere obligatis occultandum, *levaverunt*: Nec denique anno 1108. Iulii 29. feria 4. denati principis si extra Ecclesiæ pacem decesserat, vel funus, *nobiles exequias*; vel corpus, *nobile regiæ majestatis cadaver* vocare Sugerius; *vel celebribus exequiis Parisiensis, Silvanectensis, Aurelianensis Episcopi, virique alii religiosi quamplures interesse* debuerint. Impetrato igitur Fulconis mariti prioris consensu, & Paschalis Papæ *dispensatione* (quæ à Clero populoque Gallicano admissa est) cum Philippo rege, (quamdiu in vivis fuit) concors vixit Bertrada, non *pellex* muliebribus illecebris potens; sed *conjux* jure uxorio *regnans*; quæ filios non *spuriorum* probro obnoxios, sed *legitimorum* dignitate insignes peperit, *totamque* progeniem adeò *extulit ut* (*si de Regis Ludovici ruina quacunque occasione contingeret*) *alter* fratrum, Hugonis Viromanduorum Comitis liberis prælatus, *succederet*; *& tota consanguinitatis linea ad solium regni honoris & dominii participatione cervicem gratantissimè erigeret.* Quanquam spes illas maximas (Philippo illiberi,

Suger. de vita Lud. c. 9.

Chron. S. Mariani.


Suger. c. 12.

Suger. c. 17.

illiberi, Floro maſcula nulla prole relicta defunctis) ſtatim fruſtratus eſt eventus, nec multo poſt Flori mortem, tota ejus hæreditas ad Briennios regulos, Rameruci ad Albam fluviolum Dominos devenit; ex quorum ſtirpe Ioanna Briennia Matthæi III de Montemorantiaco uxor prognata, quæ Illuſtriſſimam familiam ad nos uſque propagavit. Philippi Medantenſis caſtri Comitis, Majeſtatis rei in ipſo adverſus Regem fratrem conatu debellati, oppreſſam penitus memoriam, minimè mirum eſſe debet: Florum qui in officio manſit, hoc ipſo ſibi chariſſimum fuiſſe Ludovicus *Groſſus* teſtatus eſt, quod ex ejus nomine alterum ex filiis (qui poſteà per annos 43 regnavit) *Ludovicum Florum* dici voluit.

Vide tabulas ad tituli hujus calcem de Ioannæ majoribus & poſteris.

## I. *Ioannæ de Brenna Matthæi* III *de Montemoranciaco uxoris ſtemma.*




I I. *Ioannæ*

## II. *Ioannæ de Brenna Matthæi* III *de Monte moranciaco uxoris posteri.*

Matthæus III Ioannæ maritus

Matthæus IV Ioannæ de Lenis maritus — Erardus Confluentium Dominus 1 Ioannnæ de Longa valle 2 Clementiæ de Mureto maritus, XII

Matthæus V — Ioannes I Ioannæ de Cailletor maritus.

Carolus I Ioannæ de Rociaco 2 Petronillæ de Villaribus maritus.

1 nupt. Margareta Ioannis de Tutta villa uxor, — 2 nupt. Iacobus Philippæ Melodun. marit. — Dionysia Lanceloti Turpini Crissæi Domini uxor unde Crissæi XI.

Ludovicus Ioannę Paynellæ maritus

Michael Mariæ de Rupe Guidonis maritus

Iacobus Ludovici Labretanæ maritus

Ioannes Iacobæ Guidone natæ maritus

Adriana Francisci Borbonii Comit. S.Pauli uxor.

Maria Leonorii Aurelian. Longavillanorum Ducis uxor

Henricus Catharinæ Gonzagæ maritus

Henricus II Annæ Henrico II Borbonio Condæi Principe

Ioannes II Ioannæ *de Fosseux* ac exinde Margaretę *d'Orgemont* marit.

1 nupt. Ioannes Ni-vellæ Domin. Hornanorum Comitum stirps. — Ludovicus D. *de Fosseux* Marchionum *de Thury* &c. stirps. — 2 nupt. Philippa Caroli Melodunensis 2 Guilelmi Gufferii uxor, III. — Margareta Nicolai Anglucii D. *de Bourlaimont* uxor, IIX. — 2 nupt. Guillelmus Annæ *Pot* maritus.

Annas Dux & Equitum Magister Magdal. Sabaudæ maritus — Ludovica Friderici de Malliaco. 2 Gasparis Colinii uxor

2 Carolus Danvilla Dux Renatæ Cossææ maritus — 1 Henricus I Dux Equitum Magister Antoniæ à Maika 2 Ludovicæ de Budos maritus — Leonar. Francisci de Turre Turrenæ Vicec. uxor, unde Bullion. Duces — Catharina Gisleberti de Lenis Ventadurii Ducis uxor — Ioanna Ludovici de Tremollia Thoarsii Ducis uxor unde alii Duces. — Maria Henrici de Fuxo Candalæ Comitis uxor, unde Spernonii Duc. — 3 Guillelmus Thorei Dominus Annę Lalaniæ maritus

Carlota Caroli Valesii Engolisin. Ducis uxor — 1 nupt. Margareta Annæ de Lenis Gisleberto nati uxor — 2 nupt. Henricus II Dux — Carlota Margareta Henrici II Condæi principis uxor.

Magdalena Henrici Lucemb. Pinæi Ducis uxor

Carolus Alesii Comes.


Henricus Lætitiæ Lucem-

Ludovicus Dux — Armandus Contii — Anna Henrici II Longavill. Du-

Margareta Carlota Pi- — Lætitia Henrici Ventad.


III. Ioannes II de Montemoranciaco
Margar. de Hordeo monte maritus

Philippa Caroli Melodun. Landarum Baronis 2 Guill. Gufferii Bosiaci uxor. — Margareta Nicolai Anglurii Domin. de Bourlaumont uxor VIII.




IV. Guillelmus Bonniveti Marchio
1 Bonaventuræ *du Puy du Fou*
2 Ludovicæ *de Crevecœur* maritus

Ludovicus—Franciscus Annæ Carnazetæ maritus—Franciscus Biteorensis Episcopus




V. Carlota

V. Carlota Renati Coſſæi Briſſaci uxor.

Carolus Franciæ Mareſcallus Carlotæ *d' Equetor* maritus — Arturus Gonnorii Dom. Franciſcæ *du Bouchet* maritus — Philippus Conſtantiarum Epiſcopus — Ioanna Franciſci Eſpinæi Sanlucii uxor VI — Anna Renati Fonſecæ Surgeriarum Baronis uxor. VII.

(Carolus:) Timoleon peditum Magiſter. — Carolus II Dux Iudithæ *d'Aſſigny* maritus. — Diana Caroli Manſfeldii uxor

(Carolus II:) Franciſcus Dux — Carolus Marchio *d' Aſſigny*.

(Arturus:) Renata Caroli de Montemoranciaco Danvillæi uxor — Ioanna Giſleberti Gufferii Ratumnæ Ducis. 2 Antonii Sillii Rupipotii uxor. — Magdalena Iacobi Hoſpitalii Marchionis de Choiſy uxor

(Magdalena:) CarolusRenatæ *de Beauvau* maritus — Arturus — Achilles — Franciſcus — Ludovica Ioannis *de la Croix*, Caſtrorum Baronis uxor. — Magdalena Iacoba Francienna Genovefa.

(Carolus:) Renatus — Iacoba Franciſca

---

VI. Ioanna Franciſci Eſpinæi Sanlucii uxor.

Timoleon Henrici de Baſſumpetra, 2 N.de la Guiche maritus — Arturus Maſſilienſium Epiſcopus

(Timoleon:) Ludovicus — Franciſcus — Renata — Antonia

VII. Anna Renati Fonſecæ Surgeriarum Baronis uxor

Carolus Eſtheræ Chabotiæ maritus

Helena Iſaaci de Rupe Fulcaudi Montandrii uxor. — Diana Ioannis Caſtanei Rupipoſæi uxor.

---

IIX. Margareta de Montemoranciaco Nicolai Anglurii uxor.

Saladinus Margaretæ Dominæ de *Ligneville* maritus.

Renatus Antoniæ de Aſperomonte maritus. — Ioannes Melitenſis eques.

(Renatus:) Africanus Amblizæ regulus Margaretæ de Balma maritus. — Ioanna Gabrielis *de Bonneval* uxor. — Franciſca Petri Saulii uxor — Iacoba Franciſci de Malliaco Villerii uxor.

(Africanus:) Claudius Antoniæ *Dajacette* marit. — Renatus — Gabriel Saladinus eques Melit. — Carlota

(Franciſca:) Philiberta Claudii de Gaudioſa Grandis prati Comitis uxor.

(Claudius:) Franciſcus — Carolus — Ferdinandus Saladinus — Genovefa

I X. Ludovica de Montemoranciaco
1 Frederici de Malliaco, Contii Baronis,
2 Gaſparis Colinii Caſtellionei Equitum tribuni uxor.

1 nupt.
Magdalena Caroli Domini de Roya, Rociaci Comitis uxor — Odetus Cardinalis — Gaſpar Thalaſſiarchus Carlotæ Lavallæ. 2 Iacobæ Intromontiæ maritus — Franciſcus Claudiæ Rinſiæ. 2 Annæ Salmenſis maritus, X

Magdalena:
Leonora Ludovici Borbonii Condæi principis uxor prior — Carlota Franciſci III Comitis de Rupe Fulcandi uxor ſecunda.

Gaſpar:
1 nupt.
Franciſcus Margaretæ de Alliaco maritus. — Carolus Andelotius Hubertæ de Chaſtenay maritus — Ludovica Guillelmi Naſſovii Arauſicani principis uxor quarta — 2 nupt. Beatrix

Franciſcus:
Henricus — Gaſpar equitum tribunus Annæ Poliniacæ maritus — Franciſca Renati Tallenſacii Lodrierii uxor

Gaſpar:
Mauricius — Gaſpar — Henrici Thomæ Hamiltonii Adingtoni uxor — Anna

Carolus Andelotius:
Franciſcus — Bernardus — Margareta Creangii Comitis uxor

Ludovica:
Henricus Ameliæ Solmenſis maritus

Henricus:
Guillelmus

---

X. Franciſcus Andeloti Dominus
1 Claudiæ Riuſiæ Lavalli Comitiſſæ
2 Annæ Salmenſis maritus

1 nupt.
Paulus Annæ Alegriæ maritus — Franciſcus Riuſius — Margareta Iuliani Tornamiuii Montismoreaci uxor —
2 nupt.
Franciſcus — Benjamin — Anna Iacobi Chabotii Mirabelli Marchionis uxor

Paulus:
Guido X X Lavalli Comes.

Anna:
Carolus Chameii Comes, Carlotæ Caſtiliæ maritus. — Catharina Cæſaris Auguſti Bellogardii Baronis *de Termes* uxor.

XI. Dionyſia

XI. Dionysia de Montemoranciaco Lancelotti Turpini Crissæi uxor

- Antonius Annæ de Gresillâ maritus — Ioanna Ioannis de Rupe-cavardi Mortui maris Domin. uxor — Catharina Guidonis de Rupe Guidonis uxor
  - (Antonius:) Iacobus Ludovicæ de Blancaforti maritus. — Petrus Ebroic. Episcopus — Guillelmus Ambianorum Episcopus — Ioanna Francisci Coëssmii Lucæi uxor — Martina Ioannis Buellii Sanceræ Comitis uxor — Maria Renati Sanzæi uxor
    - (Iacobus:) Iacobus II Catharinæ Bellajæ, 2 Isabellæ Chabotiæ maritus — Gabrielis Stephani Sanzæi uxor — Anna Caroli Tercellini uxor — Ludovica Caroli de Gresilla uxor
      - (Iacobus II:) Carolus I Simonidis de Rupe maritus — Renata, Renati Espinæi uxor — Paulus Dominus de Montoiron
        - (Carolus I:) Carolus II Comes Leonoræ Claromontiæ maritus — Lucretia Ambrosii de Petrariis S^ti^ Georgii Baronis uxor — Angelica Caroli le Voyer uxor
          - (Carolus II:) Carolus II Catharinæ Doineau maritus — Vrbanus Renatæ de Gresilla maritus — Ludovicus — Guido — Iacoba N. Domini de Cornacre uxor
            - (Carolus II:) Carolus IV Ludovicæ *de S. Offange* maritus. — Iacobus — Leonora
        - (Paulus:) Carolus — Margareta — Angelica
  - (Catharina:) Maria Michaelis de Tuttavillâ, 2 Bertini Sillæi uxor
    - Carolus Philippæ Sarapontanæ maritus
      - Nicolaus — Ludovicus Annæ Lavallæ maritus — Iacobus Rupis fortis Comes — Catharina Francisci Chabotii Francisci Rohani uxor.
        - (Ludovicus:) Henricus Antoniæ Pontiæ maritus — Antonius Comes de la Roche-pot Mariæ Lanoiæ maritus
          - (Henricus:) Franciscus Dux
          - (Antonius:) Francisca Margareta Philippi Emmanuelis de Gondy Ioviniaci Comitis uxor — Magdalena Caroli Angennæi Fargisii uxor.
            - (Francisca Margareta:) Petrus Radesiarum Dux. — Franciscus Paulus Corinthi Archiepiscopus Parisiensis Coadjutor.
            - (Magdalena:) Carolus — Maria — Henrica.



XII. Erar-

XII. Erardus de Montemoranciaco
1 Ioannæ de Longa valle
2 Clementiæ de Mureto maritus.

1 nupt. Ioanna Hervei Vice-comitis Leonensis uxor — 2 nupt. Ioannes Ioannæ de Turriculâ maritus.

Herveus Margaretæ d' Auangour maritus

Ioanna Ioannis II Rohani Vicecomitis uxor

Alanus IIX Beatricis Clissoniæ maritus.

Alanus IX Margaretæ de Britannia maritus

Alanus Yolendis Lavallæ maritus. — Alanus X Mariæ Lotharingicæ maritus — Ioanna Francisci Riusii uxor — Catharina Ioannis Labretani uxor, unde Navarræ Reges XIV. — Margareta Ioannis Aureliani Engolismorum Comitis uxor unde Francorum Reges.

(Alanus X:) Ioannes III Mariæ Britannicæ maritus.

(Ioanna:) Ioannes VI Franciscæ *de Maleſtroit.* 2 Isabellæ Britannicæ maritus — Francisca Caroli Coëmii Luceii Dom. uxor, cujus stirps in Borbonio Suessionic. Rouillanam Angenneam familias translata — Ludovica Ludovici Rohani Guemenæi uxor XIII — Ioanna.

(Ioannes III:) Iacobus — Claudius — Anna Petri consanguinei uxor.

(Ioannes VI:) Claudius Catharinæ Lavallæ 2 Susannæ Borboniæ maritus — Franciscus Asseraci Marchionum stirps — Ioannes Dominorum de Castello novo & Sordeacô stirps — Francisca Francisci Lavalli Castrobriandi uxor.

(Anna:) Renatus I Isabellæ Labretanæ maritus

(Claudius:) Renata Ludovici à S[ta] Maura Nigellani Marchionis uxor. — Claudia Francisci Coliuii Andeloti uxor prior. — Claudius — Ludovica Renati à Lotharingia Ellebovii Marchionis uxor : unde Ellebovii Duces.

(Renatus I:) Henricus — Ioannes — Renatus II Catharinæ Partenææ maritus — Ludovicus — Francisca

(Renatus II:) Henricus Dux Margaretæ Bethuniæ maritus — Benjamin Subizæ Dom. — Henrica — Catharina Ioan. Bavari Bipontini Ducis uxor prior. — Anna

(Henricus:) Margareta

XIII. Ludovica

## XIII. Ludovica Ludovici Rohani Guemenæi uxor.

Ludovicus Renatæ du Fou maritus poſterior. — Petrus Giaci Dominus ex Franciſca de Penhoüet Caroli & Petri pater, quorum ſoboles in Guemeneos Longavillanos, Claromontios, Balſacios, Turre Landericianos transfuſa eſt — Helena Petri Pontis Domini uxor.

Ludovicus Margaretæ Lavallæ maritus — Henricus — Ioannes Landalii Domin. Guidoniæ Largerillæ maritus — Franciſca Ludovici Huſſonii Tornodorenſium Comitis uxor — Margareta Franciſci Domin. *de Maillé* uxor — Catharina Ioannis *de Maleſtroit* uxor. — Ioanna Franciſci *du Chaſtellier* uxor.

Ludovicus Leonoræ Rohanæ maritus — Renata Franciſci Rohani, Renati Lavalli, Ioannis Lavalli uxor.

Ludovicus Montis Bazonii Dux — Petrus Magdalenæ Riuſiæ maritus — Hercules Dux poſt fratrem Magdalenæ Lenoncurtię maritus — Alexander — Renata Ioannis de Coetquem uxor — Lucreria Iacobi Tornaminii uxor — Iſabella Nicolai *de Pellevé* uxor — Leonora — Silvia Franciſci Eſpinęi. 2 Antonii Sillani uxor — Margareta Caroli Marchionis Eſpinæi uxor.

Anna Ludovici patruelis uxor (daughter of Petrus)

Ludovicus Annæ patruelis maritus — Maria Caroli Alberti Luinii Ducis. 2 Claudii Lotharingi Capreoſiæ Ducis uxor. (children of Hercules)

XIV. Catha-

XIV. Catharina Ioannis Labretani uxor.

Alanus magnus Franciscæ de Brocia maritus — Ludovica Iacobi de Tutta villa uxor

Ioannes Catharinæ de Fuxô Navarræ reginæ maritus — Amanius Cardinalis — Petrus — Gabriel — Anna Caroli Croii Cimaci Comitis uxor; Araschotanorum Ducum, & Lalaniorum Montiniacorum parens — Carlora Cæsaris Borgiæ uxor, Bussetanorum Comitum stirps — Isabella Ioannis de Fuxô Candalæ Comitis uxor.

Henricus Rex Margaretæ Francisci primi sororis maritus — Carolus — Anna Caroli de Fuxo Astaraci Comitis uxor — Isabella Renati Rohani Vicecomitis uxor — Quiteria Abbatissa.

Ioanna Regina Antonii Borbonii Vindocinensium Ducis uxor.

Henricus magnus Francorum & Navarræ Rex Mariæ Mediceæ maritus — Catharina Henrici Lotharingi Barri Ducis uxor.

Ludovicus XIII Annæ Au triacæ maritus — Gasto Aurelianorum Dux, 1 Mariæ Borboniæ, 2 Margaretæ Lotharingicæ maritus — Isabella Philippi IV Hispan. Regis uxor — Christina Victoris Amedei Sabaudiæ Ducis uxor — Henrica Caroli magnæ Britanniæ Regis uxor

liberi naturales.

Cæsar Vindocin. Dux Franciscæ à Lothar. maritus — Henricus Metens. Episcopus — Catharina Henrica Caroli Lotharingi Ellebonii Ducis uxor — Gabrielis Bernardi de Fuxô Valetani Ducis uxor.

Ludovicus XIV — N. Andegavensium Dux (children of Ludovicus XIII)

Anna Maria Montispenserii Ducissa (daughter of Gasto)

Philippus infans (son of Isabella)

Carolus Amedeus (son of Christina)

Carolus (son of Henrica)

Ludovicus — Franciscus — Isabella (children of Cæsar Vindocin.)

XV. Mar-

XV. Margareta Ioannis Aureliani Engolismensium Comitis, Ludovico Aureliano Duce & Valentina Vicecomite nati uxor.

Carolus Engolismensium Dux Ludovicæ Sabaudicæ maritus

Franciscus I Francorum Rex, Claudiæ Ludovico XII & Anna Britannica natæ marit. — Margareta Henrici Labretani Navarrorum Regis uxor

Henricus II Catharinæ Mediceæ maritus. — Margareta Philiberti Emmanuelis Sabaudiæ Ducis uxor Caroli Emmanuelis parens.

Ioanna Regina Antonii Vindocin. Ducis uxor, Henrici magni parens.

Carolus IX — Isabella Philippi II Hispan. Regis uxor tertia. — Claudia Caroli II Lotharingiæ Ducis uxor

Carolus Engolismens. Dux

Isabella Clara Eugenia Alberti Austriaci uxor — Catharina Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis uxor.

Henricus Margaretæ Gonzagæ maritus — Carolus Cardinalis — Franciscus Christinæ Salmensis maritus — Christina Ferdinandi Medicei Tuscorum Ducis uxor, Mediceorum principum parens.

Victor Amedeus Christinæ Henrico IV prognatæ maritus — Mauritius Annæ neptis marit. — Thomas Mariæ Borboniæ Carolo Suessionum Comite & Annâ *de Montafié* natæ maritus — Margareta Francisci Gonzagæ Mantuanorum Ducis uxor. — Isabella Alfonsi Alestini Murinensium Ducis uxor.

N. Dux — Anna Mauritii patrui uxor.

Nicolaa Caroli III Ducis uxor — Claudia Francisci Nicolai Ducis uxor.

Ludovicus Faltsburgi princeps Henricæ cognatæ maritus

Carolus III Nicolaæ marit. — Nicolaus Franciscus Claudiæ marit. — Henrica Ludovici Faltsburg. uxor — Margareta Gastonis Aurelianorum Ducis uxor secunda.

XVI. Ioannes de Montemoranciaco Confluentium Dominus, Ioannæ de Turriculâ maritus

Hugo Ioannæ de Haricuriâ maritus

Ioannes—Catharina Matthæi Domini de Royâ maritus.

Ioannes Margaretæ de Boſcô maritus

Antonius Catharinæ Sarapontanæ Rociaci Comitiſſæ maritus

Carolus Magdalenæ Malliacæ maritus

Leonora Ludovici Borbonii Condæi principis uxor prior — Carlota Franciſci Comitis de Rupe Fulcandi uxor ſecunda.

Henricus I Carolæ Catharinæ Tremolliæ maritus

Henricus II Carlotæ Margaretæ de Montemoranciaco maritus.

Ludovicus Enghiani Dux — Armandus Contii princeps — Anna Henrici II Longavillani Ducis uxor ſecunda

Carolus Rociaci Comes Claudiæ Gontaldæ Bironiæ maritus — Magdalena Iuſti Ludovici Turnonii uxor — Iſabella Ludovici de Rupe Fulcandi Rendani Comitis uxor

Franciſcus Rociaci Comes, Iulianæ Catharinæ de Turre maritus — Carlota Ludovici à Campania Cenomanica Suſæ Comitis uxor

Fredericus Carolus — Henricus

Gaſpar, &c.

Henricus Catharinæ de Levis maritus

Maria Catharina Henrici Banfremontii Senecei Marchionis uxor.

XI. Poſt

## XI. *Post temperatum in Philippi primi gratiam Canonum rigorem, variarum in familiâ regiâ dispensationum exempla.*

FActo semel in Philippo primo *dispensandi* initio; vix unquam postea (sive sponte relanguescente Canonum rigore, sive moderationem indies majorem exigente reipublicæ statu) desitum est; revera *extra anni solisque vias* principes nostros vagari oportuisset, si (diffusa paulatim in regum exterorum familias eorum stirpe) de consanguineis nullis intra septimum gradum ducendis sibi legem in perpetuum dixissent; satius itaque suum *dispensationi* locum relinquere visum est; quâ pro jure suo in conditæ à se disciplinæ praxi pro arbitrio uteretur Ecclesia, proüt congestis infra exemplis manifestum fiet. Nec sibi deinceps consanguineos quoscunque adversus antiquum Canonum rigorem dispensationis subsidium parare necesse fuit; postquam Innocentius III sive veteris disciplinæ tædio fractus, sive vim passarum conscientiarum querelis obrutus, anni 1215 mense Novembri in Concilio Lateranensi pristinam severitatem, magna antiquare ex parte compulsus est. Sic enim ille cap. 50. *Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum, statuta quoque varientur humana; præsertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit; quoniam ipse Deus ex iis quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Cum igitur prohibitiones de conjugio, in secundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum; ut cessante prohibitione cesset effectus; constitutiones super hoc editas, (sacri approbatione Concilii) revocantes, præsenti constitutione decernimus, ut sic contrahentes de cætero liberè copulentur. Prohibitio quoque copulæ conjugalis, quartum consangui-*

Decretal. l. 4. tit. de consang. & affin. 14. c. 8.

*ſanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus, jam non poteſt abſque gravi diſpendio, hujusmodi prohibitio generaliter obſervari.* Sic ad gradus quatuor, quos *quatuor humoribus in corpore, ex quatuor elementis conſtante bene congruere* (neſcio quomodo) ſtatuit, *prohibitione conjugalis copulæ reſtricta*, cæterorum abſolutè & in perpetuum gratia facta eſt. Sed ad exempla jam veniamus.

---

## I. *Ludovici* VI *& Adelhaïdis cognatio.*

Henricus Auceps Matthildis maritus.

| | |
|---|---|
| Gerberga Ludovici IV uxor | Hadevidis Hugonis *magni* uxor |
| Albrada Ragenoldi Roceii Comitis uxor | Hugo *Capetus* Rex Adelhaidis Pictau. maritus. |
| Ermentrudis Ottonis Guillelmi Burgundiæ Comitis uxor | Robertus Rex Conſtantiæ Arelat. maritus |
| Ragenoldus I Adeliciæ Norman. maritus | Henricus I Annæ Ruſſicæ maritus |
| Guillelmus Gertrudis Matiſcon. maritus | Philippus I Berthæ Hollandicæ maritus |
| Willa Humberti II Mauriennæ Comitis uxor | Ludovicus *Groſſus* Adelhaidis maritus prior. |
| Adelhais Ludovici *Groſſi* uxor. | |

II. *Ludo-*

## II. *Ludovici* VII *& Alienordis cognatio.*

Robertus Rex Conſtantiæ Arelat. maritus

| | |
|---|---|
| Henricus I Annæ Ruſſicæ maritus | —Robertus Dux Helæ *Sinemurô* maritus |
| Philippus I Berthæ Hollandicæ maritus | Aldeardis Guidonis-Gaufridi, qui Guillelmus VII dictus eſt, uxor tertia. |
| Ludovicus VI Adelhaïdis Maurienneæ maritus | Guillelmus IIX Philippiæ Toloſanæ maritus |
| Ludovicus VII Alienordis Aquitan. maritus prior cujus matrimonium poſteà ſolutum. | Guillelmus IX Aënordis de Caſtrô Heraldi maritus |
| | Alienor Ludovici VII uxor prior |

---

## III. *Ludovici* VII *& Conſtantiæ cognatio.*

Robertus Rex Conſtantiæ Arelatenſis maritus

| | |
|---|---|
| Henricus I Annæ maritus | —Robertus Dux Helæ maritus |
| Philippus I Berthæ maritus | Conſtantia Alphonſi VI Caſtellæ regis uxor |
| Ludovicus VI Adelhaïdis maritus | Vrraca Raimundi Burg. uxor |
| Ludovicus VII Conſtantiæ maritus | Alphonſus IIX Berengariæ Barcin. maritus |
| | Conſtantia Ludovici VII uxor 2. |

## IV. *Ludovici* VII *&* *Adelhaïdis cognatio.*

Guillelmus I Arelat. Comes Adelæ ſeu *Blancæ* Andeg. maritus

| | |
|---|---|
| Conſtantia Roberti Regis uxor ſecunda. | Ermengardis Roberti II Arvern. Comitis uxor |
| Henricus I Annæ maritus. | Ermengardis Odonis II Campaniæ Comitis uxor |
| Philippus I Berthæ maritus | Theobaldus Adelhaidis Criſpiacenſis maritus |
| Ludovicus VI Adelhaidis maritus | Henricus Stephanus Adelæ Anglicanæ maritus |
| Ludovicus VII Adelhaidis maritus. | Theobaldus Elizabethæ Carinthiacæ maritus |
| | Adelhaïs Ludovici VII uxor tertia. |

## V. *Philippi* II *&* *Elizabethæ Hannonicæ cognatio.*

Robertus Rex Conſtantiæ Arelat. maritus

| | | |
|---|---|---|
| Henricus Annæ maritus | Adelhais Balduini V Flandriæ Comitis Inſulani dicti uxor | |
| Philippus Berthæ maritus | Balduinus VI Richildis Hannonicæ maritus | Robertus Friſius Gertrudis Saxonicæ maritus |
| Ludovicus Adelhaidis maritus | Balduinus VII Idæ Lotharingicæ maritus | Gertrudis Theodorici Alſati uxor |
| Ludovicus VII Adelhaidis Campan. maritus | Balduinus IIX Yolendis Geldricæ maritus | Theodoricus Sibyllæ Andeg. maritus |
| Philippus II Elizabethæ Hannon. maritus. | Balduinus IX Adelhaïdis Namurcicæ maritus | Margareta Balduini X Hannonici uxor |
| | Balduinus X Margaretæ Flandricæ maritus | Elizabeth Philippi regis uxor prima |
| | Elizabeth Philippi regis uxor prima | |

VI. *Philippi*

## VI. *Philippi* II *&* *Ingeburgis Danicæ cognatio.*

Wladimerus, βλαδιμηρὸς Cedreno; *Voldemarus* Danis; à Baptiſmô *Baſilius* dictus, priore uxore defunctâ, Annam Conſtantini Imp. ſororem duxit, ex priore conjuge reliquit

Iaroſlaum, quem alii *Iulium Claudium* alii *Georgium Claudium* dixerunt; ex eô prognati

| | |
|---|---|
| Izaſlaus Ruſſorum Rex | — Anna ab Annâ Wladimeri avi uxore ſecunda in baptiſmo ſuſcepta Henrici regis uxor |
| Iaroſlaus II aliis Wladimerus | Philippus Rex Berthæ maritus |
| Ingeburgis Canuti IV Danorum regis uxor | Ludovicus VI Adelhaidis Maurien. maritus |
| Waldemarus Rex Sophię marit. | Ludovicus VII Adelhaidis Camp. maritus |
| Ingeburgis, Philippi II uxor ſecunda | Philippus II Ingeburgis maritus |


## VII. *Ludovici* IIX *&* *Blancæ cognatio.*

Robertus Rex Conſtantiæ maritus


| | |
|---|---|
| Henricus Rex Annæ maritus | — Robertus Dux Helæ maritus |
| Philippus Berthæ maritus | Aldeardis Guillelmi VII uxor tertia |
| Ludovicus VI Adelhaïdis Maurien marit. | Guillelmus IIX Philippiæ maritus |
| Ludovicus VII Adelhaïdis Camp. marit. | Guillelmus IX Ahenordis maritus |
| Philippus II Elizabethæ Hannon. maritus | Alienor Ludovici VII relicta Henrici II Anglorum regis uxor |
| Ludovicus IIX Blancæ maritus | Alienor Alphonſi IX uxor |
| | Blanca Ludovici IIX uxor. |

IIX. *Ludovicii*

## IIX. Ludovici IX & Margaretæ; IX. Philippi III & Isabellæ cognatio.




## X. Philippi III & Mariæ Brabanticæ cognatio.




XI. *Philippi*

XI. *Philippi* IV *& Ioannæ Navarrenæ;*
XII. *Ludovici* X *& Margaretæ;*
XIII. *Caroli* IV *& Ioannæ cognatio.*

Ludovicus VII Alienordis, ac exindè Adelhaïdis maritus

1 nupt. Maria Henrici Campan. Comitis uxor — 3 nupt. Philippus II Elizabethæ Hannon. maritus

Theobaldus Blancæ Navarræ reginæ maritus | Ludovicus IIX Blancæ maritus

Theobaldus Rex Margaretæ Borboniæ maritus | Ludovicus IX Margar. maritus — Robertus Attrebatum Comes Blancæ (quæ Henrico Navarreno Ioannam Philippi IV conjugem peperit) *ac exinde* Mathildis Brabanticæ maritus.


Henricus Blancæ Artesiæ marit. | Philippus III Isabellæ ac exindè Mariæ maritus — Agnes Roberti II Burgund. Ducis uxor

Ioanna Philippi IV uxor. | 1 nupt. Philippus IV Ioannæ Navarr. maritus — 2 nupt. Ludovicus Ebroic. Comes Margaretæ Attrebat. maritus | Margareta Ludovici X uxor prior — Ioanna Philippi VI uxor.

Ludovicus X Margar. Bŭrg. maritus — Philippus V Ioannę Burg. maritus — Carolus IV Ioannæ Ebroic. marit. | Philippus Ioannæ Ludovici X filiæ maritus — Ioanna Caroli IV uxor.

Ioanna Philippi Ebroic. uxor

XIV. *Ludovici* X *& Clementiæ Hungaricæ cognatio.*


Ludovicus IIX Blancæ maritus

Ludovicus IX Margar. marit. — Carolus Siciliæ Rex Beatricis Provinciæ Comitissæ maritus — Robertus Attrebat. Comes

Philippus III Isabellæ maritus | Carolus II Marię Hungariæ reginæ marit.

Philippus IV Ioannæ maritus | Carolus Martellus Hung. Rex Clementiæ Hapsburgicæ maritus

Ludovicus X Clementiæ marit. | Clementia Ludovici X uxor secunda.

## XV. XVI. } *Philippi* V *& Ioannæ; Caroli* IV *& Blancæ cognatio.*

Ludovicus IIX Blancæ maritus

- Ludovicus IX Margaretæ maritus
  - Philippus III Isabellæ maritus
    - Philippus IV Ioannæ maritus
      - Philippus V Ioannæ maritus — Carolus IV Blancæ maritus
- Robertus Attrebatum Comes Matthildis Brabanticæ maritus
  - Robertus II Amiciæ Cortenacensis maritus
    - Matthildis Ottelini IV Burg. Comitis uxor secunda
      - Ioanna Philippi V uxor — Blanca Caroli IV uxor prima.
  - Blanca Henrici Navarræ Regis uxor

---


## XVII. XIIX. XIX. } *Caroli* IV *& Mariæ; Philippi* VI *& Blancæ; Ioannis & Bonnæ cognatio.*

Ludovicus VI Rex Adelhaidis maritus

- Ludovicus VII Adelhaidis Campaniæ maritus
  - Philippus Elizabethæ maritus
    - Ludovicus IIX Blancæ maritus
      - Ludovicus IX Margar. maritus
        - Agnes Roberti II Ducis uxor
          - Ioanna Philippi Ebroic. uxor
            - Blanca Philippi VI uxor secunda, 2.
        - Philippus III Isabellæ marit.
          - Philpppus IV Ioannæ maritus
            - Ludovicus X Margaretæ maritus
            - Carolus IV Mariæ Luceburg. maritus 7. gradu consanguin.
          - Carolus Valesiæ Comes, Margaretę Siculę Carolô II natæ marit.
            - Philippus VI Ioannæ Burgund. maritus 2 gradu consang.
              - Ioannes Rex Bonnæ Luceburg. maritus 4 gradu per Yolendim Drocensem consang.
- Robertus Drocarum Comes Agnetis maritus
  - Robertus II Yolendis maritus
    - Robertus III Ahenordis de S. Valericô maritus
      - Yolendis Hugonis IV Burgund. ducis uxor prior
        - Adelhaïs Henrici III Brabant. Ducis uxor
          - Ioannes Margaretæ Flandricæ maritus
            - Margareta Henrici VII Imp. è familiâ Luceburg. uxor
              - Ioannes Elizabethæ Boëmicæ maritus
                - Bonna Ioannis regis uxor prior
              - Maria Caroli IV uxor secunda.
        - Robertus II Agnetis marit.
          - Ioanna Philippi VI uxor

XX. *Ioannis*


## XX. *Ioannis Regis & Ioannæ Bononicæ cognatio.*


Philippus III Isabellæ Aragonicæ & Mariæ Brabanticæ maritus

1 nupt.
Carolus Valesiæ Comes Margaretæ Siculæ maritus
Philippus VI Ioannæ Burg. maritus
Ioannes Rex Ioannæ maritus

2 nupt.
Ludovicus Ebroic. Comes Margaretæ Philippô Attrebatensi natæ maritus
Margareta Guillelmi Bonon. Comitis uxor
Ioanna Ioannis regis uxor secunda

## XXI. *Caroli V & Ioannæ cognatio.*


Ludovicus IX Margaretæ maritus

Philippus III Isabellæ maritus
Carolus Valesiæ Comes I Margar. Siculæ, 2. Matthildis à S. Paulô maritus

1 nupt.
Philippus VI Ioannæ Burg. maritus
Ioannes Rex Bonnæ maritus
Carolus V Ioannæ maritus

2 nupt.
Isabella Petri Borbonii Ducis uxor

Robertus Clarimontis Comes Beatricis Burgundicæ Borbonii Dominæ maritus
Ludovicus I Mariæ Ioanne Hanoniæ Comite natæ maritus
Petrus Isabellæ maritus
Ioanna Caroli V regis uxor.

## XXII. *Caroli* VI *& Isabellæ Bavar. cognatio.*

Ludovicus IIX Blancæ maritus

| | | |
|---|---|---|
| Ludovicus IX Margaretæ maritus | Carolus Siciliæ Rex Beatricis maritus | |
| Philippus III Isabellæ marit. | Carolus II Mariæ Hungar. maritus | |
| Carolus Valesiæ Comes Margaretæ Siculæ marit. | Carolus Martellus Hung. Rex Clementiæ Hapsburg. maritus | Margareta Caroli Valesii uxor prior. |
| Philippus VI Ioannæ marit. | Charobertus Elizabethæ Polon. maritus | |
| Ioannes Bonnæ maritus | Catharina Stephani Senioris Bavar. Ducis uxor | |
| Carolus V Ioannæ maritus | Stephanus junior Thaddeæ Barnabâ Mediolan. Vicecomite natæ marit. | |
| Carolus VI Isabellæ marit. | Isabella Caroli VI uxor 5. gradu consanguinea. | |

---

## XXIII. *Caroli* VII *& Mariæ Andeg. cognatio.*

Ioannes Rex Bonnæ maritus

| | |
|---|---|
| Carolus V Ioannæ maritus | Ludovicus I Andeg. Dux Mariæ Britan. maritus |
| Carolus VI Isabellæ maritus | Ludovicus II Yolendis Aragon. maritus |
| Carolus VII Mariæ Andeg. maritus. | Maria Caroli VII uxor. |

## XXIV. *Ludovici* II *& Margaretæ Scoticæ cognatio.*

Philippus III Iſabellæ maritus

| | |
|---|---|
| Carolus Valeſius Margaretæ maritus | Philippus IV Ioannæ maritus |
| Philippus VI Ioannæ marit. | Iſabella Eduardi II uxor |
| Ioannes Bonnæ maritus | Ioannes Lancaſtr. Dux Blancæ maritus |
| Carolus V Ioannæ maritus | Ioannes Sommerſeti Comes Catharinæ Suinfortenſis maritus. |
| Carolus VI Iſabellæ marit. | Ioanna Iacobi I Scotor. regis uxor |
| Carolus VII Mariæ Andeg. maritus | Margareta Ludovici II uxor prior. |
| Ludovicus II Margaretæ maritus | |

---

## XXV. *Ludovici* XI *& Carlotæ Sabaud. cognatio.*

Ioannes Rex Bonnæ maritus

| | |
|---|---|
| Carolus V Ioannæ maritus | Philippus Burg. Dux Margaretæ Flandricæ maritus |
| Carolus VI Iſabellæ maritus | Maria Amedei IIX Sabaud. Ducis uxor |
| Carolus VII Mariæ Andeg. maritus | Ludovicus Annæ Cypriæ maritus |
| Ludovicus II Carlotæ maritus. | Carlota Ludovici II uxor ſecunda. |

## XXVI. *Caroli* IIX } & *Annæ Britan. cognatio.*
## XXVII. *Ludovici* XII }

Ioannes Rex Bonnæ maritus

- Carolus V Ioannæ maritus
  - Carolus VI Isabellæ maritus
    - Carolus VII Mariæ maritus
      - Ludovicus II Carlotæ maritus
        - Carolus IIX Annæ maritus prior
        - Ioanna Ludovici XII uxor prior
  - Ludovicus Aurel. Dux Valentinæ maritus
    - Carolus Mariæ Clivensis maritus
      - Ludovicus XII Ioannæ ac exindè Annæ maritus
    - Margareta Richardi Stamparum Comitis uxor
      - Franciscus II Margaretæ Fuxię Gastonis IV filiæ maritus
        - Anna Caroli IIX uxor 1. Ludovici XII secunda
- Ioanna Caroli II Navarr. regis uxor
  - Ioanna Ioannis V Britan. Ducis uxor
    - Richardus Margar. maritus
  - Carolus III Leonoræ marit.
    - Blanca Ioannis Aragonis uxor
      - Leonor Gastonis IV uxor
        - Margareta Francisci II Ducis uxor
          - Anna Caroli & Lud. uxor

---


## XXIIX. *Ludovici* XII & *Mariæ cognatio.*

Carolus V Ioannæ maritus

- Carolus VI Isabellæ maritus
  - Catharina Eduini Tuder Richmondiæ Comitis uxor
    - Edmundus Margaretæ Sommerset. maritus
      - Henricus VII Elizabethæ reginę Eduardo IV natæ maritus
        - Maria Ludovici XII uxor posterior.
- Ludovicus Aurel. Dux Valentinæ maritus
  - Carolus Mariæ Clivensis maritus
    - Ludovicus XII Mariæ Henrici VII filiæ maritus

XXIX. *Fran-*

## XXIX. *Francisci primi & Claudiæ cognatio.*




---

## XXX. XXXI. XXXII. } *Francisci* I *& Leonoræ*; *Caroli* IX *& Isabellæ*; *Henrici* IV *& Mariæ cognatio.*

Carolus I Borbonii Dux Agnetis Ioanne Burg. Duce natæ maritus

Isabella Caroli Burgund. Ducis uxor — Margareta Philippi Sabaudiæ Ducis uxor prior

Maria Maximiliani Imp. uxor | Ludovica Caroli Engolism. Ducis uxor

Philippus I Ioannæ Castell. maritus | Franciscus I { Claudiæ / Leonoræ } maritus — Margareta Henrici Labretani Navarr. regis uxor

Leonora Francisci I uxor secunda — Ferdinandus Imper. Annæ Hungaricæ maritus | 1 nupt. Henricus II Catharinæ maritus | Ioanna Antonii Vindocin. Ducis uxor

Maximilianus II Mariæ Caroli V filiæ maritus — Ioanna Francisci Medicei Tuscorum Ducis uxor | Carolus IX Isabellæ maritus | Henricus IV Mariæ Mediceæ maritus

Isabella Caroli IX uxor. | Maria Henrici IV uxor.

XXXIII. *Henrici*

## XXXIII. *Henrici* II *&* *Catharinæ cognatio.*

Ludovicus Borbon. Dux, Mariæ Ioanne Hannoniæ Comite natæ, maritus

Petrus Iſabellæ Carolô Valeſiô & Mathilde natæ maritus — Iacobus Marchiæ Comes Ioannæ Hugone S^ti Pauli Comite natæ maritus.

Ioanna Caroli V uxor

Ludovicus Aurel. Dux Valentinæ maritus

Ioannes Engoliſm. Comes, Margar. Rohaniæ maritus

Carolus Dux, Ludovicæ Sabaudicę marit.

Franciſcus I Claudiæ maritus

Henricus Catharinæ Mediceæ maritus

Ioannes Catharinæ Vindoc. Comitiſſæ marit.

Ludovicus Ioannæ Guidone XIII Lavalli Comite natæ maritus

Ioannes Iſabellæ Ludovici de Bellovallò prognatæ maritus

Ioanna, Ioannis Turrii Arvern. Comitis uxor

Magdalena Laurentii Medicei Vrbinatium Ducis uxor

Catharina Henrici II uxor.

---

## XXXIV. *Franciſci* II *&* *Mariæ; Henrici* III *&* *Ludovicæ cognatio.*

Maria Ioannis Burg. Ducis ex Margar. Bavaricâ filia, Adolphi Clivenſium Ducis uxor

Catharina Arnulfi Egmondani Gueldriæ Ducis uxor — Maria Caroli Aurelian. Ducis uxor

Adolphus Catharinæ Carolô Borbonii Duce natæ maritus

Philippa Renati Lotharingiæ Ducis uxor

Antonius Dux, Renatæ Borbon. Giſlebertô Montiſpenſerii Comite natæ maritus — Claudius Guiſiæ Dux Antoniæ Borbon. Vindocin. maritus

Nicolaus Vadavi montis Comes, Margaretæ Ioannis Egmond. Comitis filiæ maritus

Ludovica Henrici III uxor

Maria Iacobi V Scotor. Regis uxor

Maria Franciſci II uxor.

Ludovicus XII Annæ Britannicæ maritus 2.


Claudia Franciſci I uxor prior

Henricus II Catharinæ Mediceæ maritus


Franciſcus II Mariæ Scotor. reginæ maritus prior — Henricus III Ludovicæ Lothar. maritus

XXXV. *Henrici*


## XXXV. *Henrici IV & Margaretæ cognatio.*





## XXXVI. *Ludovici XIII & Annæ Auftriacæ cognatio.*



## XXXVII. *Conjugiorum inter consanguineos in familia Castellana specimen* 1.





## XXXIIX. *Conjugiorum inter consanguin. in familia Castellana specimen* 2.





XXXIX. *Conju-*

## XXXIX. *Conjugiorum inter consanguineos in familia Sabaudica specimen.*

Philippus Margaretæ Borboniæ
2 Claudiæ Britannicæ maritus



## XL. *Conjugiorum inter conſanguineos in familia Auſtriaca ſpecimen.*




XII. *Quo*

## XII. *Quo in Philippum Regem animo Ivo Carnotensis fuerit.*

MOderante latam à Concilio Pictavensi sententiam Paschali Papa, confirmatum Regis cum Bertrada matrimonium, ipse nos Ivo ( gratiæ minimè suspectus testis ) optimusque Ivonis interpres eventus docuit; cùm ad supremam usque horam Bertradæ tota Gallia, imo Paschali ipso ( qui quinto post dispensationem anno, Francicæ gentis opem imploraturus in Gallias venerat ) spectante & favente convixerit. Quas sibi famosa in lite, quæ totam regiam dies pluculos vexavit, tuendas partes sumpserit, nunc investigare animus est. Anno qui proximè Bertradæ nuptias præcessit à Richerio Senonensi, Gaufrido Parisiensi, Valterio Meldensi, & Philippo Trecensi in Stampensi Concilio hoc nomine *accusatus, quod in regiam Majestatem offendisset; qui à sede Apostolica consecrationem præsumpserat accepisse*, ut Regi Ecclesiasticæ immunitatis juriumque Metropoliticorum vindici, sic Collegis (qui se despectos querebantur) minus acceptus, ignem gladio quodammodo fodere visus est, dum *invitatus ad colloquium*, & *obnixè à rege rogatus, ut ei adjutor esset in celebrandis nuptiis quas de Bertrada facere disponebat*, in faciem resistere, abjuratæque ante septennium Berthæ ingratam memoriam refricare non dubitavit; *huic* ( inquit ) *nuptiarum solemnitati ad quam me vocatis interesse nec volo, nec valeo, nisi prius generalis Concilii diffinitione decretum esse cognoscam inter vos & uxorem vestram legitimum intervenisse divortium; & cum ista quam ducere vultis legitimum vos inire posse matrimonium*; *testanti* Regi *causam inter ipsum & uxorem ejus pleniter diffinitam esse Apostolica auctoritate*, & *Rainaldi* Rhemensis *Coëpiscoporumque laudatione se hoc ignorare nec* Bertradæ *nuptiis velle interesse, nisi* Rainaldus ipse *earum esset consecrator & auctor, & Coëpiscopi ejus*

Ivo Epist. 12.

Epist. 13.

Epist. 15.

*assertores & cooperatores*, &c. *Latentes etiam esse causas quas interim tacere se conveniebat, propter quas hoc matrimonium laudare non posset*, &c. *Si invitatus fuisset ad hujus rei discussionem in eo loco, in quo cum Coëpiscopis Canonicas securè posset conferre sententias, ubi temerariam non timeret multitudinem libentissimè se ad hoc venturum fuisse; at quia absolute vocabatur, ut Parisios cum Bertrada veniret, de qua nesciebat utrum posset esse uxor, præsentiam denegare, de coronæ regni summo periculo* monere *respondit*: Ac ne
Epist. 14. faciliores alios ullos Rex experiretur *Archiepiscopis & Episcopis ad regales nuptias invitatis exemplar literarum quas Regi miserat transmisit; ut eandem causam* eum *habere scirent, quam &* illi *habebant, cur nuptiis ad quas vocati erant subtrahere* se *deberent*: nonnullos tamen regi obsequi paratos *convenisse* sequentia indi-
Esai. 56. 10. cant, *vos qui convenistis, nolite fieri canes muti, latrare non volentes*, &c. quod fortè de Rotomagensis, Turonensis, & Rhemensis provinciarum Præsulibus, ut & Senonensis ex parte, verum fuerit, ex quorum numero qui Bertradam *desponsarent, regique contra interdictum* pontificium, *coronam postea imponerent*, reperti sunt.

Accensam etiam à se Vrbani Papæ indignationem, ipse
Epist. 23. aliud agens insinuat, hæc ad Widonem Rupisfortis Comitem dapiferum scribens, *scias omnia esse parata quæ necessaria sunt ad faciendum divortium inter eum & novam conjugem suam: Vidi enim literas, quas misit Domnus Vrbanus Apostolicus ad omnes Archiepiscopos & Episcopos regni sui, ut eum ad rationem mittant; & (nisi resipuerit) Ecclesiastica eum disciplina ad emendationem venire constringant; Hæ quidem literæ jam publicatæ essent, sed pro amore ejus, feci eas adhuc detineri*, qui sistendæ (quæ jam ingruebat) procellæ, (ceu Vlysses alter, ventos in utre conclusos gerens) par fuit, tantæque se auctoritatis esse testatus est, ut pontificium monitorium ne *publicaretur faceret detineri*; quanto facilius id ipsum elicere potuit?

Epist. 24. Vbi Hugonem Lugdunensem *creditæ Legationis oneri* (*dis-*

*suasione*

*suasione quorundam dicentium, propter languidum caput * ægrotanti † corpori, non posse commodè subvenire* ) *humerum supponere nolle*, audivit; eum vocis incitamento, velut classico excitavit, *licet* (inquit) *in regno Italico surrexerit alter Achab* (Henricus IV Imperator) *in Gallico autem altera Iezabel* ( Bertrada ) *quærentes altaria suffodere, prophetas occidere: non est tamen dicendum Heliæ, relictus sum solus*, &c. *licet ad placitum Herodis* (Philippi) *saltet Herodias* (Bertrada) *petat caput Ioannis*, (Ivonis & aliorum contradicentium) *concedat Herodes*; *dicat tamen Ioannes*: *non licet tibi uxorem tuam* ( Bertham ) *inordinatè relinquere*, *& contribulis tui* ( Fulconis ) *conjugem vel pellicem* ( Bertradam ) *in conjugium habere. Licet Balaam* (Gaufridus Paris. aliique Præsules qui Philippi novum conjugium probabant) *doceat Balac* (Philippum) *edere & fornicari*, *Phinees tamen non parcat Israëlitæ cum Madianite fornicanti. Licet ad persuasionem Simonis Nero Petrum liget*, *incarceret*; *non minus tamen Petrus Simoni dicat*, *pecunia tua tecum sit in perditione*, &c. Simulac verò cum Herode, Balac, Nerone, Philippum odiosius composuit, *persuasum* ( inquit ) *esse vellem tuæ paternitati*, *ut iterum manum ad aratrum mitteret*, *& de agro Domini spinas quas posses evelleres*, &c. & Epist. 25. ad Vrbanum Papam, *Cudite mihi virgam ferream qua vasa lutea conterantur*; *quæ non eo modo parcat uni*, *ut in discrimen adducantur plurimi*.

* Regem non Vrbanum prout Iuretus putavit.

† Id est *regno*.

3 Reg. 19.14. Marc.6.18. Apoc. 2. 14. Num. 25. 8. Actor.8. 20. Actor.8.20. Luc. 9. 62. Psal.2.9.

Eodem fere tempore, *ut apud Pontesiam vel Calvum montem*, *cum manu militum occurreret*, *iturus cum rege ad placitum*, *inter Regem Anglorum & Comitem Normannorum futurum*, *submonitus*; obtemperare noluit. *Magnæ* (inquit ) *& multæ causæ id me facere prohibent*, *prima quia Domnus Papa Vrbanus interdicit vobis auctoritate Apostolica thorum mulieris quam pro uxore habetis*; *& quia Sacramentum de securitate Concilii quod vobis mandaverat*, *fieri vetuistis*; *A cujus commixtione*, ( *si à modò non cessatis* ) *separat vos eadem auctoritas à participatione Corporis & sanguinis Dominici*, interdicit *etiam omnibus Episcopis ne capiti illius mulieris coronam* Epist. 28.

*impo-*

*imponant, quam ( ut ubique penè terrarum dicitur ) lateri veſtro illicitè copulaſtis. Parcens igitur Majeſtati veſtræ, diſsimulo veſtram adire præſentiam nè (ſedis Apoſtolicæ juſsione compulſus cui vice Chriſti parere me oportet ) quod nunc dico in aure, cogar in veſtris & multarum auribus publicare. Ego autem nolo vos ſcandalizare, vel regiam Majeſtatem veſtram minuere, quamdiu poſſum aliqua honeſta ratione diſsimulare. Prætereà Caſati Eccleſiæ, & reliqui milites penè omnes, vel abſunt vel pro pace violata excommunicati ſunt, quos ſine ſatisfactione reconciliare non valeo, & excommunicatos in Hoſtem mittere non debeo. Poſtremò novit veſtra ſerenitas, quia non eſt mihi in Curia veſtra plena ſecuritas, in qua ille ſexus mihi eſt ſuſpectus & infeſtus, qui etiam amicis aliquando non ſatis eſt fidus,* &c.

Fulconem Belvacenſium Epiſcopum qui ( poſt Legatorum regiorum reditum, impetrataſque anno 1095. ab Vrba-
Epiſt. 30. no Papa & Concilio Placentino inducias) de Regis cauſa meliora ſperare, Hugoniſque Legati interdictum contemnere videbatur, hoc potiſſimum argumento ( Legatorum precibus nequaquam à propoſito abductum Papam) refellit, *Suadendo* (inquit) *conſulo, & conſulendo ſuadeo, ut contra mandata Domni Apoſtolici & Legati ejus Lugdunenſis Archiepiſcopi, ubi reſtat adhuc anchora aliqua ſpei noſtræ, nulla ratione caput erigatis; Si poſt quantaſcunque procellas ad portum pervenire cogitatis. Exemplar litterarum quas miſit mihi Dominus Papa de cauſa Regis poſtquam Legati Regis nuper diſceſſerunt ab eo, vobis tranſmitto; ut ſciatis quia Dominus Papa etſi non antecedit, tamen non retrocedit*; quaſi dicat impetratas à Papa *inducias*, Regis ( ſeveriore ſententiâ, mox percellendi ) cauſam nequicquam juvare. Revera Legatos ejus exquiſitis accuſationibus pro virili oneravit, nec Vrbanum quicquam de ſeveritate remittere paſſus eſt.
Epiſt. 46. *Venturi ſunt* (inquit) *ad vos in proximo nuntii ex parte Regis Franco-*
3 Reg. 22. 22. *rum per quorum os locuturus eſt ſpiritus mendax; qui infatuati adeptione vel promiſsione honorum Eccleſiaſticorum infatuare moliuntur ſedem juſtitiæ, contra quorum calliditatem à parvitate mea, vigilantiam*

*luntiam vestram volo esse præmonitam, & præmunitam, quatenus rigorem vestrum promissiones eorum non emolliant, comminationes non exterreant, Quicquid enim dicent* jam securis ad radicem arboris posita est., *nisi aut* arcum *remittatis aut* gladium *suspendatis, Qui ergo venturi sunt, confidentes in calliditate ingenioli sui, & venustate linguæ suæ, prædictis de causis impunitatem flagitii se impetraturos Regi à sede Apostolica promiserunt; hac ratione ex parte usuri, Regem cum regno ab obedientia vestra discessurum nisi coronam restituatis; nisi regem ab anathemate absolvatis; Si autem impœnitenti venia concedatur, quanta spes impunè peccandi peccantibus de cætero relinquatur, non est meum instruere vestram prudentiam, cujus potissimum interest delinquentium errata non fovere, sed ferire.* Inde autem constare potest, Legatos (cum *honores Ecclesiasticos* vel *adepti* sint, vel *speraverint*) è Clero fuisse, quorum culpa regis errorem leviorem & veniâ digniorem fecerit. Regem verò de *dispensatione* pontificia, vel minis extorquenda, ab initio cogitasse, nec Paschalem frustratam ab Vrbano decessore spem fefellisse; nihilo collegis (quos Vrbano Papæ, quantum potuit, suspectos reddidit) quam Philippi Regis Legatis æquior. ad Epistolæ ejusdem finem addit Ivo. *De cætero volo sciat vigilantia vestra, quia ex præcepto regis Rhemensis, & Senonensis, & Turonensis Archiepiscopi, invitaverunt suffraganeos Episcopos, ut (post responsa vestra) apud Trecas prima Dominica post festivitatem omnium sanctorum conveniant, Quò invitatus ire dissimulo, nisi vestro consilio munitus, timens ne quid contra justitiam & sedem Apostolicam moliatur ille conventus.* Triennio post Radulphi Turonensis, Ioannis Aurelianensis, Baldrici Abbatis Burguliensis æmuli, qui posteà Dolensem Ecclesiam rexit, Regisque (qui *ad* Bertradæ *consortium* paulò ante *redierat*) accusator asperior factus, hæc ad Hugonem Legatum scripsit. *De* Aurelianensi Ecclesia, *cùm manu vestra avulsa esset arbor infructuosa* (Sancio) *nunc inseritur pestifera, Turonensis enim Archiepiscopus prædictæ Ecclesiæ pædagogus & incubus in*

Matth.3.10.
Alludit ad Psal.7.13.
A. D. 1095. Novemb. 4. feria 1.
Epist.66.

*Natali Domini, Regi contra interdictum vestrum coronam imponens; hac arte à Rege obtinuit, ut Ioannes ( qui per Ioannem defunctum Episcopum multis submurmurantibus & malè sentientibus factus est archidiaconus) eidem Ecclesiæ præficeretur Episcopus. De hoc enim Rex Francorum, non secreto, sed publicè mihi testatus est, quod prædicti Ioannis succubus fuerit; & hoc ita fama per Aurelianensem Episcopatum & vicinas urbes publicavit, ut à Concanonicis suis famosæ cujusdam concubinæ Floræ agnomen acceperit. Hoc quod dico clerus approbaret, hoc populus acclamaret, nisi metu Regis comprimerentur, vel Insidiis Turonensis Archiepiscopi terrerentur, qui Clericos sibi adversantes clandestinis delationibus curiæ tradi fecit, aut in exilium pellendos aut bonis suis spoliandos*, &c. Turonensi *non sufficit, quod in Ecclesia ( in qua irrepsit contra Canonicas & Apostolicas sanctiones ) toleratur; nisi ei liceat Ecclesiam Dei quibus libuerit procis prostituere*, &c. *Sic de se ipso dicere solet*, se non indigere bonis Clericis, vel Canonibus; cùm hæc omnia præsto sint ei in marsupio suo. *Nec Mirum, cui quod libet licet, & quod licet impunè facit, ut multi inde scandalizati altius gemant, dicentes magis impetrare desideria sua apud judices Ecclesiasticos Zelantes iniquitatem, quam sequentes bonitatem*, &c. *Non laboravit, ut Sancio deponeretur, quatenus eo melior eidem Ecclesiæ præficeretur; sed hujusmodi qui ei per omnia famularetur. Iste enim juvenis qui ( Rege jubente, & Turonensi Archiepiscopo impingente ) prædictæ Ecclesiæ est intrusus, ita est sub Turonensi Archiepiscopo, sicut puer sub pædagogo*, &c. *unam cantilenam de multis metricè & musicè de eo compositam ex persona concuborum suorum, vobis misi; quam per urbes nostras in compitis & plateis, similes illi adolescentes cantitant; quam & ipse cum eisdem concubis suis sæpè cantitavit, & ab illis cantitari audivit: præterea sciat vestra solicitudo quia cùm Abbas Burguliensis ore patulo, manibus apertis, cum multa securitate ad Curiam in Natale venisset, ad accipiendum Episcopatum, sicut ei illa prædicta Regina promiserat, quia animadversi sunt plures & pleniores sacculi nummorum latere in apothecis amicorum istius, quam apud Abbatem, ille*

*est*

*est admissus, iste est exclusus*, *& cum Abbas quereretur apud Regem, quare sic eum delusisset*, *respondit*, *sustinete interim donec de isto fa-* ” *ciam proficuum meum, posteà quærite ut iste deponatur, & tunc faciam* ” *voluntatem vestram.* Id ipsum Epist. 67. ad Vrbanum Papam ” inculcavit; *quicquid* (inquit) *de me fiat*, *obsecro vos per caritatem Christi*, *ut si Turonensis Archiepiscopus*, *vel aliquis Aurelianensis Clericus pro electione pueri sui, ad vos venerit*, *non ei aurem præbeatis*; *cujus dotes, ut vobis breviter amplectar, persona est ignominiosa, & de inhonesta familiaritate Turonensis Archiepiscopi*, *& fratris ejus defuncti* (Ioannis Aurelianensis prioris) *multorumque aliorum inhonestè viventium*, *per urbes Franciæ turpissimè diffamata*, *quidam enim Concubii sui appellantes eum Floram*, *multas rythmicas cantilenas de eo composuerunt*, *quæ à fœdis adolescentibus* (*sicut nostis miseriam terræ illius*) *per urbes Franciæ in plateis & compitis cantitantur*, *quas & ipse cantitare & coram se cantitari non erubuit. Harum unam Domno Lugdunensi in testimonium misi*, *quam cuidam eam cantanti violenter abstuli. Providendo itaque vestræ honestati & Ecclesiæ utilitati*, *nunquam eum consecrari permittatis*, *ne Ecclesiam Dei prostibulum publicum &* Speluncam latronum *faciatis.* Matth. 21. 13. *Sciatis etiam quia Turonensis Archiepiscopus contra interdictum Legati vestri in Natale Domini, Regi coronam imposuit, & ut iste Episcopus fieret hac mercede promeruit.*

Legato atrocibus istis criminationibus fidem non haben- Epist. 68. ti; sed invitanti, *ut si vellet impugnare electionem Ioannis Aurelianensis Archidiaconi in Kal. Martii se præsentiæ* ejus *exhiberet*, *probaturus capitula quæ ei objicere vellet*; *sive de Simonia*, *sive de aliis, quæ valerent ad ejus repulsionem*; *manifesta accusatione non egere protestatus*, in hæc verba respondit, *Cùm secundum Apostolum* quorundam peccata manifesta sint præcedentia ad Iudi- 1 Tim. 5. 24. cium, quorundam & subsequantur, *Simoniaca istius intrusio*, *quæ* (*licet vera sit nondum tamen* præcedit ad Iudicium) *quoniam ista execrabilis negociatio per cubicularios & pedisequos facta est*, *manifesta relatione ad aures vestras perveniet*, *nisi* plantationem Matth. 15. 13.

quam non plantavit Dominus *stabilire praeproperetis, & electionem Regiis precibus, quae idem valent, secundum vulgare proverbium, quod minae, extortam vestra auctoritate confirmetis. Habentur enim apud nos quidam negociatores creditores illius dictae Reginae* Bertradæ *qui (secundum quod nobis dixerunt) expectant partem pecuniarum à parentibus Ioannis promissarum, sed referente eadem dicta Regina, quodam cautelae studio ad persolvendum differuntur, donec securius post ejus consecrationem persolvantur. Quarum tamen repetendarum actio citò ventilabitur, si consecratio aliquandiu differatur.* Nihil tamen iteratis istis querimoniis (sive deserente vadimonium ipsomet, sive convictis qui ipsi imposuerant accusatoribus) effectum: Episcopatus enim Ioanni confirmata est possessio; eumdemque & Radulfum (obliterata prorsus illatarum injuriarum memoria) fraternè posteà compellavit, hæc ad Radulfum Epist. 235. scribens, *melius me novit prudentia vestra, consulendum excellentiae vestrae ut paci & unanimitati studeatis*; ad Ioannem verò Epist. 75. *debet nosse vestra fraternitas*, Epist. 100. *Turonensis Archiepiscopi patrocinio plus justo subjacet fraternitas tua*, &c. *sciat fraternitas tua*, &c. *mihi remandet tua fraternitas*, Epist. 114. *Quod nostris tribulationibus compatiatur vestra fraternitas quantas sufficimus gratias vobis referimus*, &c. *nisi fraterna caritas vos cogeret*, Epist. 162. *inauditum sacrilegium prudentia vestra coërceat*, Epist. 213. *fraternè scripsi dilectioni vestrae*, Epist. 221. *dilectioni vestrae respondeo*: Epist. 247. *dico haec ex dilectione fraternitati vestrae*, quæ nisi mutata de fratribus (quorum indignissimis modis famam prosciderat) opinione, vel mala prorsus fide scribere nequaquam potuit.

Anno 1100 ab Vrbani dormitione proximo, cum Paschalis secundi, Ivonis & aliorum regi (ob repetitum Bertradæ *consortium*) infensiorum, delationibus irritati, Ioannes sanctæ Anastasiæ, & Benedictus *Eudoxiae*, seu *sancti Petri ad vincula*, presbyteri Cardinales Legatione fungerentur; eorumque alter Ioannes nim. Philippi regis congressum vitavisset,

*Hoc*

*Hoc* (inquit Ivo) *egregiè laudabile intellexi, quod te à communione Regis abstinuisti, quoniam in hoc & famæ tuæ & legationi tibi commissæ sanè consuluisti, licet quidam Belgicæ provinciæ Episcopi in Pentecosten contra interdictum bonæ memoriæ Papæ Vrbani coronam ipsi Regi imposuerint, tanquam (mortuo præcone) justitiam mortuam esse crediderint. Quod autem Pictavis, aut intrà provinciam Aquitanicam, Concilium celebrare disponis, omninò laudo quia si intrà provinciam Belgicam, vel Celticam Concilium celebraretur, multa premi silentio oporteret, quæ ventilata scandalum generarent, & totum penè fructum Concilii aliqua exæstuatione præfocarent: pressa verò silentio tanquam verbo Dei alligato, Legationis tuæ auctoritati plurimum derogarent*, &c. *cum Deus invicem nos loqui concesserit, & de termino, & de loco habendi concilii, & de multis aliis cum prudentia tua tractabo, quia multa prætereo quæ non sine ratione interim chartæ commendare dissimulo.* Epist. 87. *adversus literas Domni Papæ & vestras, de electione vel assumptione Episcopi illicita prohibentes, ad contemptum sedis Apostolicæ irrisoria & contemptibilia verba in vos protulerunt*, (Bellovacenses) & (*postposita omni Canonica obedientia*) *Clericum quendam illiteratum, aleatorem, & cæteris hujusmodi lenociniis vacantem, procul etiam à sacris ordinibus inventum, quondam quoque propter publicum adulterium à Legato Romanæ Ecclesiæ Lugdunensi Archiepiscopo, de Ecclesia ejectum pro voluntate regis & illius contubernalis suæ in Episcopum assumpserunt. Prædictus autem intrusus Stephanus vocatur de Garlanda, cui si ad Episcopalem ministrationem aliquando Apostolica auctoritate patuerit aditus; manifestum est temporibus nostris exitiale silentium impositum esse Canonicis legibus.* Epist.89. ad Paschalem Papam, *multos amatores justitiæ jam vidi propter remissa flagitia, vel multorum dissimulata facinora, ori suo silentium posuisse, & à spe corrigendorum malorum plurimum defecisse; hæc hactenus. De cætero, notum facio excellentiæ vestræ, Belvacenses clericos (contra interdictum vestrum & legatorum vestrorum) quendam Clericum nomine Stephanum in Episcopum assumpsisse, procul à sacris ordinibus inventum, ut-*

Epist. 84.

Alludit ad 2 Pet. 2. 5.

2 Tim. 2. 9.

*potè nondum ſubdiaconum; hominem illiteratum, aleatorem, mulierum ſectatorem, publicè olim de adulterio publico infamatum; & ob hoc à Domno Lugdunenſi Archiepiſcopo tunc temporis ſedis Apoſtolicæ Legato, Eccleſiæ communione privatum; De quo poſſent dici multa alia inhoneſta; ſed hæc (quæ vera & manifeſta ſunt) ad repulſionem ejus ſufficiunt*, &c. *pædagogum* * *illum ab Eccleſia Dei removete; ut cæteri incircunciſi Clerici hæc videntes à ſimili ambitione*

* Page.

2 Theſſ. 3. 1. *deſiſtant, & ita* ſermo Dei *in diebus veſtris* currat & proficiat; *ſciat autem Sanctitas veſtra, hunc Stephanum prius à Belvacenſibus propter prætaxatas cauſas fuiſſe repulſum; ſed cum ſanior pars (aſſenſu Regis) quendam religioſum vellet eligere, à quibuſdam malevolis clericis & Laïcis excommunicatis, eundem fuiſſe receptum*, &c. *ut autem ſciatis verum eſſe quod propter adulterium fuerit de Eccleſia ejectus, exemplar literarum Lugdunenſis Archiepiſcopi vobis mittere curavi.*

Hîc complura obiter notanda ſunt. 1. Cùm legati (qui diſciplinæ ſacræ præ aliis omnibus vindex haberi velit,) peculiaris laus nulla ſit, ſi (quod Chriſtiani omnes etiam è promiſcuo vulgo præſtare ſolent) *ab abſtenti communione abſtineat*; *egregiè* verò *laudabile* Ivoni viſum ſit, *quod* Ioannes *à communione Philippi regis abſtinuit*, fieri non poteſt, ut (ex eo quo ad Bertradam rediit momento) à communione ſubmotus fuerit, quantumvis eum ut excommunicatione dignum, *ab Epiſcopis coronari* vetuerit Hugo Lugdunenſis; & excommunicatione jam plectendum vitaverit Ioannes Cardinalis. 2. *Belgicæ provinciæ præſules* quamdiu nulla Regem à communione ſententia arcuit, ei officia ſua deneganda nequaquam putaverunt. 3. Ivo qui eoſdem ob præſtitum non abſtento principi ſolenne officium reos peregit, fraternæ charitatis

1 Cor. 13. 5. 7. *malum non cogitantis*, de fratribus verò *omnia ſufferentis, credentis, ſperantis, ſuſtinentis* parum memor fuit. 4. Falſis Regem ſciens, prudens, criminationibus oneravit; ut enim juſtas, ſiniſtra de Concilii intra Celticam, aut Belgicam (quæ in princi-

principis culpis connivere videbantur) celebrati exitu, ominandi causas fuisse demus; nonnisi per calumniam, & ad invidiam *pro voluntate Regis & contubernalis suæ assumptum in Episcopum Stephanum* scribere potuit; cùm ipsemet liberam Bellovacensibus relictam à Rege *electionem*; repulsum initio ab iisdem Stephanum; sanioremque partem *assensu Regis, meliorem alium eligere voluisse* expressè fateatur. 5. Eo ipso, quo immeriti Stephani vitam, atrocioribus convitiis infamavit, tempore, eundem (Bellovacensium precibus in speciem exoratus) Paschali Papæ commendandum suscepit, revera summo dedecore, turpissimaque ignominia notavit; *illiteratum, aleatorem, lenociniis vacantem, mulierum sectatorem, publicè de adulterio infamatum*, hoc nomine *communione privatum, de quo alia multa inhonesta dici possent, nisi hæc vera & manifesta ad repulsionem sufficerent*, Epistolis 87. & 89. haberi voluerat; at 92. omnia & singula Stephano impacta crimina negavit, sincerumque in eum & Bellovacenses affectum simulavit, *Mater mea* (inquit) *Belvacensis Ecclesia quæ in Christo me genuit, quæ lacte suo me aluit*, &c. *Lachrymabili vociferatione post me clamat, tanquam per me impediatur electi sui consecratio, vel eam apud Sanctitatem vestram mea impetrare possit intercessio*, &c. *ejus conquestionibus non possum non moveri, ejusdem gemitibus non compungi; Postulat autem eadem Ecclesia in persona electi sui, unam tantùm imperfectionem remitti; videlicet quod in sacris ordinibus non est inventus; cum in cæteris ejus integritatem prædicet, utilitatem commendet*, &c. *Scimus ad audientiam vestram & Legatorum vestrorum quorundam relatione fuisse perlatum, aliquando prædictum electum insimulante Lisiardo prædictæ Ecclesiæ Archidiacono, per Lugdunensem Archiepiscopum tunc sedis Apostolicæ Legatum cujusdam criminis objectione fuisse pulsatum, non tamen spontè confessum, vel aliquo Ecclesiastico, vel seculari judicio fuisse convictum; Asserit itaque prædicta Ecclesia eundem ad omnia objecta fore paratum Canonicè respondere si quis Canonicè possit accusare. Prædictus etiam Lisiardus, qui tunc inimicus ac-*

*cus accusabat, nunc conversus specialius eum diligit, præ cæteris expetit, quanta potest excusatione defendit; In causis autem in quibus accusatores fiunt defensores, quid judex facere debeat non est meum vestram solicitudinem movere, vestram prudentiam docere. Quicumque verò hujus facti sint laudatores aut vituperatores, ipse electus tanquam de conscientia sua quæ illi non dubius testis est, aut pro se, aut contra se, benè securus tribunalibus vestris se præsentat; aut misericordiam accepturus, aut judicium subiturus; Petimus itaque cum petentibus, pulsamus cum pulsantibus,* &c.

Simulac insusurrata in Paschalis aurem (cui infida officia spondentis artes displicuerant) criminatione, obtinendi Episcopatus spe Stephanus dejectus est, larvam insultabundus posuit Ivo; *lætatus sum* (inquit Epist. 95.) *suprà quam dici possit; & de Stephani Belvacensis Ecclesiæ proci repulsione, & de facta in me propter eum paterna invectione; quamvis ego in posterioribus literis nihil contrarium prioribus ex me scripserim, nec pro ejus persona, sed pro ruinis Ecclesiæ sanctitatem vestram interpellaverim; importunitate enim sua extorsit à me literas, quas ei nullo modo profuturas, imò multum credidi offuturas, si intelligentem haberem lectorem, & commodum expositorem.* Nec infelicem Stephanum ludos fecisse contentus, obliquis morsibus Manassis Rhemensis existimationem appetiit, hæc ad Lambertum Attrebatensem & Ioannem Tarvannensem Epistolâ 97. scribens; *Si præ blandiente desidia facere distulerit aut dissimulaverit; monendus est à vobis, quatenus sic honorificet ministerium suum, ut quod per eum faciendum est, per manus non impleatur aliorum*; Stephani illustrissima stirpe oriundi loco, servilis conditionis, (sive verè, sive falsò) creditus Galo electus est, quem cum Rex, hoc interposito Sacramento *quod in vita ejus nunquam futurus esset Episcopus*, repulisset, & Stephani, & Regis, & Metropolitani ipsiusmet odio tutatus est Ivo; diversimodè tamen, cùm Epistolâ 102. ad Manassem Rhemensem data, objectam Galoni *parentum obnoxietatem*, fateatur. *Nec* (inquit) *id impedire videatur,*

*videatur, quod Regi de obnoxietate parentum ejus invidiosè suggestum est; quia secundum mediocritatem suam de honestis parentibus progenitus est, & obnoxietas eorum à nullo vivente legitimè comprobari potest.* Ideò autem *obnoxios* Galonis parentes negavit, ne (si admisisset) adversus Canones *Aurelian.* 1. c. 8. *Aurelian.* 3. c. 26. *Aurelian.* 5. c. 6. *Francford.* c. 6. *Capitul.* lib. 1. c. 88. provectum fateri cogeretur. at Epistolâ 104. ei aliquid quod sacris Canonibus obviaret, objectum inficiatus, absolutè quæ Stephano, Regi, Metropolitano, invidiam facerent studiosè conquisivit. *Pauci* (inquit) *ex Clericis Stephani illius repudiati complices, quos sibi pelliculis peregrinorum murium atque aliis hujusmodi vanitatum aucupiis inescaverat, huic electioni non assenserunt; nec tamen ei aliquid quod sacris Canonibus obviet objicere potuerunt. Cùm verò rem per se impedire non valerent; Regem adierunt, quædam verba auribus ejus instillaverunt, quæ facilè in cor ejus eliquaverunt, videlicet quod prædictus electus discipulus meus fuerit, apud me nutritus, apud me eruditus; addentes quod à sanctitate vestra fuerit electus; & quod magnus ei futurus esset adversarius, si in regno ejus aliquando fieret Episcopus. Rex itaque virulentis his verbis succensus, & ab omni bona voluntate turbatus, non vult electioni assensum præbere, nec electo bona Episcopalia dimittere; unde electores ejus ad paternitatem vestram jam confugissent, nisi quia Metropolitanus eorum eos detinet, condicto die inter contradictores & electores, (sicut dicitur) pacem volens componere, vel forsitan propter voluntatem Regis rem callidè impedire;* & Epist. 105. *prudentiam vestram muniri oportet spiritu fortitudinis, quia si tali sacramento annullari potest Canonica electio, nulla ulterius in regno Francorum futura est, nisi aut Simoniaca aut violenta intrusio. Quod si sanctitati vestræ objicitur, Regem non oportere cogi ad perjurium; recordari potest quid dicat B. Ambrosius libro* 1. *de officiis, dicit enim, est nonnunquam contra officium promissum custodire Sacramentum,* &c.

Cum nihil apud Paschalem iteratis clamoribus proficere videretur, Gualonem ad eum transmisit, qui cunctabundum

impelleret, quod Epist. 110. confirmat. *Domnum* (inquit) *Gualonem confratrem & Coëpiscopum nostrum qui in suspectis locis ad occultandum se aptior est, paternitati vestræ transmisimus; in cujus ore verba nostra posuimus, quatenus eum tam pro sua quam pro nostra necessitate paternè audiatis*, &c. nec multo post, suo & Collegarum nomine, eundem Bellovacis Parisios transferri postulavit Epist. 144. *Sanctæ* (inquit) *paternitati vestræ supplicando suggerimus, ut Domnum Galonem Coëpiscopum nostrum, de Belvacensi Episcopatu quem propter Sacramentum Domini Ludovici habere non potest, per manum Senonensis Archiepiscopi transferri jubeatis in Parisiensem Episcopatum, quem ei gratanter & devotè concedunt pro vestro amore Rex & Regis filius.* Quo facto, & Gaufrido Videndæ etiam Epist.138. & 260. ad ipsummet Stephanum. Præsule Bellovacensibus *dato cum Stephano in gratiam rediit.* prout ex Epistolâ 243. ad Gualonem ipsum scripta colligere est; *Nuper* (inquit) *cum essemus apud Castrum* * *Militonense narravit mihi Domnus Stephanus Cancellarius, quasdam nuptias fuisse celebratas in Episcopatu vestro, contra placitum vestrum*, &c. *ideò de hac re tam pro legum observatione, quam pro ejus amore, quod ad officium vestrum pertinet facere vos monemus*: desierat scilicet *pædagogus illiteratus*, ac (si Deo placet) *infamis*, &c. ex quo Parisiensis Ecclesiæ *Archidiaconus* regnique *Cancellarius* evasit haberi; nec tutum erat cum *privatissimo Regis Consiliario, à Rege secundo, regiæ domus* post Anselmum & Guillelmum fratres, *Majore militiæ, post Regem principatum ducente, industrio, sæculari prædito sapientia, cum multis Ecclesiasticorum bonorum reditibus, tum familiaritate Regis quam sic habebat, ut ei potius à quibusdam diceretur imperare, quam servire, temporali felicitate supra cæteros mortales efflorescente, cujus tunc temporis arbitrio regnum Francorum disponebatur tota Francia regebatur*, contentiosum funem trahere. Anno certè 1123. Girberto (cui Galo locum fecerat) suffectus; à dormitione A. D. 1140. Iulii 30. * *felicis memoriæ Reverendus Pater, Franciæ Cancellarius, post Episcopus Parisiensis*, domus Sancti Victoris, *specialis benefactor* audiit.

* Melun.

Ex Chron. Mauriniac. lib.2.p.367. 69. 73.

* Epitaph.

In

Infesto ſtyli mucrone lancinatum ſummæ dignitatis virum vidimus; quid eodem impetu bilis in Regium à Pictavenſi Concilio fulminatum caput evomuerit Ivo noſter audiamus. *Notum* (inquit Epiſtolâ 104.) *facio Sanctitati veſtræ, quod Francorum Rex Romam in proximo ſe venturum dicit, quod tamen non credimus, ſed ſeu veniat, ſeu mittat; cavete, & vobis, & nobis; ut ſemper clavibus & catenis Sancti Petri fortiter teneatur; & ſi fortè abſolutus fuerit, & ad vomitum (ſicut jam contigit) reverſus fuerit; è veſtigio eiſdem clavibus recludatur eiſdem catenis religetur; & hoc literis veſtris omnibus Eccleſiis manifeſtetur, ita enim corroſorum dentes confringetis, & juſtitiæ ſatisfacietis*, & Epiſtolâ 105. *de regis Francorum in flagitio ſuo ſacræ religioni pernicioſa & ignominioſa pertinacia, nihil apertius, & nihil veſtræ utilitati utilius & honeſtius ſcribere vel dicere poſſum, quam ſcripſi*, &c. *Si Rex à ſanctitate veſtra, ſeu per ſe, ſeu per alios, pœnitentiam acceperit, & (ut pro certo credimus) ad vomitum reverſus fuerit, qualiter me habere debeam, inſtruite & literis præmunite.* dicas planè Philippum caninæ impudentiæ hominem, adeò obbrutuiſſe, ut de ejus ad ſanam mentem reditu deſperandum penitus bonis omnibus fuerit; triſtia certè de Rege & ſentire, & dicere *ludum inſolentem ludere pertinax*, Ivo non deſtitit, antequam duritiem ſuam omnibus inviſam converſamque ad leniora conſilia Paſchalis Papæ mentem expertus eſt, tunc enim primum Regis reconciliationem (timidè tamen ac cunctanter) deſiderare viſus eſt, hæc (Epiſtolâ 141. ad Richardum Albanenſem Legatum, cui expediendi ſpiritualibus vinculis abſtenti demandata provincia fuerat) ſcribens. *Sicut de excommunicatione Regis graviter doluimus, propter Chriſtianæ religionis detrimentum; ita de abſolutione ejus (ſi ad honorem Dei & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ fieri poſſet) granditer gauderemus*, &c. Sed in ipſo Epiſcopatus exordio à Richerio Metropolitano & comprovincialibus, *offenſæ regiæ Majeſtatis*, quod ab Vrbano Papa *conſecrationem accipere præſumpſiſſet*, inſimulatus, Romanamque ſedem appel-

* v. Epist. 12. 24. 25. 43. 46. 59. 66. 67. 68. 84. 87. 89. 103. 4. 5. 110.

† Epist. 27. 54. 55. 76. 211.

‡ Epist. 95. 100. 211.

lare coactus *, perpetuis adversus Regem & collegas delationibus intentus, nullam injuriæ ulciscendæ (velut *ignem gladio fodicans*) occasionem prætermisit; Conciliis Augustoduni †, Arvernis ‡, Pictavis, adversus regem contractis sedulus interfuit; à Rege & Collegis vocatus vim protestatus est; Wlgrinum & Stephanum Parisiensis Ecclesiæ Archidiaconos ad Regis nutum promptiores à consilio pro virili deterruit. *Miramur* (inquit Epistolâ 138) *prudentiam vestram, quare adversus Regem in præsentia Regis disposuistis causam istam examinare; ubi plus poterit voluntas Regis, quam justitia legis; ubi nec veritas poterit cum pace discuti, vel inventa servari*; nec Ludovici *designati Regis*, quem Cleri observantissimum fuisse constat, ob nimiam in Paganum Aurelianensem Buticularium *altaris de * Basilicis* pervasorem severitatem (prout ipsemet Epist. 114. & 124. agnovit,) animum alienare non dubitavit; cui paulò post Epistolâ 127 subblandiri coactus est.

* Bazoches.

## XIII. *Quâ proprias injurias ulciscentis Regis severitate edomita tandem sit Ivonis duritia.*

NOn viva solum voce, sed scriptis ad Philippum Regem, Episcopos Collegas, Widonem Archidapiferum, Hugonem Legatum, & Vrbanum Papam, Epistolis Bertradam *superductam* Regiâ exigere conatus Ivo, *longas regibus esse manus* statim expertus est, ab exasperato Principe durius exceptus; quod variis Epistolis deplorat: 17. ad fratres Sancti Quintini Bellovacensis, *benevolentia principis ita se mihi gratuitò contulit, ut etiam Comitissa* * (*me non petente, imò renuente*) *in manu mea, quàm sanctè spoponderit pro se & pro Comite, se mihi omnem fidem servaturos, & in nulla persecutione quam pro lege Dei patiar, aliquatenus defuturos. De domino autem Rege, quod mihi infestus sit, quia nuptiis ejus dicto & scripto calumniam quam debui feci, scio vos non latere: propter quod donec hæc procella vertatur in auram,* Psal. 107. 29. *præsen-*

* Adela Stephani uxor cujus posteà auxilio destitutus est.

*præsentiam meam non valeo vobis exhibere.* 19. ad Willelmum Fiscanensem; *non tantum à Rege, cujus illicito conjugio contradiximus, verumetiam à quibusdam aliis filiis hujus sæculi, quorum perversitatibus (quantum possumus) reluctamur, bonorum Ecclesiasticorum gravia damna perpetimur,* &c. 20. ad Carnotenses, *Audivi primates urbis vestræ adinvicem conjurasse guerram se facturos adversus Vicecomitem * pro mea liberatione; quod nequaquam mea liberatio est, nec inclusionis meæ non solum exasperatio sed interminata productio. Quare ne fiat prohibeo, interdico,* &c. 21. ad Hoellum Cenomanorum Episcopum; *Gratias ago primum Deo liberatori meo* in die qua eripuit me de manu omnium inimicorum meorum & de manu Saul. *Dehinc vigilantissimæ charitati vestræ, quâ intensis orationum clamoribus Dominum in navi dormitantem suscitavit, quatenus eo* increpante ventos, & mare, *cessaret nubilosa tempestas, & rediret serena tranquillitas.* sic 22. ad Regem, *quia exasperatus propter salubres monitus, quos serenitati vestræ (ex summa fidelitate & caritate) direxi, me diffiduciastis; & bona Episcopalis domus diripienda adversariis nostris exposuistis, gravia & grandia inde perpessus incommoda, regali Curiæ ad præsens nec securè possum interesse, nec honestè: supplico itaque Majestati vestræ, ut Regia interim me mansuetudine supportetis, donec possim aliquantulum respirare, & damna quæ mihi penè usque ad penuriam panis inflicta sunt aliqua ex parte reparare,* &c. 23. ad Widonem Rupisfortis Comitem Dapiferum, *Carissime, quia scio te velle laborare de componenda pace inter me & Dominum Regem, multas gratias tibi reddo: Sed quia hæc pax non posset esse stabilis, quamdiu volucrit in incœpto suo durare; consilium meum est adhuc expectare, si fortè Deus daret ei mentem bonam,* &c. 25. ad Vrbanum Papam, *Quæ damna, quas passiones, quas persecutiones, intus & foris, hoc anno pro lege Dei pertulerim, nota vobis facere poterit iste frater; Literas sanctitatis vestræ, securus mei periculi, Metropolitanis & eorum suffraganeis sine mora direxi; adhuc tamen tacent tanquam canes muti non valentes latrare.* 28 ad Regem, *Casati Ecclesiæ &*

* Hugon. Puteac.

2 Sam. 22. 1.

Matth. 8.

Esai. 56.

*reliqui milites penè omnes, vel absunt, vel pro pace violata excommunicati sunt, quos sine satisfactione reconciliare non valeo, & excommunicatos in hostem mittere non debeo. Postremò novit vestra Serenitas quia non est mihi in Curia vestra plena securitas, in qua ille sexus mihi suspectus & infestus est, qui etiam amicis aliquando non satis est fidus. Expecto igitur ut aliquando (cor vestrum illustrante divina clementia) contra sibilum serpentis auditum obturetis*, &c. 31. ad Fulconem Belvacensem, *non desero illius Ecclesiæ societatem in qua aliquando potero vobis esse utilis si Deus reddiderit pacem servis suis.* 35. ad Richerium Senonensem: *Si divinæ legis fuissetis memores, cujus debetis esse doctores atque tutores, non contra sanctorum patrum instituta me invitassetis ad Concilium; præsertim, cujus facinus ignoratis aut flagitium: Primò quia invitaverunt me quidam Episcopi non Comprovinciales mei, qui sine auctoritate Apostolica mei judices esse non debent*, &c. *Conductum à Domino meo Rege quæsivi, nec habere potui. Quantum verò ex intentatis minis intelligo, non liceret mihi in conventu vestro impunè dicere veritatem, qui pro jam dicta veritate & Apostolicæ sedis obedientia tantam sentio severitatem, ut perjurium arguar incurrisse, & Majestatem regiam minuisse*, &c. *faciat ergo Dominus Rex adversum parvitatem meam quantum (Deo permittente) libuerit & licuerit; includat, excludat, proscribat, inspirante Dei gratia & prosequente, decrevi pati pro lege Dei mei, nec ulla ratione cogente volo ei consentaneus in culpa esse, cui nolo esse consors in pœna.* 47. ad Widonem dapiferum. *Quæ mihi mandasti per Landricum presbyterum jam audieram per * Ebrardum nepotem tuum, videlicet quod Rex multa mala dimittere, & multa bona se promittat velle facere; si cum pace sedis Apostolicæ, & communione Ecclesiastica, mulierem quam illicitè habet, valeat ad tempus retinere; unde ex auctoritate divina hoc caritati tuæ rescribo, quia nulla redemptione vel commutatione quis peccatum suum poterit abolere, quamdiu vult in eo permanere*, &c. 67. ad Vrbanum Papam, *Ego de me sentio, quod non est aliqua persona transmontana quæ pro fidelitate vestra, pro assertione præceptorum*

* Puteacensem, qui in Palæstina decessit, Hugone & Adela Widonis sorore natum.

*ceptorum vestrorum, tot contumelias pertulerit, tot injurias acceperit,* &c. *si vestra permissione id modò non facio, necessitate tamen me oportebit id facere, propter renovatas in me veteri de causa Regis inimicitias,* &c. *Per portitorem ergo præsentium quod vobis placet mihi rescribite, & (si petitioni meæ acquiescitis) in vestra manu me retinete; ne possint me pseudoepiscopi pro libitu fatigare.* 104. ad Paschalem Vrbani successorem. *Si fortè Deus cor ejus* (Regis) *ad pœnitentiam illustraverit, mementote nostri qui portavimus pondus diei & æstus, ut sicut fuimus participes tribulationis ibi simus & consolationis.* 110. ad eundem, *venimus penè usque ad Alpes, in quarum angustiis, quia insidias* * *nobis paratas audieramus, usi magnorum virorum consilio, inito itinere supersedimus; Domnum itaque Gualonem confratrem & Coëpiscopum nostrum qui in suspectis locis ad occultandum se aptior est, paternitati vestræ transmisimus,* &c. 113. ad Daimbertum Senonensem. *Quæ difficultates, quæ pericula vias nostras sepiant, non minus novit vestra paternitas, quam nostra parvitas: unde si tanta instantia huic consecrationi interesse nos vultis, aut locum ad quem securè venire possimus, eligite; aut conductum nobis securum procurate, alioquin paterna discretione date veniam, manifesta pericula metuenti, quam daretis eadem pericula non sine vestræ famæ jactura subeunti. Quod si regius metus, vel aliorum qui adversum nos injustè sæviunt abesse coëgerit; consecrationem quam voce & manibus facietis corporaliter præsentes confirmabimus literis & corde, corporaliter absentes.* 139. ad eundem. *Si conductum promissum Rex mihi dederit Deo donante venire curabo.* 141. ad Richardum Albanensem Legatum; *satagendum erit diligentiæ vestræ, quatenus qui pro amore justitiæ & obedientiæ sedis Apostolicæ perdiderunt ejus* (Regis) *amicitiam; in reconciliatione ejus redintegrentur ad gratiam. Consultum autem famæ vestræ melius credidissem, si alibi quam Senonis ista fieret absolutio, ubi cuique liceret liberè dicere quod sentiret; De cætero ad Concilium denominatum gratanter ire desidero, sed contra voluntatem Regis cujus odium jam per decennium tolero, qua via, quo conductu vel circuitu*

Matth. 20. 12.

2 Cor. 1. 7.

* Ab extraneis, cùm Francorum occidentalium regnum (sub Philippo I & majoribus à Caroli Calvi ætate) ad Alpes non pertigerit.

Ab anno 1093 ad 1102.

*Trecas*

*Trecas venire valeam non invenio. Si ergo vel per ipsum Regem vel per Comitissam * aliquam mihi securitatem impetrare potestis; obnixè rogo, ut id facere studeatis.*

* Adelam Stephani viduam.

Cum igitur reditibus exutus, in carcerem à Vicecomite conjectus, à Rege & Coëpiscopis ad causam dicendam (ceu Majestatis reus) vocatus, nullibi tutum receptum imò ne liberum ad Vrbanum & Paschalem Papam transfugium haberet, continuis quibus per novennium solidum circumsessus fuerat difficultatibus, expugnatus; Regis (impetrata Paschalis Papæ *dispensatione*) Ecclesiasticæ paci jamjam restituendi, ex accusatore patronus derepentè prodiit. *Rex* (inquit Epist. 144.) *per se, & per nos, adhuc pulsat ad aures paternitatis vestræ, ut (secundum moderationem literarum vestrarum, & verba quæ Domno Galoni Coëpiscopo nostro injunxistis) causam ejus temperetis: ne contingat de eo illud Salomonis* qui multum emungit, elicit sanguinem. *Dispensationis autem modus nulli unquam sapientum displicuit*, &c. *& quia hæc suggerendo dicimus non docendo; nostræ suggestionis summa est, ut imbecillitati hominis amodo (quantum cum salute ejus potestis) condescendatis, & terram quæ ejus anathemate periclitatur, ab hoc periculo eruatis.*

Prov.30.33.

Hoc eventu Bertradæ causa peracta est, *dispensante* Romana Ecclesia, & conticescentibus quotquot *illicitum* ejus cum Rege *consortium* pronunciaverant; quibus eâdem cum Ivone cymba vectis, idem incubuisse videtur turbo Walterio nimirum Meldensi, quem Regis metu perculsum sequentia ex data ad eum ab Ivone Epistolâ 16. indicant, *De eo quod monetis, ut pro pace vobis impetranda Dominum Regem suo tempore conveniam secundum Comici * sententiam vobis respondeo, quia* opus est huic patrono quem defensorem paras. *Hoc verò vobis consulo, ut conjugium ejus quod ante factum ratione resistente non laudastis, post factum nec dicto nec facto inconsultè approbetis; sed commune consilium & judicium Comprovincialium Episcoporum & cæterorum studiosè expetatis, & longanimiter expectetis, & si quid adversi*

* Eunuchi Act. 4. Sc.6.

*versi pro amore justitiæ vobis acciderit æquanimiter supportetis*; *hoc attendendo quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis*, &c. Hugone Lugdunensi quem Romanæ sedis Legatione instructum, *in tanta perturbatione humerum huic oneri noluisse supponere*, Epistolâ 24. questus est; his plenæ confidentiæ verbis velut classico ad prælium excitavit, *Licet in regno Italico surrexerit alter* * *Achab*, *in Gallico autem altera* † *Iezabel*, *quærentes* altaria suffodere, prophetas occidere; *non est tamen dicendum Heliæ*, relictus sum solus & quærunt animam meam: *ne divinum dicat ei responsum*, reliqui mihi septem millia virorum qui non curvaverunt genua sua ante Baal; *Licet ad placitum Herodis*, *saltet Herodias*; *petat caput Ioannis*; *concedat Herodes*; *dicat tamen Ioannes*: non licet tibi *uxorem tuam inordinate relinquere & contribulis* tui conjugem *vel pellicem in conjugium* habere; *licet Balaam doceat Balac edere*, *& fornicari*; *Phinees tamen non parcat Israëliti cum Madianite fornicanti*. *Licet ad persuasionem Simonis Nero Petrum liget*, *incarceret*; *non minus tamen Petrus Simoni dicat pecunia tua tecum sit in perditione*, &c. Lamberto Attrebatensi quem Epistolâ 33. bono animo esse jussit: *Quoniam* (inquit) *& tu jubente Deo remigasti in altum*, *ut laxares retia in capturam*; *amodò poteris ex tuis mea pensare pericula*, *qualia prælatos in profundo experiri pronunciat Psalmista*, ascendunt usque ad Cœlos, &c. *In quibus periculis unum est singulare consilium*, *quatenus toto affectu clamemus ad Dominum* cui mare & venti obediunt, *ut* procellam nostram convertat in auram, & sileant fluctus ejus, *Quod si Dominus* in navi dormiens, *ut experiatur sustinentiam nostram moram fecerit*, *sustinentes sustineamus*, *quia veniet & suprà sustinentiam nostram tentari nos non permittet*, &c. Hugoni Suessionensi quem paribus hortamentis ad constantiam armavit, Epistolâ 42. inquiens, *Si perversorum odia & detractiones ex hoc incurrerit vestra fraternitas*, *toleranda erunt vobis verbera verborum quia in eorum numero estis qui*, *Apostolico gradu insistentes*, *pro domo Dei* sustinuerunt

Rom. 8. * Henricus 3. † Bertrada. 1 Reg. 19. 24. Matth. 14. Num. 25. 8. Apoc. 2. 14. Actor. 8. 20. Luc. 5. 4. Psal. 107. 26. Matth. 8. 27. Psal. 107. 29. Psal. 27. 14. 1 Cor. 10. 13.

P *non*

Hebr.10.34. *non tantum* rapinas bonorum suorum *sed etiam tormenta & mortes corporum. Quod enim illi sustinuerunt pro fidei defensione nos sustinere habemus pro criminosorum actuum reprehensione*, &c.

Sed quod, Ivoni aliisque paucis ἀκριβοδικαίοις, rigidioris disciplinæ studium, ex veterum Canonum præscripto, etiam adversus regium caput statuendum suaserat; cùm cæteris Gallicanis ac præsertim Rhemensis, Senonensis, & Turonensis provinciæ præsulibus, qui συγκαταβάσει locum nonnunquam esse posse censebant, intempestivum videretur, homini propositi tenaciori summoperè primum displicuit: hinc Epistolâ 30. ad Fulconem Belvacensem, *Suadendo consulo, & consulendo suadeo, ut contra mandata Domni Apostolici & Legati ejus Lugdunensis Archiepiscopi, ubi restat adhuc anchora aliqua spei nostræ, nulla ratione caput erigatis; si post quantascunque procellas ad portum pervenire cogitatis. Exemplar literarum quas misit mihi Domnus Papa de causa Regis, postquam Legati Regis nuper discesserunt ab eo, vobis transmitto; ut sciatis, quia Domnus Papa etsi non antecedit, non tamen retrocedit.* 35. ad Richerium Senonensem. *Majestatem regiam minuisse, rectius in eos retorqueri potest; qui vulnus fomentis incurabile tanquam pii medici cauteriis competentibus dissimulant urere, vel medicinali ferro præcidere. In qua sententia si mecum firmiter fuissetis, jam ægrotum nostrum ad sanitatem perduxissetis, quod quamdiu differtis, videte si fidelitatem quam debetis pleniter exhibetis, si officii vestri munus expletis*, &c. 67. ad Vrbanum Papam, *Si petitioni meæ acquiescitis in vestra manu me retinete, ne possint me Pseudoepiscopi pro libitu suo fatigare*, &c. 113. ad Daimbertum Senonensem, *Gratias quas possum refero excellentiæ vestræ, quia tribulationibus nostris compatimini, & doloribus nostris condoletis, & ad subveniendum manum (quantum potestis) extenditis. Quod si alii confratres nostri similiter facerent, non in tantum*
Matth.16.18. *portæ inferi prævalerent*, ubi tamen Paschalem Papam ad Regis Clerique Gallicani preces de Vrbani decessoris rigore remittere paratum vidit, in *dispensationis* consilio non modò

tacitus

tacitus acquievit, ſed eam *nulli unquam ſapientum diſplicuiſſe*, palam profeſſus eſt.

## XIV. *Quo ſenſu Philippo Regi ab Vrbano Papa* reſtituendam coronam *ſcripſerit Ivo.*

GRavia multa in Regem molito, ab eodemque paſſo Ivoni, ſi quid aſperius excidiſſe, quaſque irato principi abundè dederat pœnas, animoſè repopoſciſſe, quiſquam ſtatuat, minimè mirum fuerit; expendenda nunc ſunt ſingula ejus dicta, quibus (ceu totidem arietibus admotis) Regiam nonnulli Majeſtatem concuti poſſe putant: Vrbanum is Epiſtolâ 46. cùm monuiſſet, *Legatos regis hac ratione uſuros, Regem cum regno, ab obedientia* ejus *receſſurum, niſi coronam reſtitueret, niſi Regem ab anathemate abſolveret*: regiam dignitatem anathemate ſublatam putavit Bellarminus Card. regerente Barclaio *per Coronam* (in Ivonis loco) non *regnandi jus*, ſed *Coronam* propriè dictam *revera intelligi, quam inter ſacra præcipuis anni feſtis ab antiſtite aliquo impoſitam Reges olim geſtavere, quod in Philippo fieri Papa vetuerat; tum ne ab Epiſcopis hunc honorem ferret, ad Eccleſiæ cenſuras pervicax; tum quod ſacris intereſſe omninò excommunicato non licebat, multo minus eum pompâ & dignitatis inſignibus cui potius ad pœnitentes recedendum*: acrior pro Bellarmino neſcio qua Willelmi Malmesburienſis auctoritate fretus inſurrexit clari nominis Vir I. à Coſta, cujus ut facilius nodi ſolvantur, tria nobis adſtruenda veniunt, 1. Sæpius Reges noſtros *coronari*. 2. in præcipuis anni feſtis *coronatos* procedere. 3. ab Epiſcopis *coronari* ſolitos fuiſſe.

De Poteſt. tempor. Proleg. ſ. 75.

Repetitæ Regum coronationis exceptione omni major teſtis Sugerius Abbas, qui vitæ Ludovici *Groſſi* capite 13, illo ipſo quo Philippus denatus eſt anno, imò quinta ab ejuſdem obitu die, eâ ſcilicet quæ * *Sancti protomartyris Stephani inventioni* dicata eſt, *nec dum poſt celebrationem divinorum feſtivis* à

* A. D. 1108. Aug. 3. feria 2.

 Daim-

Daimberto Archiepiſcopo *depoſitis exuviis*; *mali* nuntii *à Rhemenſi Eccleſia bajulatores aſtitiſſe* refert; *literas contradictorias deferentes, & auctoritate Apoſtolica (ſi tempeſtivè veniſſent) ne Regia fieret unctio interminantes*, quique *primæ Regis coronæ primitias ad jus Rhemenſis Eccleſiæ ſpectare*, proteſtarentur. Cùm enim *primitiæ*, niſi ſubditæ maſſæ; *primus* niſi *ſequentium*, ſive actu, ſive poteſtate reſpectu dici nequeat; *primam Regis coronam primitiaſque ad jus Rhemenſis Eccleſiæ ſpectantes*, alias ex ordine, vel de jure, vel de facto ſecuturas indicaſſe neceſſe eſt; quod capite 30. confirmat Ludovici regis & Adelheïdis uxoris, *nobilem & diademate ſæpius coronatum verticem* notans. Accedit Sugerii coætaneus Hugo de Cleriis Fulconis Comitis ad Ludovicum VI, quondam Legatus, cujus teſtificatio non impar, *Si*, inquit, *ad Coronamenta Regis Comes ire voluerit*, &c. *vidi hæc ſervitia reddere Comiti Fulconi Regi Hieruſalem, in duobus exercitibus Alverniæ, & in uno coronamento Bituri*, & Comiti *Gaufrido qui eſt ſepultus Cenomani, vidi reddere in uno coronamento Bituri, & in alio Aureliani*. Hic tria (præter primum Ivoni Epiſtolâ 179. & Sugerio memoratum) Regis ejuſdem *coronamenta* ab Hugone viſa habemus, qui ſub Ludovico VII, (paulò poſt Gaufridi apud Cenomanos A. D. 1154. Septembris 7. denati exceſſum) ſcripſit. Tertius iteratæ *coronationis* teſtis occurrit Rigordus Philippi II, Medicus; qui *anno dominicæ incarnationis* 1181. *Kal. Iunii eâ die quâ Dominus noſter Ieſus Chriſtus bajulis nubibus cœlos aſcendit, in Eccleſia B. Dionyſii ad ſuggeſtionem & conſilium cujuſdam boni viri qui Zelum Dei videbatur habere*, Philippum Regem *ſecundò impoſuiſſe ſibi diadema, & tunc junctam fuiſſe Elizabeth uxorem ejus* ſcribit. obſoleverat jam ex parte vetuſtus regiorum *Coronamentorum* mos *, cum *anno gratiæ* 1150 *(qui erat annus quintus regni Henrici filii Matthildis Imperatricis) eundem regem qui tertiò fecerat ſe & Alienor uxorem ſuam coronari in Paſchali ſolennitate apud Winceſtriam* †, *ubi ad oblationes venit, coronam ſuam depoſuiſſe, & eam ſuper altare obtuliſſe, voventem*

* Coronatus 1. A. D. 1150. mortuo patre, 2. A. D. 1154. Decemb. 19. Fer. 1.

† Matth. Paris Wigorniã ſeu Worceſtriam.

*tem Deo quod nunquam in vita sua de cætero coronaretur*, Rogerus Hovedenus observat, & Matth. Paris; qui *post celebrationem divinorum Sacramentorum coronam super altare posuisse, nec ultra coronam portavisse* (ut contra majorum morem & humilitate factum sentias) scribit, eâdem etiam Richardum Henrici filium mente fuisse refert. Semel enim anno 1189. Sept. 3. feria 1. in Ecclesia Westmonasteriensi solenni pompa consecratus; postquam Austriaci Ducis & Henrici VI, Imp. manus effugit anno 1194, vix aliam *coronationem* admisit; *consilio* (inquit Matthæus) *procerum suorum in Octavis Paschæ* (sive Aprilis 17. feria 1.) *licet aliquantulum renitens apud Wintoniam coronatus est*; unde verò *renitentia* illa nisi ex patrio exemplo?

*Coronatos in præcipuis festivitatibus Reges*, hæc confirmant; in *Epiphania* A. D. 754. apud sanctum Dionysium à Stephano Papa, Pippinus cum Carolo & Carolomanno filiis; & anno 988. Aurelianis Robertus uncti & coronati sunt. In *Paschate* Romæ anno 781 Pippinus & Ludovicus pius; anno 823 Lotharius; anno 1027, Conradus II; anno 1129 Philippus Ludovici VI, primogenitus. In *Ascensione*, Rhemis anno 1028. Henricus primus; anno 1181, Philippus II. In *Pentecoste* Novioduni anno 750 Pippinus. Aquisgrani anno 817, Lotharius; Compendii anno 1018. Hugo Roberti primogenitus; Romæ anno 996. Otto tertius; Rhemis anno 1059. & 1100, Philippus primus. In *Natali* Romæ anno 800. Carolus Magnus; 875 Carolus Calvus; 880 Carolus Crassus; 1098 Philippus primus: hinc fabulator, qui *Turpini* nomen mentitus est, de Carolo Magno c. 20. *in quatuor solennitatibus per circulum anni, præcipuè in Hispania, Curiam suam tenens, coronam regiam & sceptrum gestabat; die scilicet Natalis Domini & die Pascha & die Pentecostes, & die sancti Iacobi*, diversum tamen sibi somniator alius Lancilottus à Lacu p. 1. fol. 20. ordinem præfixit, hæc de famoso Britonum Arturo scribens; *à l'entrée d'Avril estoit le Roy Artus le jour de Pasques à Karahes, une sienne*

*Tilpinum* dicere volebat.

*Cité moult bonne; & avoit de coustume que plus richement se demenoit le jour de Pasques, qu'un autre jour; & ne tenoit Court enforcée pour porter Couronne que cinq fois l'an, c'estoit à Pasques, à l'ascension, à la Pentecoste, à la feste de Toussaincts, & à Noel,* quanquam eodem in summa res recidit; ut *coronandos* in majore cultu observatis festivitatibus Reges olim fuisse statuamus; quod Anonymus Philippo primo suppar adnotavit, ereptam anno 1129 à Bartholomæo Episcopo impuræ vitæ monialibus cœnobii apud Laudunum Clavatum circa A. D. 650. sub sancti Ioannis appellatione à Sadlaberga Abbatissa conditi possessionem scribens; *Tantæ* (inquit) *dignitatis erat eadem Abbatia, ut quandocunque Rex Francorum in diebus solennibus Lauduni coronandus esset, in ipsa præcipuè coronam auream portaret.* Ordericus lib. 8. de Philippo, *post excommunicationem nunquam diadema portavit, neque purpuram induit, neque solemnitatem aliquam regio more celebravit.* & antiquiores Theganus c. 19. *nunquam aureo resplenduit indumento Ludovicus pius, nisi tantum in summis festivitatibus, sicut patres ejus solebant agere; nihil illis diebus se induït præter camisiam & feminalia, nisi cum aureo texta limbo, aureo baltheo præcinctus, & ense auro fulgente; ocreas aureas, & chlamydem auro textam, & coronam auream auro fulgentem in capite gestans, & baculum aureum in manu tenens.* Eginhardus vitæ Caroli libello, *In festivitatibus veste auro texta, & calciamentis gemmatis, & fcrula aurea sagum adstringente, diademate quoque ex auro & gemmis ornatus incedebat.*

Nec adeo recepti moris tenax fuit antiquitas, ut alia ulla præter suprà designatas die, Reges suos consecrare nefas putaret, nam Metis anno 864. Septemb. 9. Carolus Calvus unctus est. Compendiaci anno 877. Decemb. 8. & Trecis anno 878. Septemb. 7. à Ioanne VIII, Papa Ludovicus Balbus. Mantalæ in territorio Viennensi anno 879. Octob. 15. Boso. Francofurti anno 887. Novembri mense Arnulphus. Rhemis anno 922. Iunii 30. Robertus. Suessione anno 923.

Iulii

Iulii 13. Rudolphus. Lauduni anno 936. Iunii 28. Ludovicus ultramarinus. Rhemis anno 854. Novemb. 12. Lotharius. Romæ anno 1014. Febr. 24. Henricus II. & anno 1024. Septemb. 8. Conradus II. Rhemis anno 1131. Octob. 12. Ludovicus VII. Imò paulatim ut *coronationem* iterandi, ſic *ſolennes* in præcipuis anni feſtis *Curias* habendi mos evanuit: quodque nunc *ἄτοπον* & ſacrilegio proximum videretur, *unctionem* ſcilicet *regiam* ( cujus nec vola nec veſtigium uſpiam ante annum 750. Pippinique noſtri conſecrationem inter Chriſtianos occurrit ) geminare nulli olim Majorum diſplicuit, Cum *bis*, anno ſcilicet 750. Novioduni à Bonifacio Moguntino, anno 754. in ſancti Dionyſii æde à Stephano Papa, Pippinus. *Quater* anno nimirum 750. Ianuarii 6. apud S. Dionyſium, anno 768. Octob. Novioduni, anno 774. poſt Paſcha Papiæ, anno 800. Decemb. 25. Romæ Carolus Magnus: *Bis*, anno nimirum 781. Romæ, & anno 816. Rhemis, Ludovicus pius: *Quinquies* anno n. 840. loco incerto; anno 848. in urbe Aurelianorum; anno 869. Septemb. 9. Metis; anno 875. Decemb. 25. Romæ; anno 876. menſe Februario, Ticini Carolus Calvus. *Bis* anno ſcilicet 844. & 850. Romæ Ludovicus Lotharii filius; *Bis*, anno nimirum 877. Compendii; & anno 878. Trecis unctus ſit Ludovicus Balbus: quemadmodum anno 1498. principum noſtrorum regnum à *Coronatione* inchoare Senatus Pariſienſis conſulto vetitum fuit, poſtquam abſurda hæc imperitorum mentes inſidere cœpit opinio, *Regum denatorum legitimos hæredes minimè Reges ante unctionem habendos*, nec in regni poſſeſſionem ſucceſſionis & natalium, ſed ſolo *conſecrationis* jure vocari.

Eos nunc à Præſulibus ex more *coronandos* fuiſſe ( praxi nos manuducente) doceamus *: Pippinus à Bonifacio, & Stephano Papa; Carolus & Carolomannus anno 768. Carolus Calvus annis 840 & 869. Ludovicus Balbus anno 877. Ludovicus & Carolomannus apud Ferrarias, anno 879, à *regni Epiſcopis*.

* Nonnunquam tamen à ſemet coronati ſunt. Thegan. c.6. de Carolo ad A. D. 813. *In prima die dominica ornavit ſe cultu regis & Coronam capiti ſuo impoſuit*, &c. *Iuſſit* Ludovicum *pater ut propriis manibus Coronam quæ erat ſuper altare elevaret, & capiti ſuo imponeret*, &c.

*ſcopis* conſecrati ſunt. Boſo eodem anno à Burgundis; Odo anno 888 à Walterio Senonenſi, Carolus ſimplex anno 892. à Fulcone Rhemis; Robertus anno 922. ab Heriveo ibidem: Rodulphus anno 923 à Seülfo Sueſſione: Ludovicus ultramarinus Lauduni anno 936 ab Artaldo Rhemenſi: Lotharius anno 954. ab eodem Artaldo Rhemis. Hugo anno 987. ab Adalberone Rhemis, Robertus anno 988. ab *Epiſcopis regni*, Aurelianis. Hugo anno 1018. Compendii. Henricus I, anno 1028 Rhemis à Widone Archiepiſcopo & aliis. Philippus I, anno 1059. à Gervaſio Archiepiſcopo, Rhemis, anno 1098. à Radulfo Turonenſi, anno 1100. à Manaſſe Rhemenſi, aliiſque Belgicæ præſulibus. Ludovicus anno 1108. à Daimberto Senonenſi & aliis Aurelianis. Nec Anglorum diſpar in vicinia conſuetudo fuit: ſiquidem Anſelmus Philippi primi ὁμῆλιξ (utpotè anno 1093 quo ſuperducta Bertrada Martii 6. Quadrageſimæ Dominica prima electus, Decembris ſequentis 4. feria 1. conſecratus, anno 1109. April. 21. majoris hebdomadis feria 4. aurora illuceſcente denatus) de Henrico primo anno 1100. in Aſſumptionis feſto à Mauritio Londinenſi & Thoma Eboracenſi (ob Anſelmi Marcenniaci in Æduis degentis abſentiam) coronato, ad Ernulfum priorem circa annum 1103 ſcribens, hæc habet, *hîc conſideret aliquis quid facere poſſim, cùm veniam ad Regem coronandum, & Miſſam celebrabo*, &c. conqueretur *Rex cum omnibus Epiſcopis & principibus ſuis, quia (cum illum coronare nolo) auſero ei coronæ ſuæ honorem, quem ei Primas regni ſui debet per conſuetudinem; unde juſtum illis videbitur & opere complebunt, ut dignitas Eccleſiæ noſtræ ad aliam Eccleſiam transferatur.* Audis (lector) ad ſolum Anglorum (quorum ferè univerſæ ex Normannia noſtra conſuetudines ab anno 1066. in Britanniam majorem tranaverant) Primatem, eo planè modo *imponendæ regio capiti coronæ* jus pertinuiſſe, quo anno 1108. *primæ coronæ primitias, ad Rhemenſis Eccleſiæ jus ſpectare* contendit de *ſecunda,*

*tertia,*

*tertia*, &c. securus Manasses Archiepiscopus? In Anglia itaque Cantuariensis unus & semper regiam sibi *coronationem* vindicabat, in Gallia Rhemensis *primam*, sequentes alii quilibet Episcopi (pro loci quo Curia habebatur prærogativâ) ad se trahebant, nec Rex unquam Præsulum ministerio destitutus, vel *Curiam habere* vel *coronam gestare* solebat. Iam si laudatum Anselmi locum, cum data anno 1095. ad Vrbanum Papam epistolâ componamus, tanta utrinque sensuum similitudo occurret, ut unâ eademque manu exarata, eodem spiritu dictata & Anselmi & Ivonis scripta videri possint, nec ullus deinceps de Ivonis mente disceptandi locus relictus sit. Cùm quibusdam Henrici Regis familiaribus à Paschali Papa *communicare* vetitus Anselmus, *à* Regis *communione abstinere*, ei sacra ministeria exhibere, *eum coronare nolle* indirectè cogebatur. Philippo Regi ex Vrbani Papæ præcepto ab Hugone Lugdunensi Legato ademptâ communione, cum eo sacra ulla participare, aut ullum ad sacra pertinens ministerium (exempli causa *coronationem*) offerre Francis Episcopis nefas videbatur. Anselmus Henrico Regi suam in sacris conventibus præsentiam denegans, eundemque *coronare nolens*, *auferre ei coronæ suæ honorem Regi*, *Episcopis, principibus* visus est; Vrbanus à Philippi Regis communione Episcopos abstinere, eique officia omnia ad Ecclesiasticam communionem pertinentia, exempli causa *coronæ impositionem* cum benedictione solenni, denegare jubens, Ivoni Francisque aliis *coronam auferre* videri potuit. Anselmus (quantumvis Henricum ex animo semper coluerit, regiumque jus illibatum esse voluerit) hoc ipso quod *eum coronare noluit*, ei *coronæ suæ honorem auferre* creditus est. Vrbanus Philippo *coronam imponi* vetans (utut de *regnandi jure* decerptum nihil voluerit) *coronam* ejusdemque *honorem auferre* dictus est. Anselmus pace excommunicatis à Paschali redditâ ad solita *coronationis* & sacrorum omnium officia reversus, *restituere*, quæ *abstulisse* censebatur dici

Q potuit.

potuit. Quanto magis Vrbanus solutis quæ (eo decernente) Philippo Regi injecta erant spiritus vinculis? Eo igitur quo ablata fuerat modo, ab Vrbano Papa *restituenda* fuit *corona*; cumque *regnandi gestandæque coronæ* jus, nec ademptum, nec ulli nisi soli Deo (ut Gersonis nostri impolita voce utar) *auferibile* fuisse; sed indirectè *ablatam* (quia vetita Præsulibus ejus impositio fuerat) *coronæ* gestationem constet: impropriè & indirectè (*restitutâ* imponendi licentia) *restituta* eadem est, nec aliud in mente Ivo vel habuit, vel habere potuit.

Frustra igitur, Vir Clariss. ingerit, has locutiones, *amittere coronam*, *restituere coronam*, *deponere coronam*, translatitiè acceptas, ad *regnum* ipsum, & *dignitatem regiam* esse referendas; eâdem forma qua vulgo dicimus *jura coronæ*, *officiarios coronæ*, *notarios & secretarios coronæ*. Siquidem non semper *tralatitiè* accipiendas esse, nec (ubicunque figuram admittere libuerit) idem semper significare in confesso est. Philippus certè noster singulis *coronationum* diebus, adveniente vespera *coronam* cæteraque regiæ dignitatis insignia resumpturus *deposuit*; annoque 1159. *coronam* in perpetuum *depositam super altare apud Vigorniam obtulit* Henricus II, neuter tamen *regiam dignitatem* abdicavit: oblatam à Clodoveo nostro *coronam* amisit Romana Ecclesia, nec ejus dignitati decessisse quicquam ex cimelii pretiosi jactura certum est: tamdiu auream suam *coronam amisisse* abusivè Philippus noster dici potuit quamdiu sacerdotum nemo repertus est, qui eam ipsi *imponeret*; eandem (revocato *imponendi* more) *restituit* Radulphus Turonensis, nec hic unquam sub *coronæ* nomine *regia dignitas* venire putanda est. frustra rursus *si coronam sacerdotalem pro dignitate Episcopali* figuratè apud Sidonium *Lib.* 6. *epist.* 3. & *Lib.* 7. *epist.* 8. accipi demus, eodem Ivo noster sensu *restituendam* ab Vrbano Papa Philippo Regi *coronam* senserit, quo Vincentius Lirinensis *Commonitorii* 1. c. 7. scripsit, *dejectas sacerdotum coronas reponere*, cum *propriè* Ivonem, *tropicè* Vincentium

tium locutum fuisse certum sit; nec (si eundem utrique sensum tribuendum putemus, ut quomodo *sacerdotalem dignitatem* Vincentius, *regiam* Ivo *coronæ* nomine intellexerit) propositum obtineant Pontificalis in temporalia, (quocunque illam nomine dignentur) potestatis assertores. Vincentium antiquorum Martyrum & Confessorum κατορθώματα prædicantem audiamus, *Eos*, inquit, *tanto munere Dominus dignos judicavit ut per eos prostratas restauraret Ecclesias, extinctos spiritaliter populos vivificaret, dejectas sacerdotum coronas reponeret, nefarias illas novellæ impietatis non literas sed lituras, infuso cœlitus Episcopis fidelium lachrymarum fonte deleret.* De irretitis anno 359. (Ariminensibus dolis) Episcopis ex professo loquitur, qui dignitatem sacerdotalem hæresis infamia *dejecerant*, nullius ex sacerdotali collegio Præsulis judiciario decreto *dejecti*; eorum si *dejectas coronas reposuit Deus*, per pietatis Confessores ad emendationem & pœnitentiam revocans, *sanctumque*, *cœlitus fidelium lachrymarum fontem* quo *nefarias novellæ impietatis lituras delerent infundens*; quid hoc ad decantatam hoc & præcedente seculo *regiæ dignitatis* per sacerdotales censuras *dejectionem*? Id tamen Vincentium voluisse demus, *dejectos* & *damnatos* iniquo hæreticorum judicio Præsules, pristino per Orthodoxos Confessores gradui *restitutos* fuisse, quid hic rursus quod famosam illam Pontificiam *in temporalia potestatem*, vel tantillum statuminet, cùm *dejectæ* de facto ab hæreticis *coronæ*, nihil de nativo decore deperierit, nullaque *de jure* fuerit hæreticorum pietatis professores Episcopali solio deturbantium sententia; nec *dejectam* propriè *coronam reposuerint* veri salutaris assertores, Episcopatum *dejectis restituendo*, sed tyrannicè oppressos ab injuria vindicando? Si eadem Ivonis de Philippi primi excommunicatione, loquentis mens fuisse dicatur, *dejecta* de facto non de jure *regia dignitas* fuerit, quam Philippo Regi (quantumvis coram Deo reo) Ecclesiastica nulla interdicta *eripere* potuerint; nec aliter quomodocun-

que *dejecta* ei ab Vrbano *corona restituenda* fuerit, quam sanctis ad pœnitentiam *fidelesque lachrymas* hortamentis, quæ pudendas admissæ culpæ *lituras* tandem aliquando *delerent*, quod notent velim novellæ & priscis per annos 1070. inauditæ opinionis patroni. Sed ad alia Clariss. viri animadversione digna pergamus.

*Aliud est* (inquit) *restituere coronam in epistolâ* 46, *aliud in epistolâ* 66. 67. *&* 84. *de facto imponere coronam auream*: quasi quisquam negaverit, aut ex qualicunque hoc discrimine sequatur Philippo regi (quod *regnandi jure* excidisset) *coronæ restitutione* opus fuisse; *restituere* igitur *coronam* apud Ivonem epistolâ 46, est *imponendæ* regio capiti *coronæ* (submoto excommunicationis impedimento) licentiam dare; quod Philippi Regis Legati ab Vrbano Papa postulaverunt; epistolis verò 66. 67. 84. *impositam coronam auream* à Radulpho Turonensi, & Belgicæ secundæ Episcopis, *contra* novum, privatumque Hugonis *Legati interdictum* queritur Ivo; quorum neutrum à Pontificia potestate regiæ dignitati metuendum quicquam adstruit. Sibi tamen Regem metuisse probaturus vir doctissimus imò *ipsum Regem hanc veluti amissionem coronæ agnovisse*, vel *finxisse se agnoscere insinuari* ait epistolis Ivonis 66. 67. 84, ex quibus nihil aliud exsculpas nisi (pro veteri more) *coronatum* in solennibus Curiis Regem fuisse. Addit, *Quare, vel cui bono, repetita sit hæc impositio coronæ? an ut receptæ opinioni satisfaceret, & absolutione ab Episcopo impetrata coronam amissam excommunicatione recipere videretur?* uno verbo respondeo, singula in quæstione posita negando; nam nec *recepta fuit* (nisi fortè à paucis novitatis avidis) opinio *excommunicatione regnandi jus amitti* absolutione *restitui*; nec ejusmodi somniorum aucupatoribus *satisfaciendum* fuit; nec ullam *absolutionem* ab Episcopis regni *impetravit*, quando *coronatus* est; nec tum pace Ecclesiastica caruit ab Vrbano Papa antè biennium reconciliatus: ut planè frustranea sit Clariss. viri conjectura; *sic exaudienda.*

*dienda esse Ivonis verba, fuisse Regem absolutum ab Episcopis qui coronam Regi imposuerunt; & sanè saltem solennem coronæ impositionem fuisse, vel tacitæ cujusdam absolutionis Symbolum, vel hoc voluisse Episcopos nullius esse momenti hanc excommunicationem;* rursus enim falsa omnia sunt, cum nec *absolutus* à *coronantibus* Episcopis Rex fuerit; nec *absolvi* se petierit; nec *coronatio* (quæ ad solennis moris observationem pertinebat) *tacitæ absolutionis Symbolum* vel fuerit vel esse potuerit, nisi fortè mendax reique quæ non erat *index, nec hoc nullius esse momenti Regis excommunicationem*, quæ à biennio nulla fuerat, *Episcopos voluisse* in aperto sit; At (inquies) interdicta Regis ab Hugone Legato fuerat *coronatio*. Quid tum? Ideonè communione sacra exciderat, quia vetita quomodocunque ejus *coronatio* fuerat? Cùm Regem ad novum judicium nondum vocatum palam abstinere solus non auderet Hugo, Episcopos collegas sive clam sive apertè per literas monuit tantisper dum Synodus conveniret, ne quis eorum in reatu positum consueto cultu prosequeretur; sed frustra fuit ejus conatus, singulis (si fortè Ivonem excipias) in officio perstantibus, privatoque & adversus inauditum reum clam pronunciato *interdicto* se nequaquam teneri persuasis.

Accedit ad repetitas Henrici II Anglicani coronationes, Richardique filii in ejus Capitulis tit. *de Iudæis* mentionem *primæ Regis coronæ* haberi ait, nec id difficultatem ullam patitur: Sed quod ob *controversiam de regno Angliæ inter Stephanum & Henricum cognatum adoptato tandem à Stephano Henrico* anno 1153. Novemb. 7. *sedatum*, iteratam *Henrici coronationem* conjicit, admittere non possum: Nec enim (quamdiu controversia illa duravit, sive vivo patre Gaufrido qui anno 1149. Septemb. 7. decessit, sive eo defuncto) antè Stephani obitum *coronatum*, aut à quoquam *Regem* habitum, vel dictum Henricum, constat; obiit Stephanus anno 1154. Octob. 25. eodemque mortuo *pax in Anglia summa, ob amorem & timorem*

*Ducis Henrici, quem omnes venturum & Regem futurum ſperabant. Dux igitur Henricus, 7. Idus Decembris in Angliam veniens cum magno Cleri & populi tripudio exceptus eſt, & 14. Kal. Ianuarii, die Dominica antè nativitatem Domini apud Weſtmonaſterium ab omnibus Rex acclamatus, à Theobaldo Cantuarienſi Archiepiſcopo in Regem conſecratus*; tunc igitur primùm *in Regem promotus*, & *coronatus*, anteà ſemper *Dux*, & *Rex futurus* habitus eſt, nec poſt ex neceſſitate, ad fidem *regii* (quod controverteretur) juris faciendam *coronam* ſumpſit; ſed ex veteris moris præſcripto, pro arbitrio tamen; quod Rogeri Hovedeni verba inſinuant Henricum anno 1159. *tertiò feciſſe ſe & Alienor uxorem ſuam coronari in Paſchali ſolennitate*: eam enim tertio à Gaufridi patris morte anno duxerat, biennio circiter priuſquam à Stephano Rege (ante cujus mortem regio titulo inſignitus non eſt) adoptaretur, bis verò ab anni 1154. exitu ad undeſexageſimi Paſcha (tantisperdum ſumma in Anglia pace frueretur) *coronatus* videtur. Richardi *iterum poſt liberationem coronandi* conſilium ex opinione falſa ſumptum putat, *quaſi captivitas aliquid de auctoritate regia diminuiſſet*, vel *delibaſſet*; quantumvis alia longè & Richardi & procerum coronationem ſuadentium mens fuiſſe videatur: *audito* enim ejus *infortunio in Anglia diſpoſuit coronari*, qui poſteà regnavit *Ioannes*; & anno 1194. Febr. 2. liber factus, *Dominica quæ ſanctæ Georgiæ feſtum ſecuta eſt*, id eſt Febr. 20. *ad Sandwicenſem portum appulit, in brevi adverſarios ſuos in Anglia ſubegit*, iiſque ſubactis, *in Octavis Paſchæ* (id eſt April. 17.) *coronatus eſt* Richardus; non *ad diminutæ per captivitatem regiæ auctoritatis* confeſſionem, ſed ad reportatæ de perduellibus victoriæ ſignificationem, ut *triumphalis*, non *inauguralis coronationis* pompa fuiſſe videatur. *Secundam illam coronationem ſine unctione fuiſſe* rectè Clariſſ. à Coſta obſervat; *ſed impoſitam in Eccleſia ab Archiepiſcopo vel Epiſcopo ſolenniter coronam* perperam negat, hoc argumento ductus, quod Rex nocte, quæ April. 16. ſecuta eſt, in ſancti Swithuni propè Winto-

Georgiæ Arvernicæ natale in Febr. 15. incidit.

Wintoniam prioratu transacta, *manè vestimentis regalibus indutus, coronam auream gestans in capite, processit de thalamo coronatus*; quasi verò non posteà ab Archiepiscopo pro more *coronatum*, hinc fiat. Atqui contrarium ex professo Rogerius ab Hoveden, & Matthæus Paris docent; hic enim non in sancti Swithuni æde, unde *coronatus processerat*, sed *apud Wintoniam coronatum* refert, *Huberto Archiepiscopo Cantuariensi Missam celebrante, Willielmo Rege Scotorum præsente*, adeoque *more solenni*; ut Regem qui *coronatus processerat*, coronam inter sacra *super altare* (denuo post sacra ex *Archiepiscopi manu* resumendam) posuisse necesse sit; nec aliud Rogerius vult; qui hoc ipso quod à Rege qui è sancti Swithuni prioratu ad Ecclesiam non *Metropolitanam* (qualis Wintoniensium nulla fuit,) sed *Cathedralem* processit April. 16. *Gaufrido Eboracensi Archiepiscopo, ne in crastina ad coronationem accederet cum cruce sua, ne fortè tumultus fieret inter ipsum & Cantuariensem Episcopum, mandatum* scribit: hinc enim rursus Regis (qui *coronatus* è sancti Swithuni monasterio prodierat) *coronationem* Wintoniæ more solenni peractam fuisse liquet.

Vnam etiam Ludovici pii post impiæ *exauctorationis*, Suessionibus apud sanctum Medardum, anni 833. Novembri mense, à malè affectis Præsulibus adtentatum nefas, *coronationem* agnoscit Metis anno 835. Quadragesimæ Dominica prima peractam: sed alia, consimili proximè præcedentis anni die, apud sanctum Dionysium præcesserat; tunc enim (prout Annalibus Bertinianis & Metensibus scriptum legimus) *Episcopi qui præsentes aderant, in Ecclesia sancti Dionysii Domnum Imperatorem reconciliaverunt, & regalibus vestibus armisque induerunt*, quod apertius scriptis mandavit Nithardus libro 1. *plebs* (inquit) *non modica quæ præsens aderat, & jam jamque Lothario pro patre vim inferre volebat, Rege recepto, Basilica S. Dionysii unà cum Episcopis & omni Clero confluunt, laudes Deo devotè conferunt, coronam & arma Regi suo imponunt, & ad cætera deliberaturi conten-*

*contendunt*, nec conventui Metenſi *coronationique* in eo, anno 835, factæ, plenariam Imperatoris *reſtitutionem*, auctor vitæ Ludovici tribuit; quaſi *regnandi jure* ſummaque in ſubditos à Deo collata poteſtate unquam excidiſſet; ſed quia de facto clavô regiminis (Lotharii primi, qui in partes Præſules aliquot traxerat, factione) anno 833 excuſſus, & ſub pœnitentia poſitus, in integrum ex parte, (filiorum & procerum qui in officio perſtiterant ſtudio) anno 834 reſtitutus; redeunte anno 835 ad ſanam mentem Lothario qui *ad patrem ſupplex venerat*, culpam deprecantibus Epiſcopis quibus ſceleris adminiſtris uſus idem fuerat, ac velut ſuccollantibus univerſis throno repoſitus fuerat; ut tanto certatim officia ſpondentium motu, & ſtudiorum concurſu redditum propriè non *regium faſtigium* ſummamque *poteſtatem* (quæ populorum nequaquam dona ſunt) ſed datæ cœlitus *poteſtatis* injuſtâ vi cohibitum ad tempus exercitium pateret.

Facto ad Philippi primi iteratas coronationes regreſſu, *hoc* eas *extra ordinem* & *non vulgare habuiſſe* cenſet, quod *corona ſit ſolenniter ab Epiſcopis impoſita*; cùm potius ſtatuere debuerit, quandocunque Philippi ætate *coronam* principes geſtare contigit (ſi tamen contigit) *ſolenniter ab Epiſcopis* non *impoſitam*, id extra ordinem fuiſſe: nec verius Epiſcopos ob Pontificium interdictum *Regem coronare non auſos*, & *regnum* & *regni inſignia* denegaſſe putat; *nonne* (inquit) *regnum & imperium videntur denegare, qui inſignia regni & imperii denegant? hæc enim ab imperio non poſſe ſeparari, eruditiſſ. docuit Cujacius lib. 2. obſer. c. 27. hæc inquit inſignia non ſunt ſeparanda ab imperio, qui negat inſignia & imperium negat.* Atqui neutrum *denegaſſe* verius; ad eum enim quem (ut ut abſtentum) principem fatebantur, & *regnum* & *regni inſignia* ſpectaſſe, nec dubitabant nec diffitebantur, qui ſacrum miniſterium à ſacris extorri negare cogebantur; nec vitata Regis abſtenti communio, vel *regni* vel inſignium in vitante *denegationem* inducebat; ſed functio-

functionis, cujus præstatio vitatam communionem de facto restituisset, imò pars ejus fuisset; nec is rursus *insignia ab imperio non separanda*, separat, sed *semetipsum*, qui imperantis (ad quem legitima & *regni* & *insignium* possessio contingit,) quomodocunque consortium refugit, ne quid præter officium admittere compellatur.

Falsa dehinc nonnulla admiscet quæ indicasse quodammodò refellisse sit. 1. Excommunicato Philippo primo ab Vrbano secundo, *in Francorum animis hanc opinionem adhæsisse, excommunicationem trahere diminutionem & suspensionem quandam regni id est auctoritatis regiæ.* 2. id ipsum Ivonem ob os impegisse ipsi Philippo. 3. Philippum *ut Regem publicè & solenniter sese assereret, hoc extorsisse ab Episcopis quibusdam, ut (contra interdictum) coronam sibi imponerent.* 4. Francos *excommunicationem de jure diminutionem, vel suspensionem auctoritatis regiæ existimasse.* 5. supplicibus Francorum querelis, & mandatis, *dimissa concubina morem tandem gessisse.* 6. *durante excommunicatione in publicis actis* non fuisse scriptum, *Regnante Philippo*, sed *regnante Christo.* 7. In Aquitania & in Narbonensi provincia passim receptam fuisse hanc subscriptionem *Regnante Christo*; faciliusque & apertius hanc inter Aquitanos sententiam obtinuisse, *quia habuerunt proprios Dominos, Duces*, vel Comites *parum regibus obsequentes.* 8. tempore excommunicationis, sine ulla Regis excommunicati mentione, simpliciter fuisse scriptum, *Regnante Domino Iesu Christo.* 9. Majores nostros existimasse *Regem* excommunicatum *non retinere personam Regis.* 10. subscriptionem hanc, *Christo regnante*, usurpatam fuisse, *ante consecrationem & inaugurationem* novi Regis; quia tunc erat *interregnum* quoddam. 11. Scriptum aliquando in multis publicis Actis *Regnante Christo & Regem expectante.*

Licet enim nova à Gregorii VII, temporibus in Christianum orbem perperam invecta sententia, quibusdam fucum facere potuerit; communis inter Francos nostros nunquam

fuit; eam Philippo *ob os nunquam impegit* Ivo, à Philippo nulla occurrit extorta *coronatio*, Bertrada ab eo nec *concubinæ loco* habita, nec ad *finem dimissa*; ob excommunicationem principis, aut nondum peractum *coronationis* solenne, actis nunquam adscriptum *Regnante Christo*: formulæ hujus inter Aquitanos & Narbonenses frequentior usus nunquam fuit: nunquam ob excommunicationem Philippi desiit actis nomen ejus adscribi, nunquam denique in actis *Christo Regem expectante*, sed *Regem spectante*, id est *paterno intuitu fovente, & protegente* scriptum; quod in transcursu monuisse sufficiat.

## XV. *Quo sensu regnum minui, eique ab excommunicatione periculum impendere scripserit Ivo.*

C*oronæ* ab Vrbano Papa Philippo Regi *restituendæ* nomine, non *summum* inter Francos *imperium, regnandique jus*, sed *diadema* ipsum aureum, quod interdicto suo *regio capiti imponi* vetuerat, eoque ipso quodammodo (quoad usum scilicet) *ademerat*, intelligi debere præcedenti capite manifestum fecimus; Id ipsum tituli præsentis, (quæ asserendæ *pontificum in Regum temporalia potestati* idonea Clariss. à Costa, aliisque nonnullis visa sunt) verba fateri vel invitos cogunt: Cùm enim *quod non est*, nec ulli *periculo subjacere*, nec *minui* posse constet: abstenti Philippi *regnum*, quod (Ivone teste) *minui* potuit, & *periculo* de facto *subjacuit*, excommunicationis vi nequaquam *desiisse, ablatumque* excommunicato Regi *regnandi jus* nullo modo fuisse necesse est: unde fit ut *restitui* (cùm *ablatum* non sit) nequaquam per absolutionem (contra quam fingebatur) sive *regnandi jus*, sive *regnum* potuerit. In quod nunc (ob sui Regis excommunicationem) *periculum* regnum venerit expendamus. Quo sensu Regis cum *superducta* Bertrada conjugium, *rem periculosam*, Rainaldique Rhemensis *famæ & honestati totius regni perniciosam*; episto-

epiſtolâ 13. dixerat Ivo; idipſum (epiſtolâ 15. ad regem) *animæ* ejus *magnum detrimentum, & coronæ regni ſummum periculum* ſe credere profeſſus, cavendum monuerat *ne cum diminutione terreni, regnum amitteret æternum*: & 23. ad Widonem Dapiferum, Vrbani Papæ *literas quæ jam* (niſi ipſe impedimento fuiſſet) *publicatæ eſſent, ſe (pro Regis amore) adhuc detineri feciſſe*, ſcripſerat; *quia nolebat regnum ejus (quantum ex ſe erat) adverſus eum aliqua ratione commoveri*: quanquam longè aliò ipſum ſpectaſſe ſequentia epiſtolæ 25. ad Vrbanum Papam verba docent, *literas ſanctitatis veſtræ ſecurus mei periculi, Metropolitanis & eorum ſuffraganeis ſine mora direxi; adhuc tamen tacent, tanquam canes muti non valentes latrare*, &c. *Regni* rurſus *periculum* (epiſtolâ 144. ad Paſchalem Papam) ſuo totiuſque Cleri Gallicani nomine amoliendum ſuaſit, *quantum cum ſalute ejus poteſtis condeſcendatis, & terram (quæ ejus anathemate periclitatur) ab hoc periculo eruatis.*

Nª. contradictionem *adhuc detineri feci*, & *Sine mora direxi*. Si enim *detinuit*, quomodo *ſine mora dirigere* potuit *quod detinebat*?

Eſai. 56.10.

Quorum omnium nihil ad ullam Philippi primi (prolatæ excommunicationis vi) *exauctorationem* (quæ nunquam fuit) aut dejectionem (quicquid in contrarium ſentiant pontificiæ *in temporalia poteſtatis* aſſertores) referri poteſt. Nam 1. ſi abſtentum Regem ad privatam conditionem ſive de *facto*, ſive (ex novæ opinionis hypotheſi) *de jure* redegiſſet excommunicatio; unius ipſius capiti non *regno* impendiſſet actualis deſtitutionis *periculum*. 2. ſive *regni* nomine *Franciam*, ſive *auctoritatem regiam*, doctiſſimi à Coſta exemplo interpretari placeat, ſolam *regni diminutionem* paſſus non fuiſſet, ſed terrenum & æternum amiſiſſet ex æquo; tota ſimul ac ſemel (ex novæ ſententiæ patronorum mente) Francicæ *terræ* poſſeſſione, *regnandique poteſtate* per excommunicationis ſententiam exutus Rex. 3. *terram* (quam *meliori tradi* commune *lucrum*, non *damnum* fuiſſet) excommunicati principis *anathemate periclitari* falſum fuiſſet. 4. Vni regi directè & per ſe damnoſum fuiſſet *anathema*, non *regno*, niſi fortè per accidens,

 ob mo-

Actor.9.5. ob motus à rege *adversus* anathematis *aculeos* ( ne ſeipſum deſerere videretur) *calcitrante*, excitandos.

Falſum etiam eſſe quod ( ad Ivonis epiſt. 46. ) doctiſſ. Iuretus defendere auſus eſt, Philippo *excommunicato*, à Papa Vrbano *ſecundo*, *interdictum ſimul regnum Franciæ*; evincit veterum non modò ſilentium , ſed etiam reclamatio ; Willelmus Malmesburienſis, *cùm in villa quâ manſitabat Rex nihil divini ſervitii fieret , ſed diſcedente eo tinnitus ſignorum undique concreparent , inſulſam fatuitatem cachinnis exprimebat* ; & Ordericus lib 8. *luctus publicus agebatur , & Dominicus cultus privatim exercebatur , quamdiu tranſgreſſor princeps in eadem diœceſi commorabatur*, ut *interdicta ſacra*, non *regno*, ſed *loco*, in quo Rex *commorabatur*, idque *ad tempus* tantùm fuiſſe neceſſe ſit: revera, Vrbano Papa præſente , *totam* in qua verſabatur *terram anathemate* ullo *obligatam* fuiſſe & abſurdum & falſum fuiſſet , cùm altero poſt regis excommunicationem menſe Bertholdo auctore, *Arelate Natale Domini celebrarit* ; Februarii ſequentis 11. S. Nicolai apud Andegavos Baſilicam conſecraverit , Concilium apud Turones Martio menſe habuerit , nec tum *coronationes* illæ Ivoni epiſt. 66. 67. & 64. memoratæ ( contrà quam Iuretus putavit ) peractæ ſunt : ſed anno demum 1100. poſt Vrbani ſupremam horam, Concilii Pictavenſis decreto, univerſa regi immediatè ſubdita ditio , (quam vulgo , *dominii terram* appellamus ) *ſub interdicto poſita eſt* ; quod Aimoini continuator, aliuſque antiquior Floriacenſis , ſuo more , abuſivè , ſumpta *anathematis* voce , expreſſerunt. *Dominus Papa* ( inquit ille ) *ipſum & totam ipſius terram anathematis vinculo obligavit*: hic verò , *Pictavis adunato Concilio totam Franciam pro hac re anathemati ſubdiderunt*. Sed verius & accuratius Ivo , *regis anathemate periclitari terram* dixit definitè , non *regnum* univerſum abſolutè , ſed illam *regni* partem quæ Regi immediatè ſuberat intelligens ; nec *anathemate* ( cujus juſta nulla cauſa fuiſſet ) percuſſam ſcripſit; ſed *Regis* impropriè dicto *anathemate periclitari* aſ-

ſeruit,

ſeruit, quia ejus occaſione *ſub interdicto* poſita fuerat.

Cùm igitur ab Vrbano nec *poſitum ſub interdicto regnum* fuiſſe; nec decantatum hodiernis novitatis amatoribus, de imaginaria Philippi noſtri *dejectione* ſomnium, Ivonis verbis coaptari poſſe liqueat, eruendum ex iiſdem reſtat, *ſummum* quod ex cenſura pontificia *regni coronæ periculum impendere* videbatur. Duplex *regio* faſtigio *periculum*, (idque *ſummum*) imminere judicabat Ivo, 1. ab odio & contemptu, quo ab initi cum Bertrada (mariti prioris deſertrice) conjugii, invidiam ſeverumque de eodem Romanæ Eccleſiæ judicium, apud quamplurimos laborabat: quid enim metuendum magis principibus quam cultui ac reverentiæ ab ipſis penè uberibus aſſuetorum populorum faſtidium? quid rurſus optatius turbonibus, quam Majeſtatis illius, (quam oderint & ſpreverint) calcandæ commodè reperta occaſio? quæ denique commodior procellarum avidis, *regii* freni excutiendi occaſio, quam fœdum ſub anathematis ictu pendentis, vel jam ſpiritali mucrone confoſſi principis ſpectaculum, ſi promeritas pœnas luere credatur? 2. ab æmulorum læſorumque principum aperta malevolentia, & clandeſtinis molitionibus. Hinc enim efferatus ob violatum odioſis ſponſalibus maritalem thorum, naturâ pugnax, & à morum aſperitate *Richin* dictus, Fulco, Alani Britonis ſocer, Gaufridi Martelli ad arma nati juvenis parens, annis 1093. 94. 95, dira minabatur. Inde vaſti animi princeps, ac (ut Sugerii verbis utar) *Rex ſuperbus, & impetuoſus*, Guillelmus *rufus* occurrebat; *qui ad regnum Francorum adſpirare dicebatur* Stephanumque Bleſenſium, Carnotenſium, &c. Comitem Adelæ ſororis maritum, Robertum Flandriæ Comitem conſobrinum, Berthæque olim derelictæ uterinum fratrem, & Hugonem Trecenſium Comitem Stephani germanum in partes adverſus Philippum, cujus unicam ex Bertha eâdem repudium paſſa, filiam Conſtantiam duxerat, trahere facile poterat; ſi poſt Philippi

primi præſepultique Guillelmi dormitionem, feſtinanda fuit Ludovici *groſſi* coronatio, quia *erant quidam regni perturbatores, qui ad hæc omni ſtudio vigilabant ut aut regnum in aliam perſonam transferretur, aut non mediocriter minueretur,* quanto ſollicitius cavendum fuit, ne quis ſcriptis ab Vrbano Papa adverſus Philippum eundem literis, ſecutaque excommunicatione abuſus, eo ad evertendum regni ſtatum ſpiritu duceretur, quo patrum memoria Ferdinandus Aragonum Rex Iulii 2. anathematiſmis (ceu facibus) accinctus, in avitam Regum noſtrorum hæreditatem Navarram compulſus, involavit? non certè planè de nihilo fuit, quod *detentas* à ſe Vrbani Papæ *literas* gloriatus eſt Ivo, ne iis *publicatis* Philippi *regnum adverſus eum aliqua ratione commoveretur*: Sed Dei optimi maximi miſericordia, *ne quid* Francica *reſpublica detrimenti caperet*, providit, tetramque (quam *terris* noſtris *imminentem,* horrere videbatur Ivo) *peſtem avertit*; ex literarum enim pontificiarum publicatione, bellicorum motuum & ſeditionis nihil exortum eſt; quantumvis accenſum conſimili ex cauſa antè annos plus minus 18. vicinas Germaniam Italiamque latè popularetur incendium.

Ivo Epiſt. 189.

Epiſt. 23.

Porrò *regni* (quam futuram animo præſagibat Ivo) *diminutio*; non magis ex perduellium protervia, ſeditioſiſque molitionibus, quam ex regiæ dignitatis ſenſim gliſcente contemptu, naſci potuit; ut enim (acciſis per vicinos æmulos limitibus) *coarctari*, ac *minui* regni amplitudo ſolet, concidentibus regni gloria ac viribus, & labaſcente regia auctoritate, Majeſtas paulatim deperit, prioris generis *diminutionem* præcaverunt Ludovici *Groſſi* ordinatores, ne *perturbatorum ſtudio regnum minueretur,* poſterioris culpam à ſe depulit epiſt. 28. Ivo: *nolo vos ſcandalizare, vel Regiam Majeſtatem veſtram minuere.* & 35. *pro jam dicta veritate, & Apoſtolicæ ſedis obedientia, tantam ſentio ſeveritatem, ut perjurium arguar incurriſſe, & Majeſtatem regiam minuiſſe*; eodem planè ſenſu quo Rangerius Cardinalis

Vrbani

Vrbani Legatus, nimia facilitate *quantum in se erat, Majestatem Apostolicam minuere*; & rigore suo Anselmus, Henrico Anglorum Regi *auferre coronæ suæ honorem*, dictus est. Quod perpendant velim qui ubicunque *de regni* vel *diminutione*, vel *periculo* cogitare jubentur, ad *regis* ( cujus quomodocunque *periclitatur* status) *exauctorationem* animum adjiciunt; simulac dictum cuipiam principum, damnosumque esse regiæ dignitati *anathema* audiunt; quia abstenti *regis* caput, tam subditorum, quam exterorum odio & despectui exponere, turbarumque occasio esse videtur; enascentem suapte natura ex anathemate *exauctorationem* somniant: *periclitari* enim sæpius, *anathema* nullum vel commeritos, vel passos, & *reges*, & *Regum status*, contigit; iisdem anathemate ullo dignitatem abrogari, ante Philippi primi tempora creditum nunquam; à paucis Philippo regnante extra Franciam ( ex Gregorii septimi in Henricum III, inaudito anteà ausu ) credi cœpit; Francis nec Philippi ætate, nec post persuasum est.

## XVI. *Quo merito Philippo primo ante divortium minatus sit Gregorius VII.*

CVm ille ipse Gregorius VII, qui Henrico tertio *regnum eripere tentavit, & excommunicatis fidelitate aut Sacramento constrictos à Sacramento absolvit modisque omnibus ne eis fidelitatem observarent prohibuit*, Philippo primo de *eripiendo regno* inauditas anteà minas intentarit: Vrbanusque ut sedis, sic motæ de dignitate Henrico III litis hæres, quam ex ejus disciplina hauserat doctrinam retecta fronte propagaverit, hæc ad Vapincensem Episcopum scribens, *Iuratos milites Hugoni Comiti ne ipsi ( quamdiu excommunicatus est ) serviant prohibeto, qui ( si Sacramenta prætenderint ) moneantur oportet, Deo magis servire quam hominibus; fidelitatem enim quam Christiano principi jurarunt, Deo ejusque sanctis adversanti, & eorum præcepta calcanti, nulla*

Caus. 15. qu. 6. c. 4.

Ibid. c. 4.

Actor. 4. 9. 5. 29.

*nulla cohibentur auctoritate persolvere*. quærendum 1. *an justas suo tempore Philippi abstinendi causas habuerit Gregorius septimus*. 2. an *quod adversus* Hugonem Comitem extra Francorum regnum constitutum *statuit* Vrbanus, *in Philippum sacrâ communione privatum statuendum putaverit*. 3. An promulgato adversus Philippum excommunicationis decreto, *ab observanda se fidelitate* absolutum ex Francis ullus crediderit.

Denato anno 1073. April. 20. feria 2. Alexandro Papa, eadem die suffectus Gregorius, bis Philippo primo minatus est. Cùm enim post Rodulphi Episcopi dormitionem Landricus Augustodunensis Ecclesiæ archidiaconus à Clero & populo Matisconensi electus fuisset, querentibus Clericis Philippum Regem * *electionem consensu suo factam impedire velle*, licet *per Albericum Cubicularium se ad* † *Pontificii censuram judicii, & vitam corrigere, & Ecclesias ordinare firmiter respondisset* Rex, directis nihilominus Decembris 4. ad Rodericum Cabilonensem Legatum quem *regia familiaritate uti cognoverat* mandatis, hæc eum dura & ab omni hominum memoria inaudita ipsi insinuare jussit, *aut Rex ipse repudiato turpi Simoniacæ hæresis mercimonio idoneas ad sacrum regimen personas promoveri permittet, aut Franci pro certo, nisi fidem Christianam abjicere maluerint generalis anathematis mucrone percussi, illi ulterius obtemperare recusabunt*. Quid adversus *acquiescentem* ac spontè manus dantem (quasi *linum fumigans extinguere aut calamum quassatum confringere* unquam licuerit) *excandescere*, & intentatum à Matisconensibus crimen conversionis laudibus deprecantem, minarum aculeis defigere necesse erat? non quæro an *Simoniæ* reus fuerit, quem antiquo *regalium* jure usum probabilius videri possit: fuerit (quandoquidem hac coinquinatus pice quomodocunque creditus est) inter Simoniacos quondam audacissimus, an verò ejus causa generalis anathematis mucrone Francorum gens percutienda, ac (præceptæ à Domino fidei ex officio tenax) ob summam in principem etiam malum

* Greg. 7. lib. 1. Epist. 36.
† Epist. 35.
Esai. 42. 3.

malum obſervantiam reatu obſtringenda fuerit, ut (quod olim ethnicis ipſis intolerandum fuit) *delirante rege plecterentur* populi? Sed fortè in Simoniam (ſi qua eo regnante admiſſa eſt) ſciens prudens inciderit, à familiaribus ἀπειρόκαλον (utpotè 20 tantum ætatis annum agentem) juvenem nactis, tranſverſus actus; quid autem abſurdius, quam ab errante principe alieni criminis pœnas exigere, ut *quicquid deliraverint populi Rex* ipſe etiam pœnitens *plectatur*? Nondum à Landrici Matiſconenſium electi conſecratione annus effluxerat, cùm nova ſe Gregorio flagellandi verbere linguæ Philippi obtulit occaſio, ablatâ anno 1074 quo vitæ 21 explebat, exteris aliquot mercatoribus ſive mulctæ ob violatas regni conſuetudines nomine, ſive alio, grandi pecuniæ ſumma. Emunctorum itaque præter ſpem hominum clamoribus excitatus, natura θερμότερος Gregorius, ad minas, & pœnas de Rege regnoque univerſo repoſcendas totus converſus, Septembris 10, ad Manaſſem Rhemenſem alioſque Francorum Præſules fulminantem epiſtolam dedit, quâ in regni corruptelas ſumma cum acerbitate invectus eſt. *his* (inquit) *temporibus & culmen honoris, & tota facies decoris regni collapſa videtur, cùm neglectis legibus, omnique conculcata juſtitia, quicquid fœdum, crudele, miſerandum, intolerandumque eſt, ibi & impune agitur, & adepta licentia jam in conſuetudine habetur. Ante aliquot annos poſtquam repentè inter vos regia poteſtate, nullis legibus, nulloque imperio injuriæ prohibitæ ſunt, vel punitæ; inimici inter ſe quaſi quodam communi jure gentium quiſque pro viribus conflixerunt, ad vindicandas injurias ſuas, arma copiaſque paraverunt; Quibus permotionibus etſi plerunque in patria cædes, incendia, & alia, quæ bellum fert exorta ſint, dolendumque id fuit, ſed non tantoperè admirandum.* Revera *mirandum* non *fuit*, ſub Rege puero, cujuſcumque generis turbis implicitum regnum fuiſſe: hoc poſt Henrici Nigri deceſſum ſuo malo & Italia & Germania expertæ ſunt: ſed *mirandi* juſta cauſa fuiſſet ſi Philippo & Henrico in

Bruno de bello Saxonico, ad A. D. 1074. *Philippum Latinæ Franciæ rectorem, multis pollicitationibus ſollicitat Henricus, ut antiquæ memor amicitiæ ſibi quandocunque vocatus fuerit, in auxilium veniat; Sed ille ſimiliter à ſuis accuſatus, & penè ſolio paterno depoſitus, vix ſuum honorem cui adhuc hærebat, ſe dixit retinere; nedum iſti ſuum à quo penitus ceciderat, tentaret reponere.*

S ipſo

ipſo adoleſcentiæ flore conſtitutis; & Magnatum & populorum diuturnæ licentiæ aſſuetorum compoſiti mores fuiſſent. Audiamus nunc quibus ſe tandem (creſcente ſenſim malitia) Franci ſceleribus obſtrinxerint. *Nunc* (inquit Gregorius) *omnes malitia, quaſi quodam peſtilentiæ morbo, repleti, horrenda & multum execranda facinora multoties, nemine impellente, committunt; nihil humani nihilque divini attendunt; perjuria, ſacrilegia, inceſtum perpetrare, ſeſe invicem tradere pro nihilo ducunt, & (quod nuſquam terrarum eſt) cives, propinqui, fratres etiam, alii alios propter cupiditatem capiunt, & omnia bona eorum ab illis extorquentes vitam in extrema miſeria finire faciunt. Peregrinos ad Apoſtolorum limina euntes & redeuntes (uti cuique opportunum ſit) capientes, in carceres trudunt; & acrioribus quam Paganus aliquis eos tormentis afficientes, ſæpè ab illis pluſquam habeant, pro redemptione exigunt.* Atqui nihilo meliore conditione fuit Italia continuis ferè Græcorum, Saracenorum, Normannorum, Teutonicorum armis ab ipſo millenarii exitu attrita; nec defuerunt ex Gregorio VII, cariſſimis, qui (paulò antequam ad Francos noſtros ſcriberet) *limina Apoſtolorum* petentibus manus infeſtas injicerent, Beatrix nimirum Dux ſexagenaria major, & Mathildis Comitiſſa 28. ætatis annum ſupergreſſa, *ſancti Petri filia* dicta, quæ commendatum à Gregorio ipſo Garnerium Argentinenſium Epiſcopum Roma revertentem ſub cuſtodia poſitum detinebant: *Quod vos* (inquit Gregorius libri 1. epiſtolâ 77. April. 15. data) *feciſtis in eum, quàm inhoneſtum vobis, quàm mihi verecundum, quamque B. Petro & Apoſtolicæ ſedi contumelioſum ſit, quæſo cum animis veſtris reputate; ut in quibus peregrinorum, his in partibus tutiſſima debet eſſe defenſio, inopinata pericula lateant, & noſtra qui hoc aliis Principibus prohibemus, in hac re quaſi conſentanea pro familiaritate veſtræ dilectionis voluntas arguatur; præſertim cum eundem fratrem per literas noſtras non ſine magna fiducia vobis commendaverimus. Quamobrem nobilitatem veſtram multum rogamus & admonemus, ut injurias ejus (quantum*

*pote-*

*poteſtis) demulcentes, eum omni benevolentia & manifeſta charitatis exhibitione eum abire dimittatis; & ſicut in ſupra memoratis rogavimus literis, tutum ſibi uſque ad Dominum Erlembaldum Mediolanenſem, ducatum præbeatis*; quî factum ut minax Gregorii ingenium quod Reges maximos ad nutum paratos eſſe jubebat, *rogandi, monendique* ſponte neceſſitatem ſubierit? an muliebris ſexus miſeratione flexus *ſupercilio nubem ademit?* non opinor, quandoquidem nec Matthildi Guillelmi Papienſis ſorori, nec alteri Matthildi Guillelmi VIII. Aquitanorum Ducis relictæ pepercit; ſed fortè placatiorem Beatrix & filia Matthildis expertæ ſunt, quia ab ejus partibus adverſus Henricum Regem propinquum, ſtabant; earundemque patrocinio audentior factus, quæ *ſummos montes ferirent fulgura* Regiis capitibus tremendus vibrabat. Lib. 2. epiſt. 3. 36.

Pergit ſanè in Philippum Præſuleſque commotior, *Quarum rerum Rex veſter (qui non Rex ſed tyrannus dicendus eſt) ſuadente diabolo, caput & cauſa eſt, qui omnem ætatem ſuam flagitiis & facinoribus polluit, & ſuſcepta regni gubernacula miſer & infelix inutiliter gerens, ſubjectum ſibi populum non ſolum nimis ſoluto ad ſcelera imperio relaxavit; ſed ad omnia quæ dici & agi nefas eſt, operum & ſtudiorum ſuorum exemplis incitavit. Nec ſatis viſum eſt ei in diſperſione Eccleſiarum, in adulteriis, in rapinis nefandiſſimis, in perjuriis, & in multimoda fraude, (unde ſæpius eum redarguimus) iram Dei meruiſſe: quin etiam mercatoribus qui de multis terrarum partibus ad forum quoddam in Francia nuper convenerant (quod antehac à Rege factum fuiſſe nec in fabulis refertur) more prædonis infinitam pecuniam abſtulit, & qui legum & juſtitiæ defenſor eſſe debuit, is potiſſimum deprædator extitit: nimirum id agens, ut mala ſua non jam infra terminos regni quod occupat comprehendantur; ſed ad ſuam (credo) confuſionem extendantur*, &c. *vos fratres etiam in culpa eſtis, qui dum perditiſſimis factis ejus ſacerdotali vigore non reſiſtitis, procul dubio nequitiam illius conſentiendo fovetis. Proinde (quod inviti ac gementes dicimus) multum timemus, ut non paſtorum ſed*

Ioan.10.12. *mercenariorum sententiam accipiatis, qui videntes lupum sub oculis*
Esai. 56. 11. *vestris gregem Dominicum lacerantem fugitis; dum quasi* canes non valentes latrare, *sub silentio vos absconditis*, &c. *Si vos audire noluerit, & abjecto timore Dei, contra regium decus, contra suam & populi salutem in duritia cordis sui perstiterit, Apostolicæ animadversionis gladium nequaquam eum diutius effugere posse, quasi ex ore nostro sibi notificate. Propter quod & vos Apostolica auctoritate commoniti atque constricti, matrem vestram sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam debita fide & obedientia imitamini; & ab ejus vos obsequio atque communione penitus separantes, per universam Franciam omne divinum officium publicè celebrari interdicite. Quod si nec hujusmodi districtione voluerit resipiscere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin modis omnibus regnum Franciæ de ejus occupatione (adjuvante Deo) tentemus eripere. Sanè si in hoc tanto, tamque necessario negotio tepidos vos cognoverimus; non jam amplius dubitantes quin vestra fiducia fultus incorrigibilis perduret, vos ipsos sicut socios & complices scelerum ejus Episcopali privatos officio pari vindictæ jaculo feriemus.*

Novembris sequentis Idibus, antequam minaces irarum fluctus detumuissent, Guillelmum Aquitanorum Ducem
Lib. 2. epist. 18. quantum potuit ad ultionem accendit; *Licet* (inquit) *Philippi Regis Francorum iniquitates ad notitiam tuam pervenisse dubitandum non sit; utile tamen duximus, quantum de eisdem iniquitatibus doleamus tibi innotescere. Nam inter cætera scelera quibus non solum Christianos, sed & Paganos videtur superasse principes, post Ecclesiarum quas sibi licuit confundere varias destructiones, adeò regiæ dignitatis posthabuit verecundiam, ut avaritia potius inflammante, quam ratione aliqua poscente, Italiæ negotiatores, qui ad partes vestras venerant deprædatus fuerit*, &c. *Si consiliis vestris acquieverit, nos eum quâ debemus charitate tractabimus; alioqui si in perver-*
Rom. 2. 5. *sitate studiorum suorum perduraverit, &* secundum duritiam, & impœnitens cor suum iram *Dei & sancti Petri* sibi thesaurizaverit, *nos (Deo auxiliante & nequitia sua promerente) in Romana Synodo,*

*Synodo, à corpore & communione ſanctæ Eccleſiæ ipſum & quicunque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus, & ejus quotidiè ſuper altare ſancti Petri excommunicatio confirmabitur. Diu eſt enim quòd iniquitates ſuas portavimus, diu eſt quòd ſanctæ Eccleſiæ injuriam (parcendo adoleſcentiæ ſuæ) diſſimulamus. Nunc autem adeò perverſitate morum ſuorum ſe notabilem reddidit, ut ſi tantæ valetudinis, tantæque fortitudinis eſſet quantam Pagani Imperatores ſanctis Martyribus intulerunt, nos timore aliquo tot & tantas iniquitates ſuas nullo modo impunitas dimitteremus.*

Cùm in Philippum velut *malorum caput*, non *Regem* ſed *tyrannum*, qui *omnem ætatem flagitiis & facinoribus polluiſſet*; Imò *Paganos ſceleribus ſuperaſſet*, acrius invehatur; eique *Eccleſiarum diſperſionem* & *deſtructiones varias, rapinas nefandiſſimas, adulteria, perjuria, multimodam fraudem, prædonum morem, deprædationes* exprobret; quorum omnium nulla apud coætaneos, ſive Francos, ſive exteros occurrit memoria; mirari ſubit celeberrimum ſua ætate virum, ſive *loci privilegium*, ſive gravitatis famam ſpectes tranſverſum adeò (dominante ira) actum, ut calumniarum quicquid in *Regem* adoleſcentem & inauditum maledicæ linguæ congeſſerant, pro vero venditaret, extremaque pœna vindicandum pronunciaret. Philippum ab omni omninò culpa liberare nec velim, nec neceſſe eſt, cùm *neminem ſine vitiis naſci, optimos eſſe qui minimis urgeantur*; nemini pudori futurum, ſi *humani nihil à ſe alienum profiteatur*, apud omnes conſtet. Sed ad regiæ innocentiæ patrocinium potiſſimùm facit id unum à ſcriptoribus, quotquot nunc ex veteribus ſuperſunt, in tanto principe culpari quod Bertradâ *ſuperducta* libidini ſuccumbere viſus ſit; de memoratis à Papa ſceleribus *altum* ubique *ſilere*, iniquiores verò, qui falſa de eo & incomperta ſparſerunt, hoc ipſo à criminibus immunem præſtare, quod rumuſculos aucupati levia nonnulla & per ſe innoxia vitio ipſi vertere auſi ſint; ne quis vel *mercede re-*

*demptos*, vel formidine deterritos ejusdem famæ pepercisse quis putet.

Si Sugerium nostrum sententiam rogemus post *superductam* Bertradam nonnihil labis (sui quodammodò oblitus) contraxit, nunquam tamen vel *malus*, vel (quod ante annos decem suspicabatur Gregorius) *scelerum mancipium* factus est, *in diem proficiente filio* (inquit Sugerius) *pater ejus Philippus in diem deficiebat; Neque enim post superductam Andegavensem Comitissam quicquam regia Majestate dignum agebat, sed raptæ conjugis raptus concupiscentia voluptati suæ satisfacere operam dabat: unde nec reipublicæ providebat, nec proceri & elegantis corporis sanitati plus æquo remissus parcebat. Hoc unum supererat quod timore & amore successoris filii, regni status vigebat*: non dispar Guillelmi Malmesburiensis è media Anglia judicium, *Philippus Rex Francorum, Regi nostro nec utilis, nec infestus fuit; propterea quod esset ventri magis quam negotiis deditus*, &c. *adde quod* (*ut superius dixi*) *Philippus accedente senio, libidine gravis, Comitissæque Andegavensis specie lusus, illicitis ardoribus defœneratus famulabatur*: succinit ex vicina Normannia Ordericus Vticensis Ecclesiæ monachus. lib. 8. *mollis princeps* (*comperta lasciva mulieris voluntate*) *flagitio consensit, ipsamque relicto marito Gallias expetentem cum gaudio suscepit*, &c. *Ideò dolori dentium & scabiei multisque aliis infirmitatibus & ignominiis meritò subjacuit*. lib. 10. *Philippus Rex piger & corpulentus belloque incongruus erat*. lib. 11. *Corpulentus Rex Franciæ hoc audito*, incarceratum scilicet à Guillelmo Pictaviensi, Fulconem privignum, *valdè contristatus est, puerumque de ergastulo precibus & minis eripere conatus est*, &c. *Rex crebris aculeatus punctionibus tantum nefas terrore minarum punire voluit, sed turgidus Dux ponderosum Regem parvi pendens adolescentem diutius retinuit*. an verisimile fiat Philippum ob corporeæ gravitatis molem (quam in Ludovico filio laudatissimo principe fuisse notavit Sugerius) aliaque ætatis detrimenta carpere ausos, si qua ejus crimina novissent dissimulaturos fuisse,

aut

aut Guibertum Sanctæ Mariæ de Novigento Abbatem, aculeatæ linguæ hominem, pudore suffusum (ne comperta Philippi scelera prodere videretur) ignorantiam mentitum, cùm scripsit *hujus gloriam miraculi in scropharum tactu cum Philippus pater ejus alacriter exerceret, nescio quibus incidentibus culpis amisit*; nesciebat igitur quo propriè merito majoribus impar evaserit; ut autem Bertradæ formam flagrantius deperierit, uxorius, (si quisquam alius) factus; & impinguati ac scabie afflicti corporis molestia jugi, & debilitate segnior; imò quodammodò degener, non tamen corporis (quam Sugerii exemplo deplangere oportuit, non criminari) debilitas, animi nobilitatem adeò obscuravit, ut ab avita virtute penitus descisceret; quandoquidem Ivoni & Sugerio *Rex magnificus*, Guillelmo Tyrio lib. I. c. 14. & lib. II. c. 16. *Rex illustris* & lib. 13. cap. 22. *Rex excellens*; Ivoni epist. 56. *Serenissimus* & 22. *piissimus*. Epitaphiorum scriptoribus, *Francorum summus, strenuus in bellis, regni defensor aviti; solers consilio, providus eloquio; insignis pietate, trucis coërcitor iræ; verbis jocundus, moribus & placidus*; item *virtute potens, genus altum*. Alexandro II Papæ epistolâ ad Gervasium Rhemensem *charissimus filius* dictus est: quod plus satis arguit Gregorio septimo imposuisse, qui Philippum *Dei & religionis inimicum* (qui nemini pio *charus* esse nedum *charissimus* posset) ad libitum effictis calumniis persuaserant. Infamati præter meritum principis causa ex officio suscepta; cùm eum *quicquid justitia dictaverit amplexurum*, Gregorio spem Manasses Rhemensis fecisset; obtinere tamen non potuit, ut minari desineret: *Malum inauditum* (inquit epist. 32. lib. 2. Decemb. 8. data) *scelus detestabile, quod Philippus Rex Franciæ, imò lupus rapax, tyrannus iniquus, Dei & religionis sanctæ Ecclesiæ inimicus, Italis & aliarum provinciarum mercatoribus, contrà Deum & regni sui honorem fecit, & alia quorum ad aures nostras clamores frequentissimè venerunt si (prout justitia dictaverit) correxerit, nos procul dubio lætari gratiarum actionibus*

Lib. de sanctis & eorum pignoribus.

Epist. 15. 28.

*Deum laudare, ut pro perdita & inventa ove, sciat fraternitas tua. Si verò contrà hæc ( quod nolumus ) egerit, Deum procul dubio sibi inimicum, sanctamque Romanam Ecclesiam, & nos, qui ( licet indigni ) præsidemus, viribus & modis omnibus adversari promittimus.* An quicquam Rex *correxerit*, an verò (perspecta Regis innocentia) spontè deferbuerit ira Gregorii, nemo facilè dixerit, sed mutatam sexto post anno, (ab eodem in id unum incumbente ut Manassem Episcopali throno deturbaret ) velificationem fuisse, 20. ( anno 1080. Decembris 27. data ) libri 8. epistola docet: qui enim anteà *lupus*, *tyrannus, deprædator, Dei & religionis inimicus, perditissimus* denunciatus fuerat, simulac pontificis *amicitiam cupere*, & Manassem patrocinio suo destituere visus est, *gloriosus Francorum Rex* audiit; nec posteà Gregorium adversarium sensit; qui postremâ adversus eum epistolâ à præcedentibus ( de *privandis* officio *Episcopis regnoque eripiendo*) minis, sive quod horrendum per se, suaque novitate odiosum carmen Francis ingratissimum nosset, sive quod indefinitâ *modis omnibus adversandi promissione* comprehendi posse sciret, consultò & prudenter abstinuit; quandoquidem *expressa nocere, non expressa non nocere* ab antiquo certissimum est.

Confessa nunc (quæcunque Philippo impacta sunt) crimina fuisse animi gratia fingamus; an *lupi rapacis* instar, indeclinabili odio persequendus fuit, qui (si *lupina* indole fuit) adhuc inter catulos erat; vix annos 21 natus? *Septennem* certè Philippum anno Christi 1059. Maji 23. *in Pentecoste Indictione* 12. coronatum fide dignissimis monumentis proditum est, nec abludit sancti Dionysii monasterio à Guillelmo Guitardo Guarini filio data in hæc verba desinens charta, *publicè in monasterio sancti Dionysii anno ab incarnatione Domini* 1074. *regente eodem monasterio Gualterio tertio atque in Francia rege Philippo regnante, intrà adolescentiæ annos*, imò nec ipse Gregorius diversus abit, libri 2. epist. 5. hæc de Rege scribens, *relictis juventutis*

Tom.2.Script. Franc. hist. p. 153. 62.

*tutis suæ moribus attritam regni sui dignitatem & gloriam tenendo justitiam reparare incipiat*, epist. 18. *diu est quod sanctæ Ecclesiæ injuriam (parcendo adolescentiæ suæ) dissimulavimus* lib. 8. epist. 20. A. D. 1080. Decemb. 27. datâ; *nos adolescentiæ tuæ præterita delicta, spe correctionis tuæ portantes*, &c. *jam ætate vir factus, in hac re procura, ut non frustra tuæ juventutis culpis pepercisse videamur.* An eum qui anno circiter 1070. *charissimus* Alexandri Papæ (velut *intaminatis honoribus fulgens*) *filius* audierat, antequam malorum omnium experimenta capere licuisset, *repentè turpissimum* evasisse dixerimus? utque *in limo profundi* penitus *immersum* (velut alterum ex Euangelio *prodigum*) periisse, ac θηρίον ἀνθρωπόμορφον factum fuisse demus, an non *Christi servorum servum* quem præ cæteris ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας ἐν πραότητι παιδεύοντα (ex Apostoli præscripto) esse oportuit, atrociora (quæ peccatorum potentium animos efferare solent) verba procul amandare, ac sententiæ Paulinæ de inobedientibus (ne *modum excedere medicina* videretur) meminisse decuit, *Nolite quasi inimicum existimare, sed corripere ut fratrem*? Quanto satius fuit Ottonis Magni de Ioanne XII Papa (quem *his omnibus quæ Dei sunt adversari*, querebantur Romani) meliora spondentis imitatione, & dicere & sentire, *Puer est, facilè bonorum mutabitur exemplo virorum, spero eum objurgatione honesta, suasione liberali, facilè ex illis sese emersurum malis*, &c. *paterna abdicatione Dominum Papam conveniamus, si non voluntate, verecundiâ saltem in virum perfectum sese mutabit; sicque forsitan devictus, benè consuescere studebit, his desuescere*: quàm æquè *puerum* principem, qui per literas & Legatos se *B. Petro Apostolorum principi devotè ac decenter velle obedire*; & *in his quæ ad Ecclesiasticam religionem pertinent*, *Cleri* monita *desideranter audire atque perficere*, jam significaverat; Imò Ioannis æmulatione mandare poterat, *haud mirum esse si hactenus juventutis devictus igne quid puerile gesserit*; asperioribus verbis lancinare, ac publicæ (velut conclamatum) detestationi objicere, ac si paternam

Psal. 68. 3.
Luc. 15.
2 Tim. 2. 24.
2 Thess. 3. 15.
Luitprand. lib. 6. 2. 6.
Greg. 7. lib. 1. epist. 78.

* Ephef. 6. 3. ternam στοργὴν expungere, ſpiritales liberos * παροργίζειν, Κυριότητος † καταφρονεῖν, δόξας βλασφημεῖν Eccleſiæ rectorum quiſquam ſine noxa uſquam potuerit?

† 2 Petri 2. 5.

Alius in Gregorii verbis (qui propemodum *Herculeus* videri poſſit) *nodus* extat: proteſtatur is, *diu ſe Regis iniquitates portaviſſe, Eccleſiarum injuriam diſſimulaviſſe, de Eccleſiarum diſperſione, adulteriis, rapinis, nefandiſſimis perjuriis, multimodâ fraude* (quæ alius nemo objecit) ſæpè regem *adoleſcentem* redarguiſſe; cùm tamen unicam corripiendi Regis, qui Matiſconenſium electo minus propitius erat occaſionem nactus videatur. An *ſæpè redarguiſſe* dici debuit qui *ſemel?* ſi *ſemel* correptum à Papa Regem, ſed qui *ſæpè* iram Dei meruerit, idque unum his Gregorium verbis innuiſſe dixerimus, *ſæpè cum redarguimus iram Dei meruiſſe*; aliundè nova difficultas exorietur, quærentibus quàm verè qui vix per ſeſquiannum pontificatum tenuerat, nec ante affectum annum de Rege queſtus erat, decimo poſt menſe *diu ſe iniquitates ejuſdem portaſſe* ſcribere potuerit; nam *diu* factum dici non admodum meretur, quod ad paucos menſes adeoque *non diu* duravit: Sed hæc fortè exaggerandi animo, nec ad vivum reſecanda (per ſe commotior & ab aliis incitatus) ſcripſerit Gregorius: Id verò unicè notandum reſtat, quocunque animo Regi *dicam* ſcripſerit, quaſcunque in eundem ut *perditiſſimum* invehendi cauſas habuerit; *novum, inauditum,* ipſoque jure *nullum* fuiſſe, quod *eripiendum* quomodocunque affecto Regi *regnum,* & *ſequeſtrandos quicunque ipſi regalem honorem vel obedientiam exhiberent,* ſtatuere (adverſus Nicolai II. deceſſoris exemplum recens) auſus ſit; Cùm enim anno 1059. Henricum Philippi patrem adverſarium in Matiſconenſis electi cauſa paſſus, nihil ultrà preces conandum putaret, hæc cedro digniſſima, quæque Gregorii VII. paulò poſt ſecuturis molitionibus omnem omninò aditum obſtruere debuerant ad Gervaſium Rhemenſem verba ſcripſit; *Agat glorioſus Rex ut libet contrà*

Tom. 4. ſcript. Franc. p. 398.

*nos,*

*nos, quia nos pro illo ejusque exercitu Deum semper precari parati sumus.* Revera ad Gregorium usque septimum inter Christianos repertus fuerat nemo, qui Christi quibuscunque Legatis *transferendorum temporalium regnorum potestatem* adscriberet, nec quicquam antiquæ Ecclesiarum sententiæ adversum magis animo concipi potuit; illa enim (ab anno plus minus 400. tyrannorum pessimi Herodis occasione) uno velut ore inter Latinos de Christo optimo maximo cecinit: *non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia:* Gregorius verò de Philippo Rege (cui Herodianum nihil adscribi jure unquam potuit) stylo ferreo, nec anteà unquam usitato scripsit, *modis omnibus regnum Franciæ ab ejus occupatione tentabimus eripere*, ut quod Christum ipsummet facere & fieri ab aliis noluisse senserant hactenus omnes, Gregorius idem primus aggressus sit. Prudent. hymno 12.

Quo is Henricum Teutonum Regem impetu anno 1076 adortus est; eodem jam debilitatum Vrbanus II & Paschalis II in præceps facilè impulerunt; cùm enim novam de Romanæ sedis in temporalia omnia qualicunque imperio sententiam, quam propulsandæ injuriæ vehemens desiderium Gregorio VII expresserat, conjuratorum Saxonum, Suevorum, Longobardorum defectiones, in Italia, Germania, Burgundicoque regno (quod Germanici appendix tunc quædam fuit) probabilem fecissent; tunc maximè verum apparuit *nihil* esse *quod credere de se non possit, cum laudatur Diis æqua potestas*: simulac in Henrici principis perniciem armata factio, irreconciliabili odio suadente, solio reges à Romano Papa deturbari posse sibi persuasum finxit; usurpatam primùm à Gregorio septimo potestatem (ubicunque per populares motus licuit) audentius sibi reliqui pontifices arrogarunt: Hinc factum, ut ἀδέως, ac planè eventûs securus, mandato ad Vapincensem Burgundicæ ditionis, quam nova sententia pervaserat, Episcopum directo, *Hugoni Comiti excommunicato servire & fidelitatem persolvere milites prohibuerit* Vrba-

nus Papa; nihil (quod ſciamus) adverſus Philippi Regis (ut ut excommunicati) Majeſtatem apertè molitus: Cùm ſe origine Francum, Francorum mores nulla falſa opinione depravatos, aut defectione efferatos, à Philippo (cujus potiſſimùm adverſus Henricum Imperatorem patrocinio fovebatur) nullum ſibi periculum impendere meminiſſet, nec aliud quàm ſimplex *abſtentionis à ſacris* decretum in eum edere auderet.

Ignorare certè nequaquam poterat, quod paulò poſt palam notavit Apologiæ pro Henrico III ſcriptor anonymus, totâ Germaniâ & Italiâ nulli niſi qui factioni nomen dediſſet Gregorii VII molimen placuiſſe; quem fœderatorum *ſurreptione deluſum & honore creandi Regis, quem ſibi fallaciter obtulerant, impulſum, banno Regem innodaſſe; omnes qui fidem ei juraverant, à juramento abſolviſſe; cæteris factum multum diſplicuiſſe qui tam inefficaciter quam illicitè factum* aſſerebant conſtabat; Id enim ne falſum ſuſpicemur, Lambertus vetat; qui Italos omnes poſtquam Henricum anno 1077. colla Gregorio ſubmiſiſſe audierunt, *fremuiſſe, eum ſecus ac decuiſſet egiſſe, crimen gloriæ ſuæ intuliſſe nunquam abolendum, fœdiſſimâ ſubjectione ſuâ fidem planè Catholicam, auctoritatem Eccleſiæ, dignitatem reip. prodidiſſe*, tantumque ei *odium brevi conflaviſſe* monet, ut ad reſumendos animos ipſum coëgerint: vetat 2 è Francis noſtris, anonymus Francicæ hiſtoriæ ſcriptor in annum 1110 deſinens. *Defuncto* (inquit) *Alexandro Papa, loco ejus ſucceſſit Hildebrandus, qui & Gregorius. Hic magna Synodo Romæ congregata Ainricum Imperatorem de quibuſdam criminalibus ad ſe delatis accuſabat. Imperator audiens ſe criminari, legitimam purgationem offert; Papa autem purgationem ejus negat ſe recepturum, ſed eum (cum imperio dignus non ſit) anathemate feriendum, niſi coronam imperii deponeret. Quo nolente imperium deponere; contrà * voluntatem totius penè Concilii, eum excommunicavit. Quæ res totum Eccleſiæ ſtatum turbavit. Exigebat quoque idem Papa ab eo dimitti dominationem omnium ſui imperii Eccleſiarum, ne cui baculum paſtoralem*

Tom. 4. p. 89.

* Falſò itaque ſcripſit Bruno *de bello Saxonico* in propria cauſa non audiendus, *omnium conſilio & conſenſu Henricum Synodali judicio damnatum*: & Domnizo lib. 1. c. 19. *omnibus excelsè dignum eſſe clamaviſſe, privari regno Regem.*

*ralem donaret, juxtà quod in antiquorum ſtatutis continetur Patrum. Quod ille facere renuit. Hæc fuit juſtior cauſa iſtius anathematis. Imperatore igitur Eccleſiæ communione privato, Papa Gregorius quendam Rodulfum genere Saxonem* pro eo regnare conſtituit. Hìc à Ducibus ejuſdem Imperatoris qui ad bellum eum laceſſierant interfectus eſt. Poſt hæc Imperator Legatos Papæ dirigit, iterum atque iterum ſatisfactionem ſuper ſuis accuſationibus offert; Papâ verò in ſua perſeverante ſententia, Romam cum magna armatorum manu tendit, eamque per aliquod tempus obſidet; Quâ tandem receptâ, Guilbertum Ravennatem Epiſcopum pro Gregorio Papam conſtituit, qui mutato nomine dictus eſt Clemens; Gregorius verò in Apuliam aufugit, in qua quamdiu ſupervixit commoratus eſt.* Hactenus coætaneus ille è Floriacenſi cœnobio monachus, cui anni 1108. *tempore Paſchali cum eſſet ſuper fluvium Garumnā in loco qui dicitur† Scyrs,* ſol triplex conſpectus eſt; cum autem ex ejus minimè gratiæ ſuſpecti relatione tria hæc habeamus; 1 Henricum Imperatorem *ſæpius accuſatum legitimam ſemper purgationem & ſatisfactionem,* nunquam à Papa admiſſam, *obtuliſſe.* 2. à Papa *contra totius penè Concilii voluntatem excommunicatum* fuiſſe. 3. *excommunicatione illa totum Eccleſiæ ſtatum turbatum* fuiſſe; Francis noſtris (quorum Monachus ille communem ſententiam refert) Henrici excommunicationem adnexamque exauctorationem nequaquam placuiſſe neceſſe eſt. Vetant 3. belli ſacri ſcriptores qui Henricum (ut ut anathemate percuſſum) *Imperatorem* agnoverunt. Imò (quod in ſe fuit) prædicaverunt: Anonymus & Fulcherius, *Anno Dominicæ incarnationis* 1095. *regnante in Alamannia Ainrico Imperatore*, &c. Albertus Aquenſis lib. 1. c. 7. *Anno Dominicæ incarnationis* 1095. *Indict.* 4. *Henrico* IV, *Rege ac* 3. *Imperatore, anno regni ejus* 43. *Imperii verò* 13. Gilo Pariſienſis lib. 1. *Anno milleno ſexto, decieſque noveno, à Patris Verbo velamine carnis amicto, Cum Rex eximius Francorum ſceptra Philippus ferret, & Henricus regeret Lotharingica quartus.* Guibertus Abbas lib. 3. c. 2. *urbe expulit*, Robertus

* Fortè majores Saxones fuerunt, ſed ipſe inter Suevos natus eſt & Saxonum factioni ſe poſteà addixit.

† Hodie *la Reole.*

Wiſcardus, eum *quem Ligures Regem Roma, Alemannus habet, Henricum videlicet Auguſtum, virum utique innumeris imò ferè jugibus victoriis fortunatum* Guillelmus Tyrius lib.1. c.13. *per annos aliquot Henricus Teutonicorum Rex & idem Romanorum Imperator à Domino Gregorio Papa, hujus Vrbani prædeceſſore, paſſus fuerat quæſtiones* cap.14. *Anno ab incarnatione Domini* 1095. *Indict.*4: *regnante Domino Henrico* IV, *Teutonicorum Rege & eodem Romanorum Imperatore, anno regni ejus* 43. *Imperii verò* 12. lib.8. c.24. *capta eſt prædicta civitas Hieruſalem anno ab incarn. Domini* 1099. *menſe Iulio decima quinta die menſis feria* 6. &c. *præſidente ſanctæ Romanæ Eccleſiæ D.Vrbano Papa* II, *Romanorum verò Imperium adminiſtrante D. Henrico* IV, lib. 9. c. 8. *à Domino Imp. Henrico defecerat Saxonum populus*, &c. *hac injuriâ* Radulfi *permotus Imperator*, &c. *Dux Godefridus cum Aquila præcedens Imperatorem verſus aciem cui præerat pſeudorex Radulfus*, &c. Si Henricus (qui poſt iteratam exauctorationem à Guiberto Ravennate Gregorio ſeptimo ſuffecto coronam Imperialem anno 1084. ſumpſerat, anno 1095. *Rex & Imperator* fuit; ſi *quæſtiones à Papa, injuriam à Radulfo paſſus eſt*; ſi denique Radulfus à Gregorio VII. *Rex* ſalutatus, & *corona* donatus, *Pſeudorex* habitus eſt; quis exauctorationis à Gregorio VII, & ſucceſſoribus attentatum molimen, ipſo jure *nullum* ſi Willelmum audiamus, fuiſſe non videt?

Vetant 4 vibrata toties in Henrici caput anathemata; Si enim ei (poſt impetratam anno 1077. abſolutionem) anno 1080. Mart. 7. *regnum Teutonicorum & Italiæ iterum interdicens, omnem poteſtatem & dignitatem regiam* abſtulerat Gregorius; quid rurſus A. D. 1081. in Quadrageſimæ ipſius initio, A.D. 1083. Iunii 24. A. D. 1084. menſe circiter Aprili à Gregorio VII. A. D. 1089. April.18. ab Vrbano II. A. D. 1102. April. 3. *in Cœna Domini*; à Paſchali II. anathemate nominatim percelli, (quaſi cum larva irrito conamine luctari, aut jamdudum exangue imò elatum cadaver confodere liberet) neceſſe

necesse erat? Sed nulli à partibus alieno *sanctorum Patrum traditionem* (quam *soli Deo judicandum Regem* docuisse A. D. 1080. non frustra jactabat Henricus) deserere, fas adhuc creditum fuerat; tantaque deinceps Teutonum adversus novam sententiam concordia fuit, ut anno 1089. vix 5. Præsulum capita nimirum Wirceburgensis, Pataviensis, Wormaciensis, Constantiensis, & Metensis pro Vrbano adversus excommunicatum principem stare dignarentur.

Vetat 5. Desiderii Cassinensium Abbatis (quem successorem & optavit, & habuit Gregorius VII,) ingenua & factis confirmata professio: nam 1. Henrici iterato anathemate perculsi epistolis accersitus, anno 1083. (tantisperdum Romæ obsidionem pateretur Gregorius) pro salutatione *debitum fidelitatis obsequium*, in fronte epistolæ scripsit. 2. oranti Henrico *ut de acquirenda Imperii corona ipse sibi fautor existeret*; *facturum se pro viribus promisit*; 3. *Accepto ab Imperatore præcepto aureâ bullâ munito, de possessione totius monasterii (petitâ remeandi licentiâ) ad filios suos tandem atque ad monasterium rediit.* Atqui ex novæ sententiæ propugnatorum hypothesi, nullum *obsequii debitum* agnoscere tenebatur, *omni juramenti vinculo solutus*; nullum spondere *fidelitatis obsequium*, vetante Papa, jure poterat; abdicato operam addicere piaculum erat; ab eo *præcepta de monasterii possessione* vel poscere, vel *accipere* nefas; imò merum ludibrium videbatur; quid enim præcipere *præcipiendi jure* carens, aut præstare omnimodâ præstandi potestate exutus Rex poterat? Cùm igitur eum pro dignitate constanter coluerit, ad *debiti* principibus *obsequii* præstationem fidem obligaverit, ab eo *privilegium impetrandum* putaverit; exauctorationem à Gregorio septimo, *cui cuncta literis suis significavit, quid sibi esset agendum ut moneret orans*, factam (ipsomet Gregorio vel judicante, vel consulentis judicium confirmante) nullam censuit. Nec sententiam posteà ad pontificatum assumptus mutavit; anni enim 1087. mense Augusto coram

Sigon. de regno Italiæ parte 2. lib. 9. p. 228. à Gregorio VII *monasterium jussus est* Desiderius *ex manu sua* Henrici nomine *suscipere.*

Bene-

Beneventana Synodo ne verbulum quo *Imperatoris* ante ſeptennium à prædeceſſore depoſiti famam vel dignitatem læderet, ſibi elabi paſſus; totam in Guibertum Antipapam, quem ſolum nominatim *anathematis vinculo innodavit*, bilem effudit, commotumque ab eo adverſus Gregorium Romanum Imperium, & *coacto Imperatoris* * *exercitu Apoſtolicæ ſedis invaſorem effectum eum* fuiſſe queſtus eſt; ut Henricum *Imperatorem* (non obſtante Gregoriano anathemate contra quàm novæ ſententiæ aſſertores putant) & re & nomine fuiſſe neceſſe ſit.

Hinc corrigendus Bertholdus videtur, qui A. D. 1087. Auguſti 1 *in colloquio propè Nemetenſem urbem coacto*, recitatas Victoris tertii literas refert, *in quibus Gregorii VII judicium ſuper Henricum & fautores confirmabat.*

* Id ipſum ſuis verbis lib 9. p. 230. expreſſit Sigonius, *Henricum* inquit *Cæſarem adverſus eum commoverit.*

Vetat 6. Ottonis Bambergenſis Paſchali II. qui paucis ante diebus novo Henricum *anathemati tradiderat*, probatum factum; cùm enim *voviſſet nunquam ſe in Epiſcopatu manſurum, niſi & conſecrationem & inveſtituram à* Papæ *manu ſuſcipere mereretur*, hæc anno 1102. ad eum ſcripſit: *In obſequio Domini Imperatoris per aliquot annos degens, & gratiam in ejus oculis inveniens, ſuſpectam habens in manu Regis inveſtituram, ſemel & iterum (cum dare vellet) renui Epiſcopatum; nunc verò jam tertiò, in Bambergenſi Epiſcopatu me ordinavit. In quo tamen minimè permanebo, niſi veſtræ complaceat ſanctitati, per vos me inveſtire & conſecrare.* Henrici ab anno 1080. extra Romanæ Eccleſiæ communionem poſiti, imò (ſi Gregorii VII, judicio ſtare lubeat) *exregis* partes conſtanter ſecutus, Paſchalis pontificis non modò gratiâ excidiſſe, ſed patientiam tentare, perpetui in excommunicatum cultus profeſſione videri poterat; neutrum tamen evenit: Nam Paſchalis *viſis* Ottonis *literis, gaviſus*, eumque *dilecti fratris* titulo dignatus, *de* ſua *benevolentia dubitare* vetuit; quantumvis *regiam inveſtituram* abjurare contentus, abſtentum principem ſolito (velut *Dominum ſuum* & *Imperatorem*) cultu proſequeretur; nec ob præſtitum eidem *per annos aliquot obſequium*, ullo ſe reatu teneri fateretur. Si Henricus Gregorii VII judicio à *regia dignitate abjectus*, cenſeri debuit; quomodo Ottonis (cum bona Paſchalis gratia) *Dominus* &

*Impe-*

*Imperator* audiit ? Si Gregorio *ut nullus Christianorum ei sicut Regi obediret, interdicenti*, parere necesse fuit; quî factum ut violati interdicti (continuato *per annos aliquot* obsequio) reus, insons habitus sit?

Vetat 7. Sugerius Abbas, qui commune Francorum nostrorum de Henrico V, ejusque consultoribus judicium, memoriæ prodidit: *Henricus* (inquit) *imperator vir affectus paterni, & totius humanitatis expers, genitorem Henricum crudelissimè persecutus, exhæredavit; & (ut ferebatur) nequissima captione tenens, inimicorum verberibus & injuriis, ut insignia regalia, (videlicet, coronam sceptrum & lanceam S. Mauritii) redderet, nec aliquid in toto regno proprium retineret, impiissimè coëgit.* Si *exauctoratus*, à Gregorio VII, ad privatam vitam redactus Henricus senior fuerat, nec à filio (qui nihil nisi ex Legati Romani Clerique Teutonici præscripto egit) *exhæredatus*, sed ab alieni violenta usurpatione depulsus, dici debuit; nec *proprium in regno quicquam*, jure qui nihil habebat, *retinere* potuit; nec *ad reddenda regni* ad se non pertinentia *insignia coactus*, injuriam passus est; nec filius patri (jubente Papa) manus injiciens in culpa fuit; nec in eum jure Sugerius invectus est. Si verò *patrem crudelissimè* & *persecutus* est, & *exhæredavit*; Si *nequissima captione tenuit*; Si *impiissimè ad reddenda regni insignia coëgit*: nec regia dignitate excidit, nec jure *exauctoratus* est pater, nec insontes haberi possunt qui filium regni cupidine illectum adversus eum quomodocunque armaverunt; Nec falsò Sigebertus *Henrici Imperatoris filium contra jus naturæ, & fas legum, in patrem insurrexisse* scripsit.

Henrici certè filii (quanta quanta fuit) duritiam suam Clerus Germanicus fecit, *Leodiensi Episcopo cum Coëpiscopantibus in communionem pœnitentiæ recepto hac conditione, quod* Henrici patris cadaver *per se pridiè in monasterio tumulatum effoderet, & absque ulla sepultura vel exequiarum communione in loco non consecrato deponeret*: id verò ex Papæ sententia, *Archiepiscopos &* Vrsperg.

V *Episco-*

*Lib.4. c.38. *Episcopos qui aderant comprobavisse*, Petrus Diac. * expresse docuit; *postulanti Imperatori ut patris sui corpus in Ecclesia sepeliri permitteret, sanctarum Scripturarum his obsistere auctoritatem* Paschalem anno 1110. respondisse memorans.

Vetat denique ille ipse qui sibi primus destituendorum Regum potestatem arrogavit Gregorius VII. Cum enim Lambert. Saxonum (qui anno 1057. Henrico Regi, *dum adhuc ætas* vix ultra quinquennium progressa *opportuna injuriæ esset, regnum eripere pulchrum* putare cœperant) continuis anno 1075. clamoribus irritatus, Legatos qui accusato diem ad Februarii sequentis secundam dicerent, eique prævertendæ quomodocunque injuriæ necessitatem afferrent, misisset primus; Bruno de bello Saxonico. quamprimum Wormatiensis conventus decreto *omne sibi Papatus jus abrenunciatum* rescivit, par pari referre (*totius regni gubernacula contradicendo, Christianosque omnes à juramenti vinculo absolvendo*) conatus; *ne regem magis injuriæ suæ dolore, quam justitiæ zelo, excommunicasse putaretur* editis subinde apologiis, invidiosi apud omnes facti crimen vituperationemque amoliri coactus est; *Audivimus* (inquit data ad suæ partis Teutonicos epistolâ) *quosdam inter vos de excommunicatione quam in Regem fecimus, dubitare ac quærere utrum juste excommunicatus sit*, &c. *eorum opinioni satisfacimus, qui putant nos spiritualem gladium temerè & magis motu animi nostri, quam divino metu, & justitiæ zelo arripuisse*; & epistolâ 3. libri 7. *Pervenit ad nos quod quidam ex vobis de me dubitant, tanquam in instanti modo necessitate, usus sim seculari levitate*, &c. *Quotquot Latini sunt omnes causam Henrici, præter admodum paucos, laudant, ac defendunt; & pernimiæ duritiæ ac impietatis circà eum me redarguunt.* Si perditæ vitæ principibus omnem Ecclesiastico decreto potestatem abrogari posse constabat; quî factum ut ad Gregorii VII. in Henricum molimen stuperent ferè omnes; Hermannumque Metensem inter factionis primipilos in acie stantem, ignorantiam suam profiteri necesse esset? *postulasti* (inquit ad Her-

Hermannum lib. 8. epist. 21. Gregorius) *te quasi scriptis juvari, ac præmuniri, contra illorum insaniam qui nefando ore garriunt auctoritatem sanctæ Apostolicæ sedis non potuisse Regem Henricum*, &c. *excommunicare; nec quenquam à Sacramento fidelitatis ejus absolvere.* An verò *præmunivit*? Imò in ipso conatu fractus à lineis excessit, causamque per se deploratam nullo tibicine fulciri posse docuit; obstrictos sceleribus principes supremos à sacra communione arcere licuisse, confirmare necesse non erat; quandoquidem nondum natus fuerat qui negaret: aliud planè anno 1076. in quæstionem veniebat, quod anteà nemo vel mente conceperat; nempè abstinendis suo merito principibus, *regiam potestatem* excommunicatione *tollere*, & subditos à fidelitatis Sacramento *absolvere* cuiquam mortalium fas esse. Vtrumque Christiano orbi obtrudere ausus Gregorius, idonea probatione caruit; Promissas Petro à Domino *claves* Matth. 16. 19. frustra jactat, quæ *regni* non terreni (quod sæpè pessimos jure gentium contingit) sed *cœlestis* (quod sanctos qua sancti sunt, non qua in seculo potentes spectat) fuerunt.

*Sacerdotibus rectè divina tractantibus fidelium convenire colla submitti*, licet scripserit * Gelasius; hinc tamen non fit, quotquot ex sacerdotibus ullam sibi (qua sacerdotes sunt) in temporalia potestatem arrogant, *divina* quomodocunque *tractare*, vel eo nomine à *fidelibus* venerandos esse: cum enim temporalia, *divina* aut *cœlestia*, dici nequaquam mereantur, sed *humana* & *terrena*; quisquis ea quomodocunque *tractanda* suscipit, *divina* propriè tractare censendus non est, sed (sub Deo) sua. Iulio Papæ ad Orientales infelici ausu supposita, quam Gregorius VII laudat, epistola, & falsum (si ad severioris examinis leges exigatur phrasis) docet, *Romanam* scilicet Ecclesiam *aperire & claudere regni cœlestis januam quibus voluerit*; cum nec ipse (cujus sibi privilegium vendicat) Petrus *quibuscunque voluit* absolutè, sed iis solis quibus ex officio velle tenebatur, *aperuisse* aut *clausisse* dicendus sit; & ἀπροσδιόνυσος

* Epist. 8.

planè eſt; cum nemo *ἀνακόλουθον* non videat *aperit & claudit januam regni cœleſtis*: Ergo *regiam dignitatem exoſis quibuſcunque* (quod Gregorius volebat) *tollere* & *ſumma papavera* quandocunque libuerit *demetere* poteſt; nec (ſi Gregorii ſeptimi exemplo, *cui aperiendi & claudendi cœli data eſt poteſtas, de terra judicare licere* pronunciandum putemus) laudato à Gregorio

De vinculo anathem. ipſomet loco ſinat Gelaſius; *duo* eſſe *quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritatem ſacram pontificum, & regalem poteſtatem*, &c. *quantum ad ordinem pertinet publicæ diſciplinæ, ejus cui imperium ſuperna diſpoſitione collatum cognoſcunt legibus, ipſos quoque parere religionis antiſtites*, &c. *cum ad verum ventum eſt, eundem regem atque pontificem, ultra ſibi nec Imperatorem pontificis nomen impoſuiſſe, nec pontificem regale faſtigium vindicaviſſe*, &c. *Chriſtum memorem fragilitatis humanæ, quod ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica temperantem; ſic actionibus propriis, dignitatibuſque diſtinctis officia poteſtatis diſcreviſſe*, &c. *ut & Chriſtiani Impp. pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro temporalium curſu rerum Imperialibus diſpoſitionibus uterentur; quatenus ſpiritalis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & ideò* militans

2. Tim. 2. 4. Deo minimè ſe negotiis ſæcularibus *implicaret*, ſcribens. Apoſtoli 1 Cor. 6. 3. loco *neſcitis quod Angelos judicabimus? quanto magis ſecularia?* manifeſtè abuſus Gregorius, eum in alieniſſimum ſenſum detorquere cogitur; propriam enim nullam ſacerdotum (quà ſacerdotes ſunt) in *temporalia* & *βιωτικὰ* poteſtatem inſinuare, ſed communem fidelium omnium (quibus in fratrum controverſiis arbitrium deferre licet) prærogativam aſſerere Paulo cum propoſitum fuerit; ſi quotquot *Angelos* apoſtatas in ſeculi fine damnaturi ſunt, de *regibus* judicium ferant, non modo ſacerdotum, ſed privatorum quorumcunque (ſi modo nomen inter pios profiteantur) fuerit de *regiis* Capitibus pronunciare, quo quid abſurdius fingi poteſt?

Gregorius Magnus anno 602. menſe Novembri Regum noſtro-

nostrorum rogatu xenodochii Augustodunensis cujuscunque sortis violatoribus (eorum omnium qui consecrationum formulas etiam inter infideles scripserunt exemplo) imprecatus, ad Senatorem Abbatem in hæc verba scripserat: *Si quis Regum sacerdotum*, &c. *contra venire tentaverit potestatis honorisque sui dignitate careat*: quæ veterum, (imò seculi sui) morem dissimulans, depositionis (de qua ne cogitaverat Gregorius primus) * anno sive 1076. sive 1081. decretum interpretatur Gregorius septimus. Sed ejus hallucinationem similia imprecationum exempla refellunt. Sancta Radegundis

Vide Herodis Attici consecr.

* Æquè falsò lib.4. epist.23. scripsit B. *Gregorium doctorem sanctum & humillimum decrevisse Reges à suis dignitatibus cadere, si temerario ausu præsumerent contrà sedis Apostolicæ jussa venire.*

anno 567. ad finem epistolæ à Gregorio Turonensi descri- 1.
ptæ. *Si Regum aliquis*, &c. *Agneti Abbatissæ molestias aliquas inferre tentaverit*, &c. *Beatos Confessores Hilarium & Martinum*, &c. *habeat contradictores & persecutores*, &c. Concil. 8. 2.
Toletanum anno 653. Decemb. 16. cap. 10. *quicunque detractor, & non potius venerator, decreti ejusdem atque legis, esse maluerit, sive religiosus ille, sive sit laïcus, non solum Ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum & sui ordinis dignitate privetur.* Testamenti B. Renugio suppositi sive primus auctor, sive inter- 3.
polator: *Si quando genus illud regium*, &c. *Ecclesiarum Dei pervasor*, &c. *existere voluerit*, &c. * *fiant dies ejus pauci, & principatum ejus accipiat alter*, &c. Concilium Parisiis anno 847. 4.
Febr. 14. Indict. 10. Congregatum *maledictiones illas quæ in* † Iudam *prolatæ sunt, excipiat* monasterii Corbeiensis violator, *utpotè invasor gregis Christi, & necator pauperum. Prætereà si filii nostri Domini rerum, eis qui hæc nunc fortè machinantur, aut quandoque tentabunt, adspiraverint, semel & secundò, tertioque vel amplius admoniti; si non se correxerint similiter eos obligationis sententia & hîc & in futuro adstringat*, &c. Agnes Pictaviensium 5.
Comitissa chartâ in Engeriacensium gratiam anno circiter 1032. scripta: *Si quis sanè in posterum Rex, aut Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, aut quælibet persona Ecclesiastica, vel secularis, hujus nostræ constitutionis decretum rescindere voluerit, & oblationem bo-*

* Alludit ad Psal. 108. 8.

† Ibid.

*nem bonæ voluntatis nostræ quam Deo & Sancto præcursori ejus facimus, destruere præsumpserit; si bis aut ter conmonitus satisfactione idonea non emendaverit, hæreditatis & honoris nostri dignitate perpetuò careat*, &c. Ranimirus Aragonum Rex chartâ anno
6. 1062. Iunii 25. Sancti Ioannis Cœnobio data, *quicunque futurorum Regum, successorum nostrorum, transgredientes & deviantes ab hoc regali simul & pontificali decreto tentaverint dissolvere hanc Scripturam, in præsenti sæculo omnipotens Deus, qui est justus judex, & regum Rex, dissolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum, detque illud se timentibus*, &c. Alphonsus To-
7. losanorum Comes, chartâ de libertate A. D. 1147. mense Novembri fer. 6. scripta, *Si aliquis homo, vel fœmina, aliquid hujus doni (ut suprà scriptum est) infringere voluerit, non habeat potestatem, & damnetur in infernum cum Dathan & Abiron*, &c. & charta de portatico *si quis homo, vel fœmina hoc donum, & hanc libertatem irrumpere voluerit, sit maledictus & excommunicatus, & ira Dei veniat super eum & terra absorbeat eum sicut Dathan & Abiron absorbuit; deinde & inferni pœnas patiatur, & insuper Tolosæ populus & Burgi, & etiam totus Tolosanus populus cum gladiis & baculis, & lapidibus, super eum irruat, & interficiant eum omnes homines turpiter.* Quis utriusque sexus laïcos ac præcipuè Agnetem Comitissam Gregorii primi formulam (si *regiæ* depositionis decretum propriè dictum fuit) imitari, seque *rei ad se non pertinenti immiscere* quod sine culpa esse non poterat, ausuros fuisse somniet?

Clementi Apostolico suppositam *ad Iacobum Domini fratrem* epistolam, laudat deinceps Gregorius VII; in qua sententiæ, quam iræ indulgentior propugnandam suscepit, nihil quicquam præsidii, multa verò contraria sunt. hæc nimirum *ne in alia aliqua occupatione prorsus inveniaris, mundialis negotii occasione perplexus; neque enim judicem, aut cognitorem sæcularium negotiorum hodiè te ordinare vult Christus; uti ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare*, &c. *ista opere, quæ tibi*

*tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi invicem*
*diſcentes, id eſt laïci*, &c. *ſi mundialibus curis fueris occupatus, te-*
*ipſum decipies, & eos qui te audiunt*, &c. *ad hoc ſolum vacato, ut*
*opportunè & ſine intermiſſione doceas verbum Dei*: Si enim, *in oc-*
*cupatione nulla mundialis negotii occaſione perplexus* eſſe debet, ſi
*ſæcularium cognitor conſtitutus* non eſt, *Epiſcopus*; Regum qui *ſæ-*
*cularibus* præſunt, iu iis quæ reip. adminiſtrationem ſpectant,
*judicem* ſe profiteri (quod Gregorius VII fecit) ſine culpa
non poteſt; cum Regis vel deſtitutio vel creatio, *negotium* ſit
inter *ſæcularia* maximè *perplexum*. Nec argumentum rectè
procedere certo certius eſt; *quiſquis ei amicus eſt cui Epiſcopus*
*amicus non eſt, ex illis eſt qui Eccleſiam exterminant*; ergo *ingra-*
*tum Regem Epiſcopus ad privatam vitam detrudere, quandocunque*
*ſic apud ſe ſtatuit, jure* (quod Gregorius videri voluit hæc Pſeu-
do-Clementis in Henrici Regis cauſa verba citans) *poteſt*.

Excommunicatum ab Innocentio primo Arcadium Imp.
à Georgio Alexandrino primo fabulæ parente aliiſque ſimi-
libus impoſturam paſſus & falsò (Valramo Naumburgenſi A-
pologiæ pro Henrico Imp. lib. 2. monente) aſſeruit & (ſi fal-
ſo aſſentiri libeat) fruſtra; quandoquidem *regis* excommuni-
catio, nec *regiam* dignitatem abrogare, nec à *regiis* excom-
municatum functionibus arcere (quicquid in contrarium vel
ſenſerit, vel ſentire alios juſſerit Gregorius VII) poteſt. Hil-
dericum *Francorum Regem à regno Romanum pontificem depoſuiſſe,* Vide rurſus
*omnes Francigenas à juramento fidelitatis quod illi fecerant abſolviſſe,* Apologiam pro Henrico.
omni majorum teſtimonio deſtitutus, primus, (idque perpe-
ram & contra Francicorum omnium monumentorum fi-
dem) ſcripſit. Fredegarius Scholaſticus, qui Chronicon 1.
Childebrandi Ducis, Pippini ipſius patrui, juſſu contexuit;
*unà cum conſilio & conſenſu omnium Francorum, miſſa relatione à*
*ſede Apoſtolica, auctoritate percepta, præcelſus Pippinus, electione to-*
*tius Franciæ, in ſedem regni, cum conſecratione Epiſcoporum, & ſub-*
*jectione principum, unà cum Regina Bertradane, ut antiquitus ordo*
*depoſcit*

2. *deposcit sublimatur in regno.* Chronicon breve A.D. 815. Indict. 6. scriptum, Tom. 1. script. Franc. p. 798. *Pippinus Regnum Francorum solus obtinuit, & per auctoritatem Zachariæ Papæ, & electionem Francorum, inungente Bonifacio Archiepiscopo, Rex factus est; Childericum verò, qui solus Rex de stirpe superiorum Regum re-*
3. *manserat, regno privatum Clericum effecit.* Eginhardus Caroli M. Notarius & Abbas, libello de Caroli vita: *jussu Stephani Rom. pontificis depositus ac detrusus Childericus*, &c. *Pippinus per auctoritatem Rom. pontificis ex præfecto palatii Rex constitutus.* Idem Annal. ad A. D. 749. *Burchardus Wirtziburgensis Episcopus & Folradus presbyter Capellanus, missi sunt Romam ad Zachariam Papam; ut consulerent pontificem de causa Regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, sed nullam potestatem regiam habuerunt. Per quos prædictus pontifex mandavit melius esse illum Regem, apud quem summa potestatis consisteret, dataque auctoritate sua, jussit Pippinum Regem constitui.* A. D. 750. *Hoc anno secundum Romani pontificis sanctionem, Pippinus Rex Francorum appellatus est, & ad hujus dignitatem honoris, unctus sacra unctione; manu sanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiscopi & Martyris, & more Francorum elevatus in solium regni, in Civitate Suessiona: Hildericus verò qui falsò Regis nomine fungebatur tonso capite in*
4. *monasterium missus est.* Annales Bertiniani in A. D. 882. desinentes, A. D. 749. *Burchardus Wirtziburgensis Episcopus, & Folradus Capellanus, missi fuerunt ad Zachariam Papam interrogandum de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regalem potestatem, si benè fuisset annon. Et Zacharias Papa mandavit Pippino, ut melius esset illum Regem vocari qui potestatem haberet, quam illum qui sine regali potestate manebat, ut non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apostolicam jussit Pippinum Regem fieri.* A. D. 750. *Pippinus secundum morem Francorum electus est ad Regem, & unctus per manum sanctæ memoriæ Archiepiscopi Bonifacii, & elevatus à Francis in regno in Suessionis civitate. Hildericus verò qui falsò Rex vocabatur tonsoratus est & in Sithiu * monasterium missus.* Ado Vienn.

Errore memoriæ pro Zacharia Stephanum scripsit.

* *Sithiu* idest *S. Bertin en Ponthieu.*

Vienn. Archiep. circà A. D. 870. denatus, Chronico. *Misit* 5.
*Pippinus* * *Wurgardum Wirsburgensem Episcopum &* † *Fulradum* (* Pro *Burchard.* † Pippini nepotem, Hieronymo fratre natum.)
*Cappellanum suum ad Zachariam tunc temporis pontificem Roma-*
*num, ut interrogarent eum, si ita manere deberent Reges Francorum;*
*cum penè nullius potestatis essent, jam solo regio nomine contenti.*
*Quibus Zacharias pontifex responsum dedit, Regem potius illum de-*
*bere vocari qui remp. regeret. Reversis Legatis, abjectoque Childe-*
*rico, qui tunc regium nomen habebat; Franci per consilium legatorum*
*& Zachariæ pontificis, electum Pippinum Regem sibi constituunt,*
*Childericus tonsuratus, & in monasterium missus est.* Regino Pru- 6.
miensis Abbas Chronico in A. D. 905. desinente. *Anno Do-*
*minicæ incarn.* 749. *Burchardus Wirtzburgensis Ecclesiæ Episcopus,*
*& Folradus Cappellanus, missi sunt Romam ad Zachariam Papam, ut*
*interrogarent de Regibus in Francia qui illis temporibus non habentes*
*regiam potestatem, Reges tamen vocabantur, si benè essent Reges. Et*
*præfatus Papa mandavit Pippino, melius sibi videri illum Regem vo-*
*cari qui potestatem haberet, quam illum qui sine legali potestate ma-*
*nebat: Et ne perturbaretur Christianitatis ordo per auctoritatem A-*
*postolicam jussit Pippinum Regem creari, & sanctæ unctionis oleo*
*inungi. Anno Dominicæ incarn.* 750. *Pippinus secundum morem*
*Franc.* ut in Annalibus Bertinianis paucissimis verbis additis,
nimirum *Bonifacii Moguntiacensis urbis Archiepiscopi*, &c. pau-
lò post *attonsus est & in monast. missus.* Annales Metenses in 7.
A.D. 903. desinentes. *Anno Dom. incar.* 950. *ex consultu B. Za-*
*chariæ Papæ urbis Romæ, Pippinus Princeps à Bonifacio Archiepiscopo*
*unctus, Rex Francorum constituitur.* Annales anonymi in A. D. 8.
808. desinentes: Tom. 2. script. Franc. p. 12. *Anno* DCCXLIX
*Zacharias Papa per Fulradum mandavit, ut Pippinus ad* * *Regem le-* (* fortè *regnum.*)
*varetur.* DCCL. ut in Annalibus Bertinianis. Annales alii in 9.
A.D. 814. desinentes Tom. 2. script. Franc. p. 25. ad A.D. 749.
& 750. ut in Bertinianis ad verbum, Libellus *de Regum genea-* 10.
*logia*, ex Cod. Serenissimi magnæ Britanniæ Regis; Tom. 1.
script. Franc. p. 796. editus, & *de Majoribus domus*, alius in 11.

Tomum 2. p. 2. conjectus; *Pippinus Dux Legatos ad Zachariam Papam dirigit; interrogans eum, si ita manere deberent Reges Francorum; cum penè nullius essent potestatis, solo regio nomine contenti. Quibus Legatis, Romanus pont. respondit, illum debere Regem vocari, qui remp. regeret; Detonso igitur Childerico, & in monasterio*
12. *detruso mox Franci Pippinum sibi Regem constituunt.* Monachus Ecolimensis libro vitæ Caroli M. *defecit totum genus regale, Childerico insensato deposito de solio, & facto Clerico, in monasterio; mox Franci cum consilio Domini Papæ Zachariæ, & nobilium Romanorum, Deo volente, uno consensu, & una voluntate elevaverunt sibi*
13. *in Regem Pippinum*, &c. Anonymi fragmentum in annum 759. desinens, Tom. 2. script. Franc. p. 784. *Diviso post obitum Martelli regno Francorum, Majores Domus præfuerunt Carolomannus &*

* A. D. 754. *Hilder.ci depositionem* ejusque *in monasterium detrusionem* confirmavit, Zachariæ *consilio* prius factam, anno nimirum 750. non propriè *jussit* Stephanus.

† Lege 750.

*Pippinus, Regibus tamen in Francia, sed parva dignitate regnantibus. Igitur Pippinus missis Romam Legatis, Zachariam Papam de regno Francorum & ignavis ejus Regibus consuluit. Cujus auctoritate, & non multo post jussu* * *Stephani pontificis Romani, Hilderico qui tunc temporis regimen Francorum tenebat, deposito, atque in monasterium detruso; Pippinus major domus Rex Francorum electus, & Suessionis à S. Bonifacio Moguntinensi Archiepiscopo unctus est.* A. D. 752. † &c. *Pippinus autem per auctoritatem Rom. pontificis ex*
14. *præfecto Palatii Rex constitutus.* Adrevaldus Floriac. *de miraculis S. Benedicti* lib. 1. c. 15. *Pippinus regni Francorum assecutus sum-*

‡ Zachariæ jussu factum.

*mam, jussu* ‡ *Stephani Rom. pontificis Hildricum inertissimum Regem depositum ac detonsum, in monasterio deinde trusum privatè vivere compulit. Dein auctoritate ejusdem pontificis ex præfecto palatii*
15. *Rex constitutus*, &c. Annales Fuldenses in annum 900. desi-

* Factum id anno 749.

nentes. *A. D.* 751. * *Pippinus missa Romam Legatione, Zachariam Papam interrogat de Regibus Francorum ex antiqua Merovingorum stirpe descendentium, qui Reges quidem dicebantur sed potestas regni tota apud Majorem domus habebatur*, &c. *orat ergo sibi decerni, quis eorum justè Rex debeat dici & esse, is qui securus domi sedeat; an ille qui curam totius regni & omnium negotiorum molestias suffe-*

rat?

rat? A. D. 752. *Zacharias Papa ex auctoritate S. Petri Apostoli, mandat populo Francorum ut Pippinus qui potestate regia utebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hildricus Rex qui ultimus Merovingorum Francis imperavit depositus, & in monasterium missus est. Pippinus verò in civitate Suessionum à S. Bonifacio Archiepiscopo in Regem unctus, regni honore sublimatus est.* [Legendum 750.]

16. Vitæ S. Genulfi lib. 2. c. 5. *Pippinus pius Dux, &c. multis militiæ virtutibus insignis post depositionem Hilderici, totius militiæ voto, unà cum auctoritate Zachariæ Papæ, primus ex sua linea in regno Francorum Rex sublimatus est.*

17. Petrus Bibliothecarius hist. abbreviatâ in A. D. 751. * *Pippinus Legatos Romam misit ad Zachariam pontificem maximum, ut qui ex antiqua stirpe Merovingiorum † fuerit, regnaret in Gallia; exaudit Pontifex, & mandat Gallis, ut in eorum Regem haberent Pippinum.*

[* Rursus anno 751. assignat quod ad 749. pertinet. † Legendum *non fuerit*.]

18. Egiluuardus Burchardi vitæ circa A.D. 1104. scriptæ lib. 2. c. 1. *adeò habitus est ab omnibus honorabilis, ut etiam totius regni consilio, unà cum Folrado Abbate eodemque Archicappellano, ad prædictum Zachariam Rom. pont. mitteretur,* &c. *Zacharias Papa super hujusmodi negotio Regum consultus, remandavit per Burchardum Pontificem & Folradum Abbatem, melius esse vocari illum Regem apud quem summa potestatis consisteret, dataque auctoritate sua Pippinum Regem constitui jussit. Qua Legatione peracta, Pippinus per auctoritatem Apostolicam quam tam probabiles viri in audientia primatum scriptis ac dictis deferebant, more Francorum electus ad Regnum, per manus S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntiacensis elevatus est in regni solium, in Suessionum Civitate. Qui post, per Stephanum Papam unctus in Regem, & confirmatus, atque à juramento quod Childerico Regi cum cæteris primatibus fecerat, absolutus; posteà regnavit annis* x v, *Childericus verò qui falso Regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est;*

19. Hepidanus Sancti Galli monachus Chronico in A.D. 1044. desinente: A. D. 752. *S. Bonifacius Episcopus ‡ martyrio coronatur & Domnus Pippinus per auctoritatem * Stephani Rom. pontificis deposito ac detonso Rege Hildrico, qui à baptismo alieno nomine*

[‡ Passus Iunii 4. anno 754. * Zachariæ anno 750.]

 *vocita-*

* A. D. 754. *vocitatus est Daniel, ex præfecto palatii Rex constitutus est, & cum*
20. *exercitu * Francorum Italiam ingreditur.* Hermannus Contractus, Chronico edit. Francofort, anni 1613. *A.D. 752. † Pippinus auctoritate Stephani Papæ deposito ac detonso Rege Hildrico, Rex Francorum factus, regnavit annis* x v, ‡ edit. Colon. 1618. * *A. D. 751. Pippinus missis Romam legatis Zachariam Papam de regno Francorum, & ignavis Regibus ejus Merovingis, nomine solo regnantibus, consuluit.* A. D. 752. † *Auctoritate Zachariæ Papæ & non multo post Stephani*, &c. *deposito ac dein tonso Rege Hildrico, Merovingorum ultimo, Pippinus Rex Francorum electus, & Suessionis à S. Bonifacio Archiepiscopo unctus & consecratus, regnavit annis* x v i i.

† Lege 750. quo nondum sedebat Stephanus.
‡ Regnavit annis fere 18.
* Lege 749.
† Lege 750. & 754.

Gemina hæc advocatorum ex Francia, Alamannia, Italia testium decas, uno consensu ante Gregorii V I I, ætatem docet 1. Zachariam Papam anno 752. Martii 15. denatum, à Fulrado Hieronymi (qui Pippini germanus erat) filio, Pippini ejusdem, Francorumque universorum nomine, anno 749. præcisè consultum; qui *auctoritatem* (id est *responsum*, & *rescriptum*, quod Legati Francorum detulerunt) dedit, *meliusque esse, qui regnum administraret Regem dici*, pronunciavit. 2. Zachariam eundem nullam sibi reges destituendi, sed de *Regum* statu consulentibus respondendi, quæque *meliora* videbantur suadendi (contra quam nonnulli Gregorii V I I, exemplo putant) arrogavisse: hinc factum ut ejus *rescriptum* à Francis nostris quorum maximè intererat quid in eorum gratiam præstitisset nosse *responsum*, *consilium*, *consultum*, dictum sit. 3. Ejus tamen *jussu*, & *sanctione depositum* Hildricum multi scripsere, quia ad Bonifacium Vicarium de *ungendo* Pippino, *tondendoque* Hildrico à Francis abdicato, *præceptum* direxit: unus verò Gregorii V I I, coætaneus Egilwardus, anno post eventum plus minus 275. *absolutos à juramento quod Childerico fecerant* Pippinum Francosque refert; quia scilicet exempla nonnulla extabant quibus (novo prorsus more) relaxatam

Sacra-

Sacramenti religionem conſtabat: verbi gratia quando *Ioannes* VIII *Papa Imperatorem* Ludovicum *à juramento, quo ſe obligaverat, auctoritate Dei & ſancti Petri, abſolvit; affirmans nihil ſibi obeſſe, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat:* ſed tale nihil auſa fuerat antiquitas. 4. contra præcedentium omnium mentem Zachariæ factum interpretatus Gregorius VII, *à Zacharia Hildricum depoſitum* ſcripſit, ne ſine exemplo calcatam Henrici Regis Majeſtatem fateri cogeretur. 5. Si qua Egoliſmenſi monacho fides, non unus Zacharias, ſed *nobiles Romani* (quorum *reges in ipſos imperium* nullum eſſe ad hanc uſque diem dubitavit nemo) de *Hildrico deponendo conſilium* dederunt. 6. Vix paucis poſt Gregorii VII ætatem, deponi à Romana ſede Reges poſſe, (nobiliſſimis quibuſque ſcriptoribus contra Gregorii interpretationem pro majorum ſententia nitentibus) perſuaſum eſt.

Annal. Metenſes A. D. 872.

Lambertus Schafnaburgenſis, qui Annales ſuos ad annum 1077. perduxit; ſub titulo annorum 748. 49. 50. *Pippinus decreto Zachariæ Papæ per unctionem S. Bonifacii Archiepiſcopi Rex appellatus eſt, qui anteà major domus vocatus eſt; & Hildericus Rex tonſoratus in monaſterium mittitur:* decretum enim intelligit non ἀρχοντικὸν, ſed ἑρμηνευτικὸν, non quo revera nomine *regio* ſpoliaretur, cujus jampridem *regia* dignitas conciderat; ſed quo *Regem* alium penes quem univerſa poteſtas erat, dici *melius eſſe* ſuaderetur. Marianus Scotus in annum 1083. deſinens; ad A. D. 750. *Pippinus miſſa Romam Legatione, Zachariam Papam interrogat de regibus Francorum, &c. orat ergo ſibi decerni quis eorum Rex juſtè dici debeat, & eſſe; is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius regni, & omnium negotiorum moleſtiam perferat: Tunc Zacharias Papa, ex auctoritate S. Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, ut Pippinus, qui poteſtate regia utebatur, etiam nominis dignitate frueretur. Ita Hildericus Rex, qui ultimus Merovingorum Francis imperabat, depoſitus, & in monaſterium miſſus eſt: Pippinus verò in civitate Sueſſionum à S. Bonifacio Archiepiſcopo*

1. 2.

Pertinet ad 749.

3. *in regem unctus, regni honore ſublimatus eſt.* Waltramus Naumburgenſium Epiſcopus, *Apologiâ pro Henrico* IV, anno 1092. ſcripta. *Pippinus cum eſſet Major domus in regno Francorum, hoc eſt præfectus palatii, & ad eum ſpectaret ſumma regiæ poteſtatis & officii; electus eſt primus ex præfectis palatii in Regem, atque ordinatus eſt per B. Bonifacii Moguntini Archiepiſcopi benedictionem; prius ſuper hoc expetito Zachariæ Papæ judicio; quia conſenſus, & auctoritas Rom. pontificis neceſſaria huic videbatur negotio; miſſus eſt enim ad eum venerabilis vitæ Burchardus Wirtziburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus cum aliis, ad hanc legationem idoneis nunciis, qui ex mandatis principum interrogarent ejus ſententiæ oraculum, & acciperent reſponſum, quomodo poſſent reformare regnum Francorum in priſtinæ dignitatis ſtatum; quod multo jam tempore non haberet regii honoris privilegium: Illum verò qui Rex diceretur nihil amplius habere niſi quoddam vani nominis ſimulachrum; cum nec opes nec potentia, nec aliqua diſpoſitio regni, apud illum eſſet; ſed apud majorem domus, quicunque palatio praeeſſet; proinde juſtum & idoneum ſibi videri ut ab Hilderico totius regiæ dignitatis & potentiæ jam ex hæreditaria ſucceſſione privato; transferretur regium nomen ad Pippinum tunc temporis præfectum palatii, qui pro nobilitate ſua atque virtute dignus fuiſſet, quatenus ipſe, qui domi & militiæ regni gubernacula fortiter procuraret, cum labore pariter & officio nomen Regis convenienter ſuſciperet. Quorum poſtulationem cum æquam atque utilem Zacharias Papa judicaſſet; ad ea quæ poſtulabant conſenſit atque ejuſdem conſenſus ſententiam poſteà Stephanus Papa confirmavit, & Pippinus factus eſt Rex communi ſuffragio principum, atque Hildericus ex vano nomine Regis, promeruit tonſuratus coronam monaſticæ reli-*

4. *gionis & habitum:* Sigebertus Chronico in annum 1112. deſinente ad A. D. 750. *Hildericus Rex Francorum in monachum tonſoratur, Pippinus verò princeps (auctoritate Apoſtolica & Francorum electione) à ſancto Bonifacio Moguntiæ Archiepiſcopo in regem*

5. *ungitur & conſecratur & regnat annis* 18. Chronicon Hildensheimenſe in annum 1137. deſinens. *Anno* 750. *incarn. Dominicæ*

*nicæ*

*nicæ mittit Pippinus legatos Romam ad Zachariam Papam, ut interrogarent de Regibus Francorum qui ex ſtirpe regia erant, & reges appellabantur nullamque poteſtatem in regno habebant,* &c. *Zacharias igitur Papa ſecundum auctoritatem Apoſtolicam ad interrogationem eorum reſpondit; melius eſſe atque utilius ſibi videri, ut ille Rex nominaretur, & eſſet, qui poteſtatem in regno habebat, quam ille qui falsò Rex appellabatur. Mandavit itaque præfatus pontifex Regi & populo Francorum, ut Pippinus, qui poteſtate regia utebatur, Rex appellaretur, & in ſede Regali conſtitueretur. Quod ita & factum eſt, per unctionem S. Bonifacii Archiepiſcopi, Sueſſionis civitate. Appellatur Pippinus Rex, & Hildericus qui falsò Rex appellabatur tonſoratus in monaſterium mittitur.* Otto Friſing. Chron. lib. 5. c. 21. 6.
A. D. 751. *Pippinus*, &c. *ad Zachariam Papam ſciſcitandi gratia* Lege 749.
*miſit, pontifex ergo melius eſſe ut ille qui curam omnium haberet Rex diceretur, quam qui ſolum nomen Regis gereret remandavit.* c. 22.
Anno 752. *reverſis à Roma nuntiis auctoritate Zachariæ Papæ aliiſ-* Lege 750.
*que regni principibus in Sueſſiona civitate ad regnum eligitur.* Godefridus Viterbienſis Chronico in annum Domini 1186. de- 7.
ſinente. *A. D.* 751. * *Pippinus dictus* Nanus *cum eſſet Major do-* * Imò 749.
*mus ad Zachariam Papam legatos ſuos Burchardum ſcilicet Guerzeburgenſem Epiſcopum, & Pholradum Capellanum ſuum, gratia ſciſcitandi tranſmiſit; & quid de regno Francorum ei videretur agendum, quæſivit. Papa itaque melius eſſe illum Regem qui regni totius curam & poteſtatem habet, quam illum qui ſolo nomine Rex eſt remandavit*, &c. *Reverſi ſunt igitur Pippini ab urbe legati, & omnis Gallia conſilio Papæ Zachariæ libenter conſenſit. Anno igitur ab incarn. Domini* † 752. *auctoritate Papæ Zachariæ Pippinus à Bonifacio Mo-* † Lege 750.
*guntino Archiepiſcopo aliiſque regni principibus in civitate Sueſſione in regnum eligitur*, &c. *Anno ab incarn. Domini* 754. *Pippinus per Stephanum Papam à fidelitate Hilderici prædicti Francorum Regis cum omnibus Franciæ principibus eſt abſolutus. Tunc etiam Hilderico tonſurato & monachato, atque in monaſterium detruſo, Pippinus regalem recepit unctionem*, &c. *ex hoc etiam facto Rom. pontifices mutandi*

*regnum*

*regnum trahunt auctoritatem.* Ex *hoc* revera in alienum ſenſum à Gregorio VII, detorto *facto*, Godefridi & recentiorum aliorum ætate, Romani pontifices *mutandi regni auctoritatem* ad ſe *trahere* conati ſunt; triplex verò (ipſorummet adverſariorum judicio) peccatum admiſerit Godefridus 1. dum *abſolutum ab Hilderici fidelitate per Stephanum Papam, Pippinum & Francos* putavit; ſi enim ob repudiatum Hildericum *abſolvendi* fuerunt; ſolido biennio à Zacharia antequam Stephanus ſuccederet *abſoluti ſunt.* 2. dum *tonſuratum* poſt evectum ad pontificatum Stephanum Hildericum biennio ſerius quam oportuit finxit. 3. dum Francos ob admiſſum Zachariæ *conſilium* reos peregit; ſi enim *conſilio* conſenſiſſe malum fuit, *abſolutione* eluendum, quanto *conſilium* dediſſe pejus fuerit? Si rurſus *Hilderico fidelitatem* non debuerunt Franci, quid eos *à fidelitate* quam non debebant, *abſolvere* neceſſe fuit? ſi debebant (quod ipſe *abſolvendi* actus inſinuare videtur) quis mortalium à Deo optimo maximo ligatos *abſolvere* potuit?

8. Siffridus preſbyter epitomes in annum 1307. deſinentis lib. 1. A. D. 750. *Pippinus pater Caroli, unctus eſt in Regem à S. Bonifa-*

9. *cio Archiepiſcopo Moguntino jubente Papa Zacharia.* Pius II Papa ex Blondo prioris decadis lib. 10. *Sunt qui dicunt Francorum proceres Zachariam Papam conſuluiſſe ineptumne Regem ultrà tolerarent, an Pippinum regia dignitate dignum aſſumerent; Cumque reſpondiſſet pontifex eum qui regia melius obiret munera præferendum: Francos publico totius gentis conſilio Pippinum Regem declaraſſe Chil-*

10. *derico in Clericum tonſurato.* Magnum Chronicon Belgicum p. 33. *Anno Domini* 742. *anno imperii Conſtantini primo regnum Francorum obtinuit ſolo nomine Hildericus annis* 9. *donec Pippino per legatos miſſos interpellanti Rom. pontificem Zachariam, uter potius deberet eſſe aut dici Rex, an ille qui magnos pro regni pace ſuſtinet labores, an qui otio deditus ſolo nomine regio eſſet contentus; Rom. pontifex reſpondit melius eſſe, ut ille qui curam omnium haberet Rex diceretur & eſſet; quâ reſponſione Franci animati, mox Hilderico in*

*mona-*

*monasterium retruso Pippinum sibi Regem constituunt*, &c. & p.35. ex Andrea, *Anno 9. Hilderici Regis, principatus quoque Pippini anno 9. & anno Domini 750. misit Pippinus nuncios (ut diximus) ad Zachariam Papam, interrogans an manere Reges Francorum expediret, cum penè nullius essent potestatis, sed solo nomine regnarent; quibus legatis Rom. pontifex respondit istum debere vocari Regem & esse, qui remp. gereret. Detonsus ergo Hildericus Rex est, & in monasterium detrusus*, Singulos qui (calcata Canonis *Alius* auctoritate) vestigia majorum secuti sunt coacervandi nullus finis esset; cum vix quisquam repertus sit apud quem fidem Gregorii sententia inveniret, quam glossator (interpretantis specie) castigare coactus est; Zachariam *deposuisse*, quia *deponentibus consensit* commentus; quantumvis nec Zachariæ qui *deponentibus* non solum *consensit* sed *consilio*, vel (si malis) *sanctione*, *mandato*, *auctoritate* data, animos addidit, factum plenè exprimat; nec Gregorianæ hypothesi vel tantillum faveat commentum; Certè si non aliter quam *deponentibus consentiendo*, *deposuit* Zacharias; nec propriè (quod Romani volunt) *deposuit*; nec plus in Hilderici abdicatione quam quilibet è Clero & populo cum Pippino conjuratis præstitit; nec Gregorio septimo qui summam sibi destituendorum Regum potestatem primus arrogavit, tanti ausus auctor fuit; nec ejus exemplo niti Gregorius idem potuit; nec utriusque molimen æquiparari debuit; nec frustra Gregorium Papam *immerito hanc notam imposuisse vel Zachariæ vel Stephano religiosis pontificibus Romanæ Ecclesiæ, ut ipsi sola auctoritate sua Hildericum à regno deponerent, & absolverent omnes Francigenas à juramento fidelitatis quam illi fecerant*, Waltramus ante annos 500. questus est.

Anno 749.

Pergit Gregorius, *B. Ambrosius licet sanctus, non tamen universalis Ecclesiæ Episcopus, pro culpa quæ ab aliis sacerdotibus non adeò gravis videbatur, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit.* Ego verò cui *sacerdotum non adeò gravis*

Ambrosii de regibus sententiam ex *Apologia David*, &c. vide infrà.

Theodosii *culpa* ( quâ *deletam penè* Thessalonicam scribit Paulinus) *videri* potuerit, capere nequeo; nec eorum (si qui fortè adeò desipuerunt) judicium præstare debeo, cum præsertim *ob hoc à sacerdotibus Italiæ redargutum* asserat Rufinus, Gallorumque nostrorum consimilem planè fuisse sententiam (Ambrosio ipsomet referente) habeamus. *Factum est* (inquit.) *in urbe Thessalonicensium quod nulla memoria habet, quod revocare non potui, ne fieret; imò quod atrocissimum fore dixi; cum toties rogarem, & quod ipse serò revocando grave factum putasti; hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, cum (propter adventum Gallorum) Episcoporum Synodus convenerat; nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit*, &c. unde singula hæc hactenus fortè minus perpensa habemus. 1. Theodosium, cum Thessalonicensium furentium seditione Illyrici præfectus Buterichus sublatus est, Mediolani fuisse, 2. Ambrosium reorum nomine veniam rogasse. 3. Ei *promisisse Imperatorem, se veniam daturum civibus prædictæ civitatis, sed agentibus Comitibus occultè cum Imperatore ignorante sacerdote*, id est Ambrosio, *usque in horam tertiam gladio civitatem esse donatam*. 4. Ambrosium id antequam fieret, *atrocissimum fore* dixisse. 5. Imperatorem *ipsummet revocasse*, sed *serò*, & frustra. 6. *quando primum* Mediolani *auditum est, nullum non ingemuisse, nullum mediocriter accepisse*; ac proinde, cui *non adeò gravis culpa videretur* (contra quam Gregorius VII. putavit) fuisse neminem. Sed unum, justi tenacem Ambrosium communione sacra pellendum Theodosium censuisse demus: Quid hoc ad usurpatam primum à Gregorio septimo Reges exauctorandi potestatem, de qua ne cogitavit quidem Ambrosius, qui *denegatâ* (sub publica pœnitentia posito Imperatori) *Ecclesiam ingrediendi copiâ*; abstentum, *Augustissimum Imperatorem* constanter vocavit, ab eo *in se honorificentiam desiderari eundem confundendo* noluit, *verecundiâ quâ potuit, Imperiali arbitrio satisfecit*; *habere gratiam Imperatoris* in votis habuit; *ignosci sibi quod faceret, in*

Ambrof. epist. 59. lib. 7.

*ret, in quo Deum præferebat* faſtigii principalis *humilitatiſque* ſacerdotalis memor rogavit; ac tandem ut *beatiſſimus & florentiſſimus cum ſanctis pignoribus frueretur tranquillitate perpetua*, Cenſoriam epiſtolam claudens optavit. His opinor officiis *exregem* excommunicatione factum hominem demereri nequaquam decuiſſet; non igitur Ambroſii (imò nec Eccleſiæ univerſæ) opinione regno exciderat excommunicatus, nec proprias injurias (quoquomodo in mentem venit) ulciſcenti Gregorio ſeptimo, Ambroſii (qui alienarum vindex ex officio fuit) favet exemplum; quandoquidem *effuſi ſanguinis Domini ſui* Gratiani reum *Maximum, à communionis conſortio ſegregavit*; nec tamen ſolio per ſummum nefas occupato, vel detraxit, vel detrahere conatus eſt; ſed ipſe quinquennio poſt *regnum quod malè arripuerat fœmineo quodam timore depoſuit* tyrannus, *ut procuratorem ſe reip. nomine præfuiſſe confiteretur*. Paulinus Ambroſii vitæ libello.

At (inquies) *Epiſcopalis* (Ambroſio auctore) *ſublimitas nullis poteſt comparationibus adæquari; ſi Regum fulgori compares, & principum diademati; longè erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares*, &c. Ambroſio nunc à recentiore aliquo (quod ſtylus incultior, Hieronymiana Scripturæ verſio, hominis Senatores, non *lato clavo*, ſed *chlamyde* militari veſte, dignoſcendos pronunciantis, principeſque quoſlibet *diademate* inſignientis imperitia fateri cogunt) ſuppoſitum fœtum abjudicare animus non eſt; ſit (quandoquidem Gregorio VII ſic viſum eſt) Ambroſius libelli *de dignitate ſacerdotali* parens; quo jure allegata (cujuſcunque ſint) verba, ad Imperatoris exauctorationem trahat quæro; non enim magis ſequitur; *Regum fulgor Epiſcopali inferior eſt, Regum colla ſacerdotum genibus ſubmittuntur; nihil ſacerdotibus excellentius reperitur.* Ergo *Regum* (quà *Reges* ſunt) *Majeſtas à ſacerdotum arbitrio pendet; iiſque quos principatu indignos judicant, omnem poteſtatem abrogare poſſunt*: quam ſi dixeris *latomus eſt infrà architectum*; Ergo *Architecto ita ad nutum, latomi & conditio, & for-*

*tunæ ſubjacent*, *ut* (*ſi quando deliquerit*) *architecto jubente artis inſtrumenta procul abjicere latomuſque eſſe deſinere teneatur* : *Major* (Gregorii ſeptimi judicio) *poteſtas exorciſtæ conceditur*, *cum ſpiritualis Imperator ad abjiciendos dæmones conſtituitur* : Ergo *&* *ad abjiciendos Reges*, *quibus religiosè non viventibus dæmones dominantur.* Hoc fortè Gregorius VII, cui alia nulla ex antiquitate præſidia ſuppetebant putavit ; nunquam tamen Chriſtianus ullus, ſive Ambroſii, ſive Ambroſianum nomen mentientis, auditor admiſerit.

Epiſt. 2. ad Gallos. *Deſinat* itaque (Cæleſtino Papa imò ratione ipſa vetante) *inceſſere novitas vetuſtatem* ; *deſinat Eccleſiarum* [& rerumpublicarum] *quietem inquietudo* priſcis ætatibus inaudita *turbare* ; pudeat tandem aliquando cæco impetu Magiſtrum ſequi, cui (agente ira, à perpetua majorum diſciplina aberranti) manifeſtè falſa, ſummoque Regum quorumcunque culmini

Gregorius VII lib.8.epiſt.21. perniciosa exciderunt ; hæc nimirum *dignitas regia* (quam et-

* Rom.13.1. iam in Nerone tyrannorum peſſimo * *non niſi à Deo* eſſe ex profeſſo docuit θεόπνευστος Paulus) *à ſæcularibus*, *etiam Deum ignorantibus inventa eſt*, &c. *Reges & Duces ab iis habuere principium qui Deum ignorantes*, *ſuperbia*, *rapinis*, *perfidia*, *homicidiis*, *poſtremo univerſis penè ſceleribus* (*mundi principe*, *diabolo videlicet*, *agitante*) *ſuper pares ſcilicet homines dominari*, *cæca cupiditate*, *& intolerabili præſumptione affectaverunt* ; ſi enim dignitas Regia *Deum ignorantium* commentum dici meretur, ſi ab iis qui *univerſis penè ſceleribus* ſuccubuerunt *habuit* (*diabolo agitante*) *principium* ; ſi eorum qui primi regnaverunt *intolerabilis præſumptio* fuit ; *vervecum in patria* qui toleraverunt, aut Reges *Domini unctos* crediderunt, nati ſint oportet ; nec regium faſtigium vel conſcendere, vel ferre, tuta conſcientiâ pius ullus aut potuit unquam, aut poterit : *quid non mortalia pectora cogis*, *ira* (quantumvis *brevis* & juſtitiæ ſpecie velata) aut furori proxima aut *furor*? Damnata regnorum quorumcunque origine, regnandi poteſtatem cuiquam ſucceſſionis jure deferri (quod

(quod Franci nostri, apud quos ab annis 1200. & quod excurrit, jus illud valuit, notent velim) probare nequaquam potuit, hæc ad Herimannum Metensem, non anno 1081. (quod luxato epistolarum ordine regesti collector, aut putavit, aut aliis persuasum voluit) sed anni 1076 Mart. 15. sex, ad summum, à primo Henrici anathemate septimanis (quod ex Brunonis in anni 1081. natale Dominicum desinentis historia constat) scribens. *Quos sancta Ecclesia sua sponte ad regimen vel imperium deliberato consilio advocat, non pro transitoria gloria, sed pro multorum salute humiliter obediant*, &c. *si ille qui carnali patri vel matri maledixerit morte mulctandus est, quid ille qui maledicit spirituali patri vel matri meretur? Non carnali amore illecti studeant filium suum gregi pro quo Christus sanguinem suum fudit præponere, si meliorem illo & utiliorem possunt invenire; ne plus Deo, diligendo filium maximum sanctæ Ecclesiæ inferant detrimentum.* Audis lector, Henricum Gregorio Ianuarii præcedentis 23. Wormatiæ *maledicere ausum, morte mulctandum*; nec *filios* Regum, pro more, sed *meliores* quoscunque populo Christiano *præponendos* nulla successionis habita ratione pronunciari? Optato classico excitati Saxones ac Suevi Forcheim ad 3. Idus Martias anni 1077. præsente *legato qui cuncta de regno utiliter disposita firmaret*, convenerunt; dumque *sua cuique Deus sit dira cupido*, ac *multi suas singulares causas interponunt, quas ut* Rex eligendus *se correcturum promitteret, volunt; consensu omnium comprobatum est, & Romani pontificis auctoritate corroboratum, ut Regia potestas nulli per hæreditatem (sicut ante fuerat consuetudo) cederet, sed filius Regis (etiamsi valdè dignus esset) per electionem spontaneam, quàm per successionis lineam Rex proveniret; si verò non esset dignus Regis filius, vel (si nollet eum populus) quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus.* Exinde (violata, contrario, nec antehac audito decreto, regni lege) antiquis gentis moribus, imò naturæ ipsiusmet dictamini tanto impetu vis illata est, ut cum (missis post sublatum anno 1080.

Epist. eadem.

Lambert. Chron. Bruno, de bello Saxon.

Octob. 15. fer. 5. æmulum Rudolfum legatis) *ut filium suum* Conradum *sibi* Saxones *Regem facerent*, rogasset Henricus: *jocosè magna seria nonnullo schemate ludenti velare solitus* Dux Otto responderit, *sæpè ex bove malo, malum vitulum vidi natum, ideoque nec filii nec patris habeo desiderium*, sed paulatim remittente furoris paroxysmo, vel invitis naturæ (quam *licet expellas furcâ tamen usque recurret*) sensus rediit; salutati enim Henrico nati Reges, Conradus anno 1093. Henricus anno 1105. eoque sine prole denato, Agnetis sororis filius Conradus anno 1138, & ejusdem ex ordine nepotes; nec posteà desiere (nisi fortè ter) propinqui ad propinquorum successionem vocari; eventu ipso exitiosa principibus novam Theologiam invehentis Gregorii VII. placita politica, ex eadem cui initio fucum fecerant gente profligante, quod suo tempore ac loco plenius demonstrabimus, ne nunc (revincendis ejus παρωράμασιν intenti) aliò avocemur.

Quod ut *in Romana sede ritè ordinatos B. Petri meritis meliores effici*; *bonos ad regni solium* evectos, *deteriores fieri* persuadeat, ad *experimenta* provocat; per me licet; præsertim cum Ennodianum apologeticum quod pro *B. Symmachi Papæ decretis* venditat, aperta Paparum qui posteà vixerunt confessio hac ex parte refellat, Hadriani nimirum 4. ante annos ferè 500. *miseram pontificum Romanorum conditionem deplorantis*, & Marcelli II. qui paucis ante obitum diebus *mensâ manu percussâ*, *non videre se, quomodo qui fastigium hoc altissimum tenerent, saluti suæ consulere possent*, protestatus est. Sed *audi* (lector) *facinus majoris abollæ. Hæc* (ait Gregorius VII.) *sicut B. Gregorius in epistola ad Mauritium Imp. directa commemorat, Constantinus magnus Imp. omnium Regum & Principum ferè totius orbis Dominus evidenter intelligens, in S. Nicena Synodo, post omnes Episcopos ultimus residens, nullam judicii sententiam super eos dare præsumpsit; sed illos etiam Deos vocans, non suo debere subesse judicio, verum se ad illorum pendere arbitrium judicavit.* Quo magis ista Gregorii VII verba

Thuan. hist. lib. 15. ad A. D. 1555.

verba expendo, hoc certius in animum induco, alienis eum, in legendo Gregorii magni loco, oculis usum (quod immerito de S. Apostolo B. Hieronymus scripserat) *capere omne quod tetigerit, exemplaque captiva quæ suis in voluminibus non dimicant, sibi ad victoriam,* quam speravit, *servire coëgisse*; ut contra sentientes, vel invitos in sententiam nostram pertrahamus, 1. referenda Gregorii magni verba; 2. sub examen revocanda, efficta (absit invidia verbo) à Ruffino qui Gregorio magno primus imposuit fabula; 3. refellenda denique nobis erunt quæ Gregorio primo perperam septimus tribuit: *Ecclesiastica quoque historia* (inquit Gregorius primus) *quia cum piæ memoriæ Constantino principi scripto oblatæ accusationes contra Episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem qui accusati fuerant Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit, dicens,* vos Dii estis à vero Deo constituti, Ite & inter vos causas vestras discutite, quia dignum non est ut nos judicemus Deos, *&c.* Totum id ex Ruffini lacunis hauserat Gregorius; sic enim ille hist. lib.1.c.1. *Cum ex omnibus penè locis Episcopi convenissent, & (ut fieri solet) diversis ex causis inter se quædam jurgia detulissent, interpellabatur frequenter à singulis; offerebantur libelli, culpæ proferebantur; & magis ad hæc, quam ad id pro quo ventum fuerat, animos dabant. At ille videns quod per hujusmodi jurgia causa summi negotii frustraretur, diem certum statuit, quâ unusquisque Episcoporum, si quid querimoniæ habere videretur deferret, & cum resedisset, suscepit à singulis libellos, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad Episcopos:* Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi, & ideò nos à vobis rectè judicamur, vos autem non potestis ab hominibus judicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate judicium, & vestra jurgia quæcunque sunt, ad illud divinum reserventur examen; vos etenim nobis à Deo dati estis Dii, & conveniens non est ut homo judicet Deos; sed ille solus de quo scriptum est, *Deus stetit in Synagoga.*

Apol. pro libris advers. Iovinianum c. 4.

Greg. lib. 4. epist. 31.

Psal. 82. 1.

*goga Deorum, in medio autem Deos discernit.* & ideò his omissis illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque ulla animorum contentione, distinguite: *cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos jussit exuri; ne innotesceret ulli hominum simultatio sacerdotum.*

De narrationis (cujus Socratem & Theodoretum puduit) fide securus Gregorius, eam pro vera habuit; sed multa sunt quæ falsi coarguant; 1. hyperbolicè admodum *ex omnibus penè locis Episcopos* convenisse scripsit Ruffinus, quandoquidem ex toto Imperio vix 317. capita (inter quæ Chorepiscopi 14) comparebant, paucissimi ex Occidente præsules exempli causâ, ex Gallicana Diœcesi unicus Nicasius Diniensis, ex Hispanica unicus Osius Cordubensis, ex Africana Cæcilianus Carthaginensis, &c. cum Ioanne Persidis Episcopo convenerunt, ut decuplo plures domi remansisse necesse sit. 2. Etsi nulla inter eos qui Nicææ congregati sunt suborta *jurgia* asserere animus non sit, libellis *frequenter* à litigantibus oblatis *interpellatum* principem fuisse probabile non est: quid enim opus erat inutili libellorum oblatione eundem in Synodo jus partibus dicturâ præsentem, & cum patribus judicantem tædio afficere? 3. *Certam* injuria affectis, *quâ querimonias* promerent, & *libellos offerrent, constitutam diem, exustisque* (quos ne legere dignatus erat) *libellis* diffidentes, *Dei solius judicium expectare*, jussos fuisse, & iniquè finxit Rufinus; & adversus expressam Eusebii (qui Synodi pars magna fuit) testificationem, impudenter: Si enim *scindebantur studia in contraria*, Synodi membra, eademque pendebat incerta; quid absurdius & iniquius cogitari potuit, quam (omissa redintegrandæ inter fratres concordiæ curâ) injuriam passorum spes omnes in supremam seculi horam, inani hoc prætextu mutuas litigantium accusationes * καιρὸν οἰκεῖον ἔχειν τὴν ἡμέραν τῆς μεγάλης κρίσεως, dilatas fuisse? cum præsertim disertè Eusebius † monuerit, *vicinorum* accusatores, quantumvis φιλονείκως ἐνισταμένους,

Hæc omisit Gelas. Cyzic.

* Sozom. ex Rufino lib. 1. c. 10.

† Euseb. lib. 3. de vita Const. c. 13.

μένους, ἀνεξικάκως auditos, nullaque interpoſita morâ ad concordiam & pacem revocatos fuiſſe? 4. Æquè falsò & abſurdè Epiſcopos diſſidentes *ab hominibus judicari non poſſe* proteſtatum, Rufinus aſſeruit, Conſtantinum, quem revera *Epiſcoporum* in ipſo Nicenorum patrum conſeſſu *judicem* egiſſe conſtabat. Si enim præſules *ab hominibus judicari* nec poſſe, nec debere, & credidit, & profeſſus eſt Imperator; quo fato (adverſus conſcientiæ propriæ dictamen) quam ſuprà vires noverat rem aggreſſus, Euſebium qui *immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti culpam eſſe* non ignorabat, laudatorem nactus eſt? ipſum utpotè oculatum teſtem audiamus, ἀνεξικάκως ἐπηκροᾶτο βασιλεὺς τῶν πάντων, σχολῇ τ' εὐτόνῳ τὰς προτάσεις ὑπεδέχετο, ἐν μέρει τ' ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκατέρου τάγματος λεγομένων ἠρέμα συνήγαγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πράως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, τοὺς μὲν πείθων, τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ εὖ λέγοντας ἐπαινῶν, πάντας τ' εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων εἰς ἔθ' ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι κατεστήσατο. Dixeris forſan Imperatorem partes ſuas dum de fide diſceptarent Epiſcopi interpoſuiſſe, nec Euſebii verba ad cauſas eorundem perſonales Rufino memoratas trahenda eſſe; ſed hoc ipſo nodum adverſus ipſummet Rufinum fortius ſtringes, ne ipſi quomodocunque exortum errorem ſeminaſſe impunè ſit. Si enim in cauſa hæreſeos principem cum Epiſcopis cognitorem eſſe licuit, quanto magis in quæſtionibus morum? 5. Abſurdum rurſus & ἀσύστατον quod hinc Conſtantino, inde Epiſcopis Rufinus ejuſque exemplo Sozomenus & Gelaſius Cyzicenus imputarunt; ſi enim *Epiſcoporum jurgia nullius hominis judicio ſubdenda*, ſed *divino examini reſervanda*, ex Pſalmo 81. (quem de *judicibus & principibus* quibuſcunque agere, Hieronymus, Arnobius, &c. notant) conſtabat; tantane ſui juris ignoratione eoſdem laboraſſe credibile eſt, ut id (quantum quantum fuit) *libellorum* principi nondum lavacro regenerationis tincto oblatorum ſub-

 ſcriptio-

ſcriptione, ſpontè abdicaverint; nec ante ad ſanam mentem redierint, quam eos omnes quid ſui officii eſſet Catechumenus princeps docuerit? ſi neſciebant unde novit ἀμύητος? ſi noverant quî factum, ut (neſcientium more) ſuſque deque habito & Davidis oraculo & Epiſcopali προνομίῳ, ad *humani*, (non cujuſcunque, ſed *laïci*, necdum Chriſti teſſerâ donati) *judicis* tribunal *velut agmine facto* occurrerint? 6. Conſtantinum, ſive præcedentia, ſive ſubſequentia ejus acta ſpectemus, cum ſe Clericorum quorumcunque *judicem* (ſicubi res exegiſſe viſa eſt) exhibuerit, quicquid Rufinus comminiſci auſus eſt, proteſtatum fuiſſe impoſſibile prorſus eſt. Anno ante Nicænam Synodum 8 exeunte, Chriſti 316 poſt Synodorum Romæ & Arelate congregatarum *inter partes Cæciliani cauſam cognovit*. Anno 321. Maji 5. ad Celſum Vicarium ſcribens, aliud in cauſa eadem judicium ſpopondit; *perſonas* (inquit) *quæ res iſtiuſmodi concitant, faciuntque ut non cum ea qua oportet veneratione ſummus Deus colatur, perdam atque diſcutiam*, &c. *tam ſuper plebe, quam ſuper Clericis his qui primi ſunt, ſum diligentiſſimè quæſiturus, idque judicaturus quod veriſſimum & religioſiſſimum eſſe manifeſtum ſit*. A. D. 326. de pœna, quam Euſebius Nicomedienſis & Theognis Nicænus commeriti erant, irroganda, ſententiam dixit in hæc ad Nicomedienſes verba; τοῦτο περὶ τοὺς ἀχαρίστους τούτους ἔκρινα πρᾶξαι, ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς πορρωτάτω ἐξορισθῆναι. A. D. 328. Euſtathium Antiochenum in Thraciam relegavit; eodem ferè tempore Athanaſio ſequentes minas intentavit; ἐὰν γνῶ ὡς εἰ κεκώλυκάς τινας τῆς ἐκκλησίας μεταποιουμένους, ἢ ἀπεῖρξας τῆς εἰσόδου, ἀποστελῶ παραυτίκα τὸν καὶ καθαιρήσοντά σε ἐξ ἐμῆς κελεύσεως καὶ τῶν τόπων μεταστήσοντα. Eundem paulò poſt à Meletianis accuſatum abſolvit, ſic enim de ſe apologia 2. ipſemet; ὁ μὲν βασιλεὺς ἐν τῇ ψαμμαθίᾳ ἤκουσεν ἡμῶν, αὐτοὶ δὲ συνήθως καταγνωσθέντες ἐῤῥίφησαν. A. D. 332. cum homicidii reus peractus eſſet γράφει [βασιλεὺς] εἰς Ἀντιόχειαν Δαλματίῳ τῷ κήνσωρι ἀκοῦσαι

Auguſt. Brevic. coll. 3. diei.

περὶ

*περὶ τῆς τοῦ φόνου δίκης.* Compertaque accuſati innocentia *ἔπαυσε τὸ δικαστήριον Κήνσωρος.* A. D. 335. repetitis accuſationibus odioſum factum Tyri ſe ſiſtere juſſit, *ἐμοὶ γράφει καὶ ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὥστε καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ἐπιστέλλεσθαι.* Convocatis ad Tyriam Synodum præſulibus exilium ni parerent minatus eſt, *ἐάν τις τὴν ἡμετέραν κέλευσιν διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται, ὡς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλῶν, ὡς οὐ προσῆκεν ὅρους αὐτοκράτορος ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἐξελεγχθεῖσιν ἀντιτείνειν*, ab iiſdem poſt damnatum Athanaſium actorum rationem exegit *ἀπειγομένως πάντας ὑμᾶς πρὸς τὴν ἐμὴν συνελθεῖν εὐσέβειαν βούλομαι, ἵνα τὴν τῶν πεπραγμένων ὑμῖν ἀκρίβειαν δι' ὑμῶν αὐτῶν παραστήσετε*, paulò poſt Athanaſium eundem adverſariorum calumniis obrutum Treviros amandavit; nec ab Athanaſiana, aut Euſtathiana diverſa fuit Romani pontificis conditio. Nam (atteſtante Romæ à Damaſo Papa anno 378. contracto Concilio) *Silveſter Papa à ſacrilegis accuſatus apud* [ Gratiani ] *parentem Conſtantinum cauſam propriam proſecutus eſt*; annis verò 367. & 378. Imperialis * *judicia tranquillitatis probata Damaſi innocentia*, cum is † *in ſua cauſa Imperialis teneret inſigne judicii vitaque ejus* principis *clementia judicata* eſſet, *poſt ſententiam judicium non declinavit*; ‡ *ſed exempla majorum ſecutus, petiit, ut Epiſcopus Romanus, ſi Concilio ejus cauſa non crederetur, apud Concilium ſe imperiale defenderet*: quam iniquè & impiè ſi ( quod Rufinus primus vigilans ſomniavit) Epiſcopi *divino examini reſervati, Dei ſolius expectare judicium* debuerunt; *non potuerunt ab hominibus judicari*; fuitque *inconveniens ut illos homo judicaret*? Faceſſat igitur procul, perpetua Conſtantini, totiuſque antiquitatis praxi profligatum, quod tanto tempore tam multis impoſuit infruniti (ſi Hieronymum audiamus) hominis delirium: nec ad movendum nobis commenti faſtidium leve ſit, quod illi ipſi apud quos primos fidem invenit non niſi caſtigatum admiſerunt: * Sozomenus qui ſacerdotum ( Rufini exemplo ) lites

Append. Cod. Theodoſ. p. 88.

Conſtantinus M. Fauſtæ maritus.
|
Conſtantius Fauſtinæ maritus
|
Conſtantia poſtuma Gratiani uxor prior.

* P. 85.
† P. 87.
‡ Ibid. p. 88.

* Lib. 1. c. 16.

lites in diem ultimam diſtulit, iiſque δικαστὴν Dominum unum aſſignavit; nullum Pſalmi locum à Conſtantino laudatum
* Lib.2. c.8. refert; * Gelaſius geminum *ego dixi Dii vos eſtis, & filii altiſſimi omnes*; de quo apud Rufinum nihil: & *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*, quem productiorem citaverat, Rufinus; ubi verò apud eundem legit, *poteſtatem vobis dedit de nobis quoque judicandi* inducta voce *nobis*, verbiſque ſequentibus *& ideò nos à vobis rectè judicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus judicari, propter quod Dei ſolius inter vos expectate judicium, & veſtra jurgia quæcunque ſunt, ad illud divinum reſerventur examen. Vos etenim nobis & Dei dati eſtis Dii, & conveniens non eſt* ut homo *judicet Deos; ſed ille ſolus de quo ſcriptum eſt*, &c. alia quæ ſenſum diverſum faciant ſubjicit, hæc nimirum: τοῦ θεοῦ ὑμᾶς προχειρισαμένου ἱερεῖς τε καὶ ἄρχοντας, κρίνειν τε, καὶ διακρίνειν τὰ πλήθη, καὶ θεοὺς εἶναι, ἅτε δὴ ἀνθρώπων ἁπάντων ὑπερέχοντας ὁρισαμένου κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐγὼ εἶπα θεοὶ ἐστέ. *poſtquam vos Deus ſacerdotes, & judices, ad judicandas & dijudicandas multitudines promovit, Deoſque tanquam cæteris hominibus præſtantiores eſſe decrevit ſecundum dictum ego dixi*, &c. Gregorius denique primus cujus locum Nicolaus I. epiſtolâ 8. & Gratianus *cauſ.* x 1. q.1.c.41. exſcripſerunt; ſingula hæc reſecuit, *poteſtatem* ſacerdotibus *de* principibus *judicandi, datam*; *datos* eos principibus *Deos*; eos *ab hominibus non poſſe judicari*; eos *Dei ſolius expectare judicium*; eorum *jurgia quæcunque ſunt, ad illud divinum examen*; hoc uno *dignum non eſſe ut principes Deos*, id eſt ſacerdotes *judicent* contentus; quod nemini ante annum 367. à Niceno Concilio 43.
Ambroſ. lib.2. epiſt.3. ſeu 13. in mentem venerat; quo primum Valentinianus major, *legibus ſuis ſanxit*, in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar ſit, nec jure diſſimilis; *hoc eſt ſacerdotes de ſacerdotibus voluit judicare; quin etiam, ſi aliàs quoque argueretur Epiſcopus & morum eſſet examinanda cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale judicium pertinere*, in cæteris enim vi tantum compromiſſi, juxta leges à Conſtantino

anno

anno 318. Iunii 23. & 331. Maii 5. latas à litigantibus *cognoſcendi partes* Epiſcopis *imponi* poterant, ea lege ut *pro ſancto haberetur, quicquid ab iis judicatum fuerat*; quod tamen non ſemper obſervatum fuit, quandoquidem in cauſa quam cum Marcello Epiſcopo, ſub *compoſitionis arbitro* Ambroſio, habuit; potuit, poſt annum 374. (ipſomet Ambroſio teſte) læ- Lib.6. epiſt.4. ſeu 49.
tus *non acquieſcere.*

Sed nec plenam vel Gregorii ævo apud omnes, vel apud Gregorium ipſummet anno 593 à Concilio Niceno 268, à Rufini obitu 183. fidem invenerat; Epiſcopos *Deos eſſe*, quos principes *judicare dignum non ſit*; ſiquidem eos Mauritii *manui* (ut *iis dominaretur*) *commiſſos*, ſe *indignum pietatis* Mauritii ejuſ- Lib.2.epiſt.62. 4.epiſt.31.
dem *famulum*; *juſſionibus* ejus *ſubjectum*, qui eum *Dominum habuerat, quando is adhuc Dominus omnium non erat*; *pulverem & vermem coram eo loqui*; *quæ debebat exolviſſe* ei *obedientiam præbentem*; *datam* ei *ſuper omnes homines poteſtatem* credidit; anno-
que 596 quia *cauſa ſecularis judicis intererat*, *Epiſcopos ad pietatis* Lib.5.epiſt.63.
Imperatoriæ *veſtigia exiſtimavit eſſe tranſmittendos*; ſi ſacerdotes principum comparatione *Deos* putavit, quî factum ut eos principis *manui commiſſos*, homini *omnium Domino* ſubditos *Deos* ſcriberet? ſi *dignum non fuiſſe* putavit *principem de ſacerdotibus judicare*, qua mente ſacerdotes qui judicandi ſunt *ad* principis *veſtigia tranſmittendos* exiſtimavit? an ut quod nec ſe, nec principe *dignum* erat præſtarent? Si denique (ut Rufini incogitantia manifeſtior evadat) ſe *hominem* profeſſus Conſtantinus, Epiſcopos pro *Diis* habuit; quo auſu iis & minas intentavit, & pœnas irrogavit, & mandata dedit, & *humanam* infirmitatem *Divinæ* majeſtati prætulit? ſi non poterant *ab hominibus judicari*, quo fato ſæpius *judicavit*, & quod (ſuo judicio) *fieri non poterat*, nec *conveniebat*, reipſa fecit? ſi *ſolius Dei judicium expectare debuerunt*, cur *apud* eum *propriam cauſam* judicandus *proſecutus eſt Silveſter Papa*, Gratianique *clementiâ* poſt annos circiter 30. Damaſi *vita judicata eſt*?

Vides(lector)Rufini commentum quod indubitata historiarum monumenta penitus evertunt, nulla consistere ratione posse, propria Gregorii septimi eo abutentis σφάλματα indicanda restant ne cui deinceps ruendi occasio sint; I. *Constantinum Regum omnium & principum ferè totius orbis Dominum* fuisse, nec ex Gregorii primi epistola (quod prima fronte videri possit) à septimo petitum est, nec verum; Cum enim sub Constantino & posteris in dioeceses 14. provinciasque 119 tandem divisum sit Imperium, Reges nullos clientelares habuit, nisi fortè Anaballianum Constantini propinquum & Bacurium Ibericum; nec ultra Danubium, Rhenum, Euphratem protensum fuit; extra ejus fines in Occidente; Hibernia, & Britanniæ pars Septentrionalis cum adjacentibus insulis; Germania inter Danubium & Rhenum sita; Sarmatia tota, in Asia, Scythia Asiatica, Persarum regnum, Arabia felix, India ad Sinas usque; in Africa Æthiopia gentesque aliæ barbaræ sitæ, quæ omnia longè maximam veteribus noti orbis partem efficiunt, ut non injuria enumeratis Romani orbis dioecesibus *innumerabiles insulas, provinciasque quæ vix numerari possint*, superesse scripserit Optatus lib. 2. II. *post omnes Episcopos in Nicæna Synodo ultimus* nec *resedit*, nec eum resedisse dixit Gregorius primus; nam Eusebio, oculato teste, auctore; πάντων ἐξαναστάντων ἐπὶ συνθήματι ὃ τὴν βασιλέως εἴσοδον ἐδήλου, αὐτὸς λοιπὸν διέβαινε μέσος, &c. ἐπεὶ δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὴν πρώτην τῶν ταγμάτων ἀρχὴν μέσος πρῶτος ἔστη, σμικροῦ τινὸς αὐτῷ καθίσματος ὕλης χρυσοῦ πεποιημένου προτεθέντος οὐ πρότερον ἢ τοὺς ἐπισκόπους ἐπινεῦσαι ἐκάθιζε. ταυτὸν δ᾽ ἔπραττον πάντες μετὰ βασιλέα. *Consurgentibus ad signum, quod Regis introïtum indicabat, universis; per medios ipse de cætero transiit*, &c. *simulac verò ad primum ordinum initium prætergressus constitit, posito prius parvo quodam ex auro fabrefacto sedili priusquam Episcopi innuissent, non consedit. Idem verò post Regem fecerunt universi.* Intravit ergo *ultimus*, sed antequam introïret

De vita lib. 3. c. 10.

*signo*

*ſigno dato conſurrexere omnes*, *per medios*, honorificentiæ cauſa ſtantes *proceſſit*; *ſedili parvo*, ſed *ex materia precioſiore*, locoque *honoratiſſimo poſito*, *conſedit*, rogantium *nutibus* invitatus *ſedit* prior, nec niſi eo jam ſedente alii *conſederunt*. III. Sequentia univerſa, *nullam judicii ſententiam* Conſtantinum *ſuper* Epiſcopos *dare præſumpſiſſe*; Epiſcopos eundem *Deos vocaſſe*; Epiſcopos *ejuſdem judicio ſubeſſe non debuiſſe*; ſe denique *ad illorum arbitrium pendere judicaviſſe*, & falſa ſunt, quia ſæpius *ſuper Epiſcopos* Cæcilianum nimirum, Euſebium Nicomedienſem, & Theognim Nicænum, Euſtathium Antiochenum, Athanaſium Alexandrinum, & Silveſtrum Romanum, *judicii ſententiam dedit*; ſubditos, non *Deos* credidit; eoſdem *ſuo judicio ſubeſſe debere* docuit; ut ad *nutum* obedirent, non ut ipſe *ad eorum arbitrium penderet*: & à Gregorii magni mente alieniſſima quiſe *indignum* Mauritii *famulum* ejuſdem *juſſionibus ſubditum* profeſſus, ei *obedientiam præbere deſideravit*, eamque *præbens*, *exolvere ſe quæ debebat* judicavit. Hæc tamen omnia & vera & certa eſſe ſtatuamus, quis ad Gregorii primi mentem, ſeptimi adverſus Henricum III ἐγχείρημα feciſſe dixerit? Si ex eo quod ſacerdotes *Deos* ſive verè ſive falsò vocaſſe Conſtantinus dicitur, non modo *Regibus* (qua *Reges* ſunt) ſuperiores eos eſſe, ſed *Regum* (ſi demereantur) deponendorum poteſtate præditos credere neceſſe ſit; Romani pontificis (quod multi nunc perperam autumant) propria nequaquam fuerit, ſed omnium communis; quandoquidem Papa nec aliis ullis *magis ſacerdos* eſt; nec (qua *ſacerdos*) poteſtate potior, ſed æquo cum minimis collegii ejuſdem jure; nec ad eum, ex titulo *Deitatis* (ſi Rufini commenta ſectemur) communi, peculiaris in eum vis dimanaverit; ſed (Gregorio ipſo magno judice, qui Rufini fabulam Mauricio Auguſto *non pro* ſe, ſed *pro cunctis ſacerdotibus ſuggeſſiſſe* ſe proteſtatus eſt) ad omnes ex æquo pertinens, ut quemlibet è ſacerdotali choro (quod ipſa nunc Roma nequaquam probaverit) pari jure contingat

Regum

Regum destituendorum potestas, quæ in *unum verum Deum* (*quo solo minores* eos vetus Ecclesia professa est) cadit.

Vide Tertull. apol.

*Regibus malis qui religiosè non vivunt actibusque suis Deum* (*ut oportet*) *non metuunt*; *Dæmones*, hac in parte *dominari*, *cum se* non regant, *Reges* non præstare: *Diaboli corpus esse*; eo fine *Dominatum affectare*, *ut intolerabilem superbiam ostentent*, *animique libidinem expleant*, jure nemo negaverit, sed in *Reges* (etiam pessimos) qui legitimo titulo imperant si regnandi (quâ indignis modis abutuntur) potestatem sibi vendicent Augustini à Gregorio VII laudata verba torqueri nequaquam possunt hæc nimirum: *Cum eis, qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, quilibet dominari affectant, intolerabilis omninò superbia est.* Nec enim *naturaliter paribus*, sed (jure divinitus ordinato, quo superiores cæteris hominibus facti sunt) minoribus, se præferunt; nec *intolerabilis superbiæ* rei sunt, sed assignati gradus tenaces; nec *dominari affectant*, id est *dominatum* ad se non pertinentem usurpant, sed debitum sibi arrogant, cum collatam semel regnandi potestatem mordicus tuentur, suumque sibi jus sartum tectum servari volunt: *legitimi* (si jus legitimæque potestatis titulum spectes) *Reges* sed optima potestate malè usi, quo nomine Deo qui potestatis illius verus auctor, eamque liberrimo arbitrio contulit, non hominibus in quos contulit, pœnas debent, & suo tempore (nisi ex officio agant in melius mutati) dabunt.

De doctrina Christiana lib. 1. c. 23.

Quærit Septimus, *quis dubitet sacerdotes Christi, Regum & principum omniumque fidelium patres ac magistros censeri* ut mox *à genere in genus* (quod vitiosissimum est) transitum faciens, inferat *miserabilis insaniæ esse, si filius patrem, discipulus Magistrum sibi conetur subjugare; & iniquis obligationibus illum suæ potestati subjicere, à quo credit non solum in terra, sed etiam in cælis se ligari posse ac solvi.* Sed illatio hæc tota inconveniens, & ab omni planè ratione aliena est, cum sensus ipse communis uni eidemque homini in diversis ordinibus constituto, alia atque

alia

alia uno eodemque tempore & officia & nomina convenire doceat, nec absurdum esse, si qui *pater & magister* habetur, alio respectu *filius ac discipulus* audiat; qui enim in familia naturâ *filius* est, & *patri* (natalium jure) *subditus*; in republica naturalis patris, *pater* politicus esse potest Majestatisque jure *Dominus*; hinc Mauritius ad Imperium evectus Pauli *filius* esse, eique *filiale* obsequium exolvere non destitit, licet Paulus idem, qui patria potestate nequaquam exciderat (quà *civis* non quà *pater*) Mauritium *filium* Romani *orbis caput*, & *patriæ patrem* factum æquo cum subditis aliis jure benignum *patrem* ac *Dominum* veneraretur. Qui rursus in schola *discipuli* partes implet, si quando in throno Majestatis considеat, *Magistris* ut aliis omnibus imperat; hinc Augustus Apollodoro Pergameno, Sphæro, Areo & filiis; Dionysio & Nicanore *magistris* usus, *discipulumque* ex animo professus, varia eorum eruditione post principatum repleri non erubuit; nec minus *principem* egit; iisdem, quos *Magistros* colebat, *dominatus*. In Ecclesiæ etiam Christo capiti subdito corpore, qui *singulare membrum* est, & *ovis spiritualis*, *pastorum* ductum sequens, non *pastor*; in *reipublicæ* politico corpore (quod *Ecclesiam*, Optato teste, complectitur) *caput* eminet, *pastorem populorum* agit, ipsosque Ecclesiæ sacerdotes, (in spiritualibus, sub Christo summo pastore, *pastores*) in civilibus (ceu totidem reipublicæ *membra*, politicasque *oves*) *pascit*, & *dominio* (quà tales sunt) *subditos* habet. Hinc Augusti Mauritii in Spiritualibus *pater* Gregorius magnus, ejusdem (ut *rerum Domini*, & communis plebis patris) *manui commissos sacerdotes*, imò se *indignum* ejus *famulum*, regali *jussioni subjectum* spontè confessus, nec principale fastigium exhorruit; nec *iniquas obligationes* quæ Clericos summis potestatibus subjicerent, reputavit; nec exemptos laïcorum quorumcunq; dominio sacerdotes protestatus est; sed Mauritio ipsemet *obedientiam præbere desideravit*; eam *præbens*, *se quæ debuit exolvere*, credidit; sibi ab Imperatore,

Lib.2.epist.62.

Lib.4.epist.31.

suique ordinis hominibus, abundè satisfactum testatus est, si *sacerdotibus ita dominaretur ut debitam reverentiam impenderet*: incommodè verò ac præter Scripturæ veterumque mentem, *non solum in terra, sed etiam in cælis ligari posse & solvi, à sacerdoti-*
In Matth. homil. 61. *bus* principes scribit, cum ex Chrysostomi sententia non προέδρῳ, δέησον πιστὴν, sed λελυπημένῳ ἐὰν δεήσῃς dixerit Dominus: Nec *ligandi solvendique in cælo* homini cuiquam potestatem tribuerit, quasi quicquid hîc quomodocunque *liga-*
Cyprian. de lapsis. *verit* aut *solverit*, *ligasse* idem aut *solvisse in cælo* videatur; *remittere* enim *aut donare indulgentiâ sua servus non potest, quod in Dominum delicto graviore commissum est*, &c. *nec statim videri potest de divina majestate concessum quod fuerit humana pollicitatio-*
De Abel lib. 2. c. 4. *ne promissum*: observandum itaque ex Ambrosio, *remitti pec-*
* In Psal. 38. *cata per officium sacrumque ministerium sacerdotis*, * *non potestatem*
† In Matth. 16. *usurpantis, sed servientis imperio*. 2. ex Hieronymo † eos *aliquid sibi de Pharisæorum assumere supercilio qui vel damnant innocentes, vel solvere se noxios arbitrantur, cum apud Deum non sacerdotum sen-*
In Levit. homil. 24. *tentia sed reorum vita quæratur*. 3. ex Origenis verbis in Decretum *causa* 24. q. 4. c. 7. relatis, cum *qui non recto judicio foras mittitur, si non antè exierit id est si non egerit, ut mereretur exire, nihil lædi; interdum eum qui foras mittitur, intus esse, & qui foris est, intus retineri videri*. 4. ex Hieronymo denique & Cypriano sive *soluta*, sive *ligata* ab hominibus *in terra* peccata credantur, non eo sensu *solvi* aut *ligari in cælo* dici, ut homines ulli *in cælo* quicquam sive *ligando* sive *solvendo* agere propriè credantur; sed ut ab iis ex officio sive *ligatos* sive *solutos in terra*, à Domino ipsomet *in cælis ligari* aut *solvi* statuamus: sic enim ille in Matth. c. 18. *potestatem tribuit Apostolis ut sciant qui à talibus comdemnantur, humanam sententiam divina sententiâ roborari; & quodcunque ligatum fuerit in terra* (ab Ecclesia) *ligari pariter & in cælo*, à Domino scilicet: hic verò tractatu de lapsis: *Nec quicquam sibi usurpat & vindicat humana sententia, nisi annuat & censura divina*.

Sub-

Subductis ad unum quæ malè jacta videbantur feralis illius, quam sibi anno 1076 primus in temporalia Regum Gregorius VII arrogavit, potestatis fundamentis, immanem ejus (quanta quanta est) inevitabili casu molem ruere necesse est; cum firmiora ulla vel ex Scriptura, vel ex antiquæ Ecclesiæ decretis, & praxi, quibus ruinam (quamprimum stare cœpit) minantem statuminaret, fulcra habuisse eum verisimile non sit, & potiore ad eandem usurpandam argumento quam ex decessoris exemplo petito inducti non videantur, quotquot ab annis ferè 570 ad fatalem illam Regibus machinam perfugium fecerunt; & quam tuendam susceperunt causam, imprudentes prodant quotquot Gregorii VII (cujus, ex privilegio loci, omni exceptione major auctoritas videri poterat) præsidiis diffisi, melioribus investigandis per annos jam plus minus 60. irrito conamine insudarunt; quandoquidem exactis ferè XI (à Christo nato) seculis novam (quâ semper anteà caruerant Christiani priores) in Ecclesia exortam potestatem fuisse prorsus improbabile est; cum aliis Christiana resp. dotibus aucta, præstantioribusque promissis quam quæ prioribus Christianismi sæculis floruit, munita non sit. 2. Nullam unquam hominis cujuscunque in Reges Regumque temporalia potestatem agnovere, quotquot ante Gregorii VII ætatem vixerunt Christiani, cum Reges *uni Deo subjectos*, omnique (quoad homines) *pœnarum metu solutos*, constanter à primis Ecclesiæ temporibus ad undecimum usque sæculum professi sint; nullusque qui in contraria sententia fuerit notari possit. Hinc circà A. D. 200. Tertullianus * *sentiunt* [Impp.] *Deum esse solum in cujus solius potestate sunt, à quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes Deos, & super omnes homines:* Idem † *Imperatorem Deo commendo cui soli subjicio.* Item ‡ *Colimus Imperatorem sic quomodo & nobis licet, & ipsi expedit; ut hominem à Deo secundum, & quicquid est à Deo consecutum, solo Deo minorem: Hoc & ipse volet; sic enim omnibus*

* Apol. c.30.
† Cap. 33.
‡ Ad Scapulam.

*nibus major est, dum solo vero Deo minor est.* Osius Cordubensis epistolâ anno 355. ad Constantium Augustum data οὐχ' ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν *nobis fas non est in terra principatum tenere*; quanto minus *Regibus imperare*, ut quandocunque libuerit loco cedant. Basilius magnus anno circiter 370. de Davide in Psalm. 37. οἷα βασιλεὺς ἐπαιρόμενος, διὰ τὸ μηδενὶ κρίσει ὑποκεῖσθαι, *velut Rex attollitur, quod nulli judici subjaceat.* Optatus Milevitanus anno plus minus 378 adversus Parmenianum lib. 3. *Meritò Paulus docet orandum esse* pro Regibus *&* *potestatibus, etiamsi talis esset Imperator qui gentiliter viveret*, &c. *Cum super Imperatorem non sit nisi solus Deus qui fecit Imperatorem, dum se Donatus super Imperatorem extollit, jam quasi hominum excesserat metas; ut se, ut Deum, non hominem æstimaret; non verendo eum qui post Deum ab hominibus timebatur.* Ambrosius eodem ferè tempore in Psal. 40. *David quasi Rex, legibus non tenebatur humanis; Deo tamen obnoxium se pro peccatis suis esse cognoscit.* Apolog. David. c. 10. *nullis David legibus tenebatur, quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum, nec enim ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti Imperii Majestate.* Hieronymus epistolâ 22. circà annum 383. data *ad Dominum, pœnitens David loquitur*, Tibi soli peccavi, &c. *Rex enim erat, alium non timebat*; quod epistolâ 46. c. 3. repetit. Felix 3. epistolâ ad Zenonem Augustum anno 483. data *vice Dei præsides*: Anastasius epist. ad Anastasium Imp. anno 497. scripta *Imperatorem (velut Vicarium) Deus præsidere jussit in terris:* Arnobius junior (quem Cassiodorus, Euthymius, Glossa sequuntur) in Psal. 50. *Rex sub nullo alio nisi sub Deo solo agens, ipsum solum super potestatem suam metuens Deo soli peccavit.* Gregorius Turonensis in Concilio Parisiis in Basilica S. Petri Apostoli (quæ nunc S. Genovefæ dicitur) anno 577 congregato, ad Chilpericum Regem. *Si quis de nobis (ô Rex) justitiæ tramitem transcendere voluerit, à te corrigi potest; si verò tu excesseris, quis te corripiet? loquimur tibi, sed si volueris, audis; si autem nolueris, quis te condemnabit, nisi is*

Lib. 5. c. 19.

*qui se*

*qui se pronunciavit esse justitiam?* Gregorius magnus lib.2. Ind. 11. id est anno 593. epist. 62. ad Mauritium Augustum. *Ego indignus pietatis vestræ famulus in hac suggestione neque ut Episcopus neque ut servus, jure reipublicæ, sed jure privato loquor; quia Serenissime Domine ex illo jam tempore Dominus meus fuisti, quando adhuc Dominus omnium non eras*, &c. *potestas Dominorum meorum pietati cœlitus data est super omnes homines*, &c. *respondebit Christus dicens*, &c. *ego sacerdotes meos manui tuæ commisi; & ego quidem jussioni subjectus*, &c. *quæ debui exolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui*: & lib.4. epist. 31. anno 595. datâ *Sacerdotibus non ex terrena potestate Dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum cujus servi sunt, eis ita dominetur ut etiam debitam reverentiam impendat*, si enim Regi *cœlitus potestas in omnes homines data*, si *sacerdotes, ejus (jure reip.) servi*; si Gregorius ipse *jussioni subjectus famulus, obedientiam, præbendo quæ debuit exolvit*; si *manui* Regis à Christo *sacerdotes commissi sunt*; si denique *sacerdotibus* jure *dominari* potest: quid falsius & ex Gregorii sententia absurdius effingi potuit, quam *ad sacerdotum jure reip. servorum* (quod Gregorius VII voluit) *arbitrium*, ipsis *cœlitus datum* Dominum *pendere*, ut eorum quibus ex officio *dominatur judicio* exauctorandus ullo in casu *subsit*? Beda circà annum 730. in Psalm. 50. *Rex si peccat, soli Deo peccat, quià nullus illum pro peccatis suis puniet*. Bruno Herbipolensis anno 1040. denatus, in Psalmi 50. enarratione post Gregorii VII natale scripta, *Quando Rex delinquit, soli Deo reus est, ille igitur Rex soli Deo peccare se dicit, quia hominem non habet qui ejus facta dijudicet*. Otto Frisinghensis epistolâ anno 1157. à Gregorii VII decessu 72. exeunte, ad Fridericum Imp. scripta: *Cum nulla inveniatur persona mundialis quæ mundi legibus non subjaceat, subjacendo coërceatur; soli Reges (utpotè constituti suprà leges) divino examini reservati, seculi legibus non cohibentur; undè illud est tam Regis quam prophetæ testimonium*, Tibi soli peccavi, &c. *Cum juxta Apostolum omni mortali* horrendum *sit* incidere

Psal. 50. 6.
Hebr. 10. 31.

incidere in manus Dei viventis, *Regibus tamen qui nullum præter ipsum suprà se habent, quem metuant; eo erit horribilius quo ipsi cæteris possunt peccare liberius.*

3. Ecclesiam tum demum cum Paganismo everso rabidos monstrorum in Dei monarchiam, Trinitatem, incarnationem Dominicam, armatorum, conatus fregit; Reges *filios* ac *nutricios* habere, opibus ac pace diffluere cœpit invidiosa in Reges eorumque temporalia potestate (quâ anteà penitus destituebatur) auctam fuisse statuere, æquè absurdum est, ac si quo maxime tempore ad propulsanda insana Satanæ mancipiorum molimina potestas illa necessaria videri poterat, eam defuisse; quo illa minus indiguit adfuisse; summumque piorum curatorem Deum, quando maximè fovere eos oportuit neglexisse dicamus. 4. Non minoribus incommodis quocunque se vertat gravabitur, quisquis penes priorum seculorum Ecclesiam potestatem quam primus ex Hildebrando Gregorius exercuit, sed ἀργὸν fuisse dixerit; vel enim sibi ab initio datam scivit Ecclesia, vel nescivit: Nescivisse si finxeris, & in Deum impius, quasi in necessariis defuerit, dona non utenda, in veterno correptorum, (ne quid sibi boni contigerat, nosse possent) sinu fundens; & Ecclesiæ primitivæ injurius, quasi à primis cunabulis, non (catulorum more) ad paucos dies; non (cæci nati instar) ad *annos* plus minus 40; sed ad secula ferè undecim, oculis capta, seipsam suaque ignoraverit; quæ procedente tempore posteris (quos sequïor ætas vitiosiores tulit) spontè patuerint. Si rursus eam, quid sibi in *potestate* vel *temporali*, vel *in temporalia* opis esset scivisse, ejusdem tamen usu (per mille, & quod excurrit, annos) consultò abstinuisse malueris; *insanâ* (velis nolis) *insaniorem* credideris, cum insanum vel ignarum sibi deesse aliquem; scientem prudentem utilium ac licitorum usum (quando maximè opus est) abdicando seipsum prodere excusationem nullam mereatur. 5. Cum partim falsis ac depravatis partim

Ioan. 9.

imper-

impertinentibus & in alienum ſenſum detortis principiis (quod ad oculum demonſtraſſe nos ſperamus) tota quam anno primum 1076. Gregorius VII procudit poteſtatis temporalis aſſertio nitatur; verumque ex ſolis veris, neceſſariis, & immediatis neceſſariò deducatur; non niſi falſa & vitioſa eſſe poteſt tam Gregorii quam ſequacium concluſio, *Reges quos Rom. Eccleſia vel inutiles, vel damnoſos judicaverit ejuſdem decreto abdicare fas eſſe.* 6. Ad confirmandam Romanæ Eccleſiæ in Regum temporalia poteſtatem aptiora quam fuerint Gregorii VII, ad Herimannum Metenſem argumenta à nuperis excogitata fuiſſe, & falſum eſt, & (ſi verum demus) ad poteſtatis illius aſſertionem inutile, quæ *vitioſo* primum *orta principio, non potuit tractu temporis convaleſcere*, quantumvis novo apparatu circumveſtita plures indies admiratores nacta ſit. 7. Gregorii VII licet in præmiſſis (quibus Romanæ Eccleſiæ *in* principum *temporalia poteſtatem* ſe demonſtraturum ſperavit) erraverit, veram certamque concluſionem putare à ratione prorſus alienum eſt; nulla enim alia veram indubitatamque aſſerentibus elabendi via, quam ſi (quod pontificiæ Majeſtatis cultores nunquam admiſerint) *ecſtaſi* * (*ut quod loqueretur neſciret*) correptum, *in morem inſanientium fœminarum*; ac † veluti *ὑποζύγιον ἄφωνον hominis* olim *voce* uſum *ſine mente ſonum dediſſe* ſomnient.

* Hieron. præf. in Habac. & Eſaiam.

† 2 Pet. 2.16.

Nutantis Herimanni qui inter factionis ſigniferos ab initio (utpote gente Saxo) fuerat, hoſtilis in Henricum Regem animus, famoſâ illâ quam refutavimus Gregorii VII epiſtolâ confirmatus ad tempus obduruit, ſed ſuo damno; cum enim anno 1078 ‡ *ab Eccleſia ſua receſſiſſet fugiens* ſuffectuſque S. Arnulfi Abbas Walo, paulò poſt abdicaſſet; anno 1085. *in Synodo* Moguntiæ hebdomade 2 poſt Paſcha, *damnatus atque depoſitus eſt*; nec amiſſam (quam Bruno Salmenſis occupaverat) ſedem niſi ad pauciſſimos dies * placato Henrico recuperavit anno 1090. Maii 4. denatus. Pau-

‡ Apol. pro Henrico lib. 2.

* Reconciliatum Henrico Herimannum docet charta tranſlationis S. Clementis A. D. 1090, Indict. 13. *Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, Imperante Henrico III Cæſare Romanorum nobiliſſimo* data.

ciſſimis

cissimis aliis datam Romano Papæ *in temporalia* principum *potestatem*, fidem Gregorius & Herimannus fecerunt: Nam (Brunone ipsomet * teste) Sigehardus Aquileiensis *Patriarcha qui Legatus Apostolici, maximus auctor abjurationis extiterat, & novi Regis instituendi; posteà ex regi quasi Regi sociatus retrogradus effectus* est: *Vdo Treverensis Archiepiscopus omni pietate plenus, nimis mansuetus, Henrico plus quam decebat obsecutus, ejus flammeo furori suæ consensionis oleum ministravit. Werinherus Magdeburgensis ejusdemque nominis Merseburgensis Episcopus, cum possent invito Rege (sicut alii) repatriare, nolebant, quod in illo, licet impio Deum, à quo est omnis potestas, offendere timebant.* † *Benno Misnensis Episcopus* (desertis ob quas damnatus à Synodo Mogontina fuerat, Gregorii VII partibus;) *venit ad sedem Apostolicam pro errore suo petiturus veniam, quam & promeruit accipere; cum Clemens * Papa pœnitentem benignè susceperit, & confessum pro errore suo honorificè tractaverit*, &c. *Hartuigus Magadaburgensis Episcopus semel ac secundo damnatus, ut facilius promereri posset Episcopatum ab Imperatore, promittebat cunctos principes qui adhuc essent cum eo discordes, in gratiam ejus reducere*, &c. *acceptisque juramentis super promissæ fidei firmitate, reddidit ei injustè Episcopatum Imperator absque Synodali conventione.* Herimannus ipse qui Gregorii septimi incitamentis, Saxonumque gentilium ferocia audentior A. D. 1076. factus videbatur, quinto post anno Christianæ æræ 1081. succenturiato monitore Gebhardo Salisburgensi, seu Iuvavensi qui *quid in Ecclesiæ dissensione tenendum sentiendumque indicaret, ut respondere valeret, his qui contraria sentiebant & loquebantur*, opus habuit. Hildebrandici omnes (si Apologiam pro Henrico audiamus) in conventu apud Gerstungen anno 1085. Ianuar. 20. *ita sunt confusi, & ita devicti* ab Henricianæ partis præsulibus, *ut non haberent quid respondere possent, manente apud Ecclesiam Dei victoria*, &c. *unde facta dissensione inter ipsos etiam principes adversæ partis, occisus est ibi Thiedericus Comes habens in conjugio sororem Egberti Marchionis, quem*

* De bello Saxon.

† Apol. pro Henrico lib. 2.

* Aliàs Wigbertus.

*quem cum alter Thiedericus, suus scilicet cognatus, cœpisset defendere, occisus est & ipse. Et certè nisi fuga eripuisset Vdonem Hildinisheimensis Ecclesiæ Episcopum, & fratrem ejus Chunradum Comitem, ipsi pariter occubuissent per manus operantium iniquitatem, qui ambo multa post hæc passi sunt adversa per provinciales patriæ suæ, scilicet Saxoniæ, quia noluerunt reverti ad partes factionis suæ.* Si conjuratos adversus Henrici à Gregorio VII depositi devotum diris caput, pristinæ levitatis Episcopos pudebat; si factionis inter eos duces, *Deum* (Regi obsequium denegando) *offendere timebant*, suaque officia spondebant; si denique ipse pontificius Legatus (abjurato perduellionis crimine) ad principem legitimum *retrogradus* rediit: quis adeò hebes sit, ut se juramenti Henrico ante anathema præstiti vinculo solutos Regemque à Papa revera *exregem* factum credidisse, *apud* 13 *tantum, aut paulò plures Episcopos Hildebrandi Papæ sancta Dei* fuisse *sacerdotia* in animum inducat? Ibid.

Alia principum ipsorum qui primi frontibus adversis in legitimum principem impetum fecerunt, mens nequaquam fuit. A. D. 1080. Octob. 15. feria 5. Rudolfus ex Suevorum Duce ad regnum à Saxonibus aliisque conjuratis evectus (cum infeliciter ad Elstram pugnasset) *vulneratus* * *in manu dextra, fugit Marcipolim* †, *mortique jam proximus dixit ad familiares suos,* videtis manum dextram meam de vulnere sauciam: Hac ego juravi domino Henrico, ut non nocerem ei, nec insidiarer gloriæ ejus; sed jussio Apostolica, pontificumque petitio me ad id deduxit, ut juramenti transgressor honorem mihi indebitum usurparem. Quis igitur nos finis exceperit videtis, quia in manu unde juramenta violavi mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo ii qui nos ad hoc instigaverunt, qualiter nos duxerint; ne fortè deducti simus in præcipitium æternæ damnationis; *& hoc dicens cum gravi molestia diem clausit extremum.* Rudolfi partes secutus Bruno *dextram* ei *manum amputatam & grave vulnus ubi venter descen-*

* Helmold. Chron. Slavor. lib. 1. c. 29.
† Mersbourg.

 *dit ad*

*dit ad ilia* inflictum, non negat; sed fortem animum præstitisse refert, *cum* (inquit) *cognovisset quod suus haberet victoriam populus*, Nunc, *ait*, lætus patiar vivus & moriens, quicquid voluerit Dominus, &c. *ut illos, quos de sua morte videbat dolentes, consolaretur, se non in præsenti moriturum fidenter pollicetur*; postquam *principes concorditer ei omnes spoponderunt, ut si Deus omnipotens illius vitam servare vellet, eo vivo (etiamsi utraque manu careret) Saxonia nullum alium rectorem eligeret; hac fide multum ille lætatus, felici est morte resolutus.* Sed hæc, quæ cum Helmoldi narratione pugnare prima fronte videntur, conciliare facile est, cum initio *de victoria, principumque sponsione* lætari, benè de vita sperare; simulac verò omnis retinendæ vitæ spes abscessit, animo angi, culpam fateri, de pontificum consilio (quod Bruno studio partium abreptus dissimulavit) queri; *indebitum à se honorem usurpatum*, violatamque sacramenti religionem (quod Helmoldus voluit) seriò deplorare potuerit. Herimannus anno 1081. Decemb. 26. Henrico longè posito Rex salutatus, anno 1086. Indict. 8. *regium nomen deposuit Saxonibus à fidelitate Rom.* Ecclesiæ *recedentibus, & Henricum quem multoties abjuraverant* anno 1088. *recipientibus: unde Hermannus ab eis in Lotharingiam secessit*; sive *Henricum Regem fugiens* (quod Burchardus S. Galli monachus putavit) sive *tam suis quam alienis despectus* (quod Vrspergensis & Krantzius maluerunt) sive *permissione Imperatoris*, quod Nauclerus ex Vrspergensi hausit; Conrado Comiti fratri qui in Hierosolymitano itinere anno 1086. obiit, hac in parte dissimilis quod *indefessus Henrici fautor fuit*, cujus ipse regnum *invasit*; unde evenit, ut anno 1088. depositio Conradi in B. Virginis monasterio, *facta* diceretur, *regnante permissu Dei Henrico tyranno damnato à piæ memoriæ Gregorio pontifice Romano*; tunc enim Conradi liberi Hermanni patrui partibus addicti erant.

Chron. Hildensheim. addit. ad Lambert.

Berthold.

Bruno de bello Saxon.

A. D. 1081. Otto Bavariæ *Exdux à principibus adversæ partis multis pollicitationibus* fractus, *dubitavit* an adversus Henricum Herman-

Hermanno faveret; *magna parte ejus dubitationi consentiente & penè totam Saxoniam commovente, cumque jam totus esset inclinatus ad Henricianorum partes, vix sententiam mutavit:* Egbertus Marchio *sæpè contra* Regem cognatum *conjuravit, sæpè etiam sese à conjuratorum societate ad Regem convertit; & nunc harum, nunc illarum partium fuit, post prælium quod gestum est in Episcopio Wirtziburgensis Ecclesiæ ubi idem Egbertus primus erat de principibus Saxoniæ, post hoc verò Imp. Henricus intravit cum exercitu per Thuringiam in Saxoniam, ubi cum non auderent Saxones atque Thuringi offerre ei occasionem pugnandi; tum quidem Egbertus Marchio (utpotè princeps hujus quoque belli) jurejurando promisit Imperatori, si vellet exercitum inde reducere sese deditionem facturum esse in loco Herosfeldiæ; factum est ita, & adhuc testis est Herosfeldia, quod ibi Egbertus Marchio supplicem se Imperatori obtulit, quod ei fidem juramento promisit, quod Marcham suam & Comitatus suos ab Imp. recepit,* &c. A. D. 1093. *Conradus*, qui *patri suo rebellans, venerat ad Papam Vrbanum, & solutus ab excommunicatione in Longobardia regnabat contrà patrem;* eundem (Vrspergensi teste) *semper Dominum suum, & Cæsarem, vel Imperatorem appellavit.* Si Conradi in Romanæ Ecclesiæ communione positi, regnique Italici invasoris, judicio, Henricus pater à Gregorio VII depositus, & Clementis Antipapæ manu coronatus, non modò *Dominus*, sed *Cæsar* & *Imperator* fuit; si eidem *fidem*, Egbertus subjectionem professus, *juramento promisit:* si Hermannum tanto consensu Henrico reconciliati Saxones repudiaverunt, ut *solus in Saxonia* Romanæ *communionis Episcopus Werinherus* Merseburgensis anno 1093. defunctus *remanserit;* Si Otto in quam partem inclinaret animi dubius diutius pependit; Si Rodolfus à Papa, Saxonibus, & Suevis, coronâ donatus, violati se juramenti (cujus pèr Gregorium VII nexibus expeditus videri poterat) reum moriens agnovit: Si (quod ex Gebhardi Salisburgensis *in* Gregorii septimi *causa præcipui*, epistolâ ad Herimannum A. D. 1081 data constat) Henri-

Apol. pro Henrico lib. 2.

A. D. 1085.

Dodechin.

Vrspergensem secutus lib. 9. p. 233. Sigonius, *Conradus patrem semper Regem ac Dominum suum vocavit.*

ciani adverſarios, *ſeductos & ſeductores, perfidos, imminentium malorum caput & cauſam eſſe, ſicut inceſſanter, ita nec inefficaciter docebant*; adjuvante *ſacerdotalem doctrinam regali munificentia, quæ uno eodemque incitamenti genere & doctores facundos & auditores dociles reddebat & capaces; tantumque perſuadendi ſtudium tanta plurimorum credulitas ſubſequebatur, ut etiam* Gregorianorum *oves*, eorum *vocem non audirent, ſed alienos ſequerentur*; cum *in locis de quibus* Gregorianæ *partis pontifices expulſi* fuerant, *doctrinæ ſibi locum vendicarent, ibique in Eccleſiis non ſuis, oves ad ſe non pertinentes, uſurpatæ prædicationis pabulo ad hoc uſque informarent, ut paſtores* antiquos *non ſolum deſpicere, ſed etiam perſequi dignum arbitrarentur.* Si Gregorio Papa, Anſelmoque Lucenſi *expulſis*, (quod ſcripta ab anonymo hujus vita ex profeſſo docet) *facti* fuerant *Epiſcopi, & principes penè omnes, non ſolum inobedientes, verum omninò rebelles ſedi Romanæ, & inventa* erat *ſola atque unica, Dux & Marchioniſſa Mathilda Papæ Gregorio obediens*: Si denique *coadunati Epiſcopi & Marchiones cum aliis multis magno impetu & furore ſubito terram invaſerant ejuſdem Comitiſſæ, putantes totam illico ſuæ ditioni ſubjugare*, ſi pro ea *pauci* congregabantur; addictique Papæ *per omnem Longobardiam Epiſcopi inveniebantur rariſſimi*: Quis ſurdis decantatam à Gregorio VII de Romanæ Eccleſiæ *in temporalia* principum vix Herimanno Metenſi aliiſque pauciſſimis auditam fuiſſe cantilenam neget? Gratam certè populis (ſi fortè Suevos & Saxones conjuratos excipias) nequaquam fuiſſe palam eſt. Cum anno 1077. *cauſam pro qua* (poſt reconciliatum Gregorio Henricum) *Italis expoſuiſſet* Epiſcopo Citicenſis legatus *vehemens in eum ira & indignatio coorta eſt, fremere omnes, & ſævire verbis ac manibus cæperunt*, &c. *Regem ſecus ac deceat egiſſe, crimenque gloriæ ſuæ intuliſſe nunquam abolendum, quod homini hæretico & probris omnibus infamato Majeſtatem regiam ſummiſerit, & quem juſtitiæ patronum legumque Eccleſiaſticarum vindicem ſibi paraſſent, is fœdiſſima ſubjectione ſua fidem planè Catholicam, auctoritatem Eccleſiæ*,

Lambert.

Anno 1073. Wormatiæ *magna pompa à civibus ſuſceptus* [Henricus] *qui milites Epiſcopi, ingreſſum ejus prohibere tentantes urbe expulerant.*

*clesiæ, dignitatem reip. prodiderit*, &c. *jactando*, &c. *una omnium voluntas, una sententia fuit, ut abdicato patre qui ultrò regni fascibus indignum se effecisset, filium ejus, (licet impubem adhuc, & regni negotiis immaturum) Regem sibi facerent, & cum eo Romam profecti Papam alium eligerent*, &c. *vix tandem compresso tumultus incendio, plerique ex principibus castris se per iram subtrahentes injussi in sua rediere; Cæteri dissimulata interim iracundiâ redeuntem regem pacificè exceperunt; sed neque consuetam ei reverentiam deferebant*, &c. *nec in civitates eum recipiebant, nec cum faculis & faustis acclamationibus (ut prioribus regibus consueverant) obviam ei procedebant*, &c. *territus Rex insolita rerum facie seroque pœnitens*, &c. *ratus unicum hoc esse præsidium ut initum cum Romano pontifice fœdus abrumperet*, &c. *Vdalricum de Cosheim*, &c. *in pristinum gratiæ & familiaritatis suæ gradum revocavit*, &c. *His paulatim rebus Italorum indignatio mitigari, furor deflagrare, studia denuò in eum incalescere cœperunt.*

*Ipso die consecrationis Rudolfi*, anno 1077. Martii 26. *Moguntini in crudelem accensi Zelum, & quod magis favebant exregi* [Henrico] *quam Regi* [Rudolfo] *cogitabant illum* curialium *ludum turbare*, &c. *multos ex curialibus acriter vulneraverunt, aliquos occiderunt*, &c. *contraxerunt ergo se curiales & omnis exercitus in majorem Ecclesiam S. Martini, & ibi conglobati, consiliis, armisque muniti subitò cum magno impetu exierunt*, &c *Rex non habens* (urbanis) *fidem civitatem dimisit*: hæc Bruno ejus fautor; Bruno. sed Henrici Apologia * *sanguine multorum hominum initiatum Rudolfum* refert, *quoniam Moguntinæ plebis multitudo conclamans, & concurrens ad ejusmodi seditionis portentum repulsa, fugata, atque occisa est; & Ecclesia in qua facta est hæc ordinatio, sanguine etiam violata est*. A.D. 1084. *princeps militem copiosum colligens, Italiam ingreditur, ad urbemque usque progressus (Romani populi favore pulso Gregorio) Guibertum ibidem ponens, Imp. & Augusti nomen sortitus est*: quod ex Apologiæ pro Henrico scriptæ libro 2. confirmari potest, in quo legimus; *cum Hildebrand introïtum Romanæ*

* Lib. 2.

Otto Frising. lib. 1. *de gestu Frider.* c. 2.

Hinc Sigon. lib. 9. p. 309. ad A.D. 1084. *Romani Henricum advocant*, &c. *petentibus Romanis Wibertum suffecit.*

*mana civitatis Regi obstruxisset & Romanos ad repugnandum animasset, qui deinde conversi* * *ad studium pacis, vel quod bello undique urgerentur: vel quod contrà Patricium suum repugnare impium fore arbitrarentur: legationem miserunt, rogantes ea quæ pacis sunt,* &c. *Romanam Ecclesiam elegisse Wigbertum successorem illi fugitivo.* Eodem anno † *Dolis quorundam iniquorum, urbe Augusta nihil cunctantibus hostibus angusto introïtu clavibus aperta;* & paulò post *his qui in urbis præsidio residebant, nemine persequente fugæ tantùm sibi sumentibus præsidium,* &c. *Imperator vacuam ab hostibus ingrediens civitatem, cum gaudio & lætitia cleri, à populis susceptus est.* anno 1087. *Augustam à quibusdam perditis proditam atque promissam, adversarii invadentes civibus repugnantibus frustrati discesserunt.* A. D. 1088. *In Paschali hebdomade Augustanæ urbis muros usque ad fundamentum hostes deposuerunt:* & 1093. *Bavari quidam protervitate contumaci Augustam invadentes civibus pro copia temporis confluentibus, & apud Basilicam B. Mariæ collectis, in ipsa congressione, mente consternati quidam trucidati sunt, quidam vulnerati, quidam fugæ turpissimum arripuerunt præsidium.* Anno 1086. *Civitatem Wirziburg ex obsidione hostium Imp. liberare voluit.* Domnizo de vita Matthildis lib. 2. c. 4. ad A. D. 1091. *Pollens Mathildis fidens in civibus illis* [ Mantuanis ] *decipitur verbis ipsorum, clam quia Regis pertractant urbem manibus,* &c. *ante diem Paschæ dare.* nec nisi circà Octobris finem A. D. 1114. antiquam Dominam placare dignati sunt. Idem c. 14. quo Bernardo Vbertò tituli S. Chrysogoni presbytero Cardinali & Vallis umbrosæ Abbati Paschalis II Legato, à Parmensibus anno 1104 inter ipsa sacra manus injectas refert. *Plures* (inquit) *dicebant*, moriatur pseudopropheta; *Clamabant multi*, seductor corruat urbis, hic, *ajunt*, intus Regis stet non inimicus; *Enses denudant; mulierum vox sonat una*, Si finitis vivum Regem perdetis amicum, Non vivus vadat (cupitis si vivere) *clamant*, &c. *Clamavit dicens*, speciem Zabuli gerit iste, tollatur statim, tundatur carcere, flagris; *Injecitque manum super*

* Parem Venerorum & Longobardorum animum fuisse docet Sigonius lib. 9. p. 229. ad A. D. 1080. *Tarvisii* (inquit) *cum Vitali Faletro Duce Venetiarum fœdus renovavit, & filium ejus è sacro fonte suscepit,* &c. *monasteriis privilegia multa indulsit,* &c. *Veronæ* 15. *Kal. Iulias anno imperii sui primo monachis S. Zenonis rescriptum dedit,* Henricus.

† Chron. August.

*super ipsum civis avarus, & foris adsportant, heu Missa relinquitur orta.* Otto Frising. lib. 7. c. 11. *dum ipse* [ Henricus pater A. D. 1105. ] *in quodam castro positus, ac custodiæ mancipatus, audientiam peteret, principes seditionem vulgi timentes, ei apud Inglinheim occurrunt; ibique multis modis commonitum, vel (juxta alios) circumventum ac coactum insignia regni resignare, ac filio mittere* 43 *regni sui post mortem patris, Imperii verò anno* 2. *(ad quod tamen potenter magis quam justè à Guiberto capta urbe sublimatus fuerat) persuadent. Quæ omnia utrum licitè, an secus acta sint, nos non discernimus.* c. 12. *à Coloniensibus non ut exul, sed ut Rex regio apparatu susceptus est*, &c. *Inde Leodium digressus ab eisque fastigio regali susceptus*, &c. Rursus Chron. August. ad A. D. 1106. *Imperator ut vidit sibi denegatam*, à filio & conventu Moguntino *veniam*, &c. *Coloniam venit, cum paucis, qui secum remanserant*, &c. *deinde venit Leodium, ibique honorificè ab Episcopo & civibus est susceptus, & consolatus*, &c. *post sanctum Pascha iterum Coloniam revertitur; civesque illi cum juramento urbem sibi custodire promiserunt*, &c. *eam obsedit*, [ Henricus V ] *Colonienses verò ut boni milites stabant imperterriti fortiter ei resistentes, & strenuissimè (qualiter nunquam visum est anteà) decertantes*; Chron. Hildesheim. *Proceres* Henrici V Legati *dum è suis singuli partibus, in valle Tridentina convenientes, apud ejusdem nominis civitatem id est Tridentum pernoctarent; quidam Adelbertus adolescens partium illarum quodam insignis Comitatu, summo manè super ipsos (utpotè inermes & peregrinos) cum civibus armatis irruit, spoliat, capit, custodiæ tradit*, &c. *Gebehardum virum probatum Tridentinæ Ecclesiæ constitutum à Rege Catholico* Henrico V *novum Episcopum quem nunquam se suscepturos cives ipsi conspiraverant recipi* Welfo Dux *coëgit*; Vrsperg. *erat* Henricus pater *humatus sicut Regem decebat (si apud Deum meruisset) apud S. Lambertum Leodio honorificè ab Episcopo, qui semper sibi fidelis extiterat in omnibus*, &c. exhumatus jussu filii *in quandam Mosæ insulam est positus, nullumque divinum officium ulterius super eum est factum, nisi Hierosolymita-*

*lymitanus quidam Monachus casu venit, & sibi die noctuque usque dum ibi stabat psalmodiam cantabat*, &c. *post hæc placuit Regi, ut patrem suum Spiram deferret*, &c. *Cumque 3. Non. Septemb. illuc allatus esset, solito more defunctorum exequiis honorificè à Clero & populo suscipitur, & in Basilicam S. Mariæ quam summo studio construxerat, portabatur. Idcircò Episcopus interdixit illum divinum ibi celebrare officium, donec purgaretur ab hoc facto: & sic extrà monasterium fecit corpus statui, in Capella nondum consecrata: unde factus est tumultus, & planctus magnus in populo quia dilexit locum & populum præ omnibus: post hæc multo tempore inhumatum corpus ab incolis ibi frequentabatur*; Chron. Hildesh. in annum 1137. (qui ab Henrici IV dormitione 21 fuit) desinens. Sic maxima ex parte rebellantibus proceribus, prisca in Reges fides, *ultima per vulgus vestigia fixit*, ut (quod olim in causa dispari

Adverſ. Auxent.

seriò deploraverat Hilarius noster) *sanctiores aures plebis quam corda sacerdotum* fuisse videantur. Novam certè *in Regum temporalia* tunc primum à Gregorio VII usurpatam *potestatem* Italia & Germania (si Saxones Suevosque cum Matthilde & factione conjuratos excipias) universa adeò detestata est, ut extrema omnia (ne afflicti principis causam destituisse crederetur) per annos 29 perpeti dirisque à perduellibus devotum caput quo potuit cultu etiam post mortem prosequi nequaquam dubitaverit. Non defuere tamen ex Præsulibus &

1 Pet.2.17.

principibus apud quos *alta mente repostum*, Petri monitum maneret *Regem honorificate*, Wetselinus Moguntinus, Sigwinus Coloniensis, Gilbertus Trevirensis, Liemarus Bremensis, Henricus Magdeburgensis, Venericus Vercellensis, Vlricus Curiensis, Vdo Hildesheimensis, Walramus Naumburgensis, Obertus Leodiensis, &c. Hugo Cluniacensis, quem Henricus IV spiritualis à baptismo filius, anno 1076. Gre-

De Italis clarum, *tabulæ* (inquit H. Rubeus lib. 5. p. 315.) *omnes publicæ quas viderim (multas autem vidi, per hos annos scriptas) Clementis Papæ tempore confectæ dicuntur, nulla neque Gregorii, neque Victoris neque Vrbani mentione facta*, &c. quod sequentibus exemplis confirmat, tabula nimirum Wiberti II quem cum priore confudit, *Acta sunt hæc Ravennæ in plenaria Synodo, in matrice Ecclesia quæ dicitur Agiæ Anastaseos, anno Dom. incarn* 1086. *imperante Henrico III Rom. Augusto Imperii ejus 2. Indict. 9. 3. Kal. Mart.* tabula in gratiam Rudolfi & Stephani, *anno Dom. incarn.* 1088. *tempore Domini Clementis Papæ, sedis ejus anno 5. sicque imperante D. Henrico filio quondam Henrici Imp. anno 5. die 5. mensis April. Ravennæ.* tabula Wiberti *Indict. 6.* ut & Imichæ Abbatissæ *anno 15. Clementis Papæ, & Henrici Imp. die 2 mensis Novembris Indict. 7. Ravennæ*, id est A. D. 1098.

gorio

gorio VII & anno 1106. Paſchali II filio & principibus ſponſorem obtulit. Henricus Limburgenſis inferioris Lotharingiæ Dux *pluresque alii* ex eadem regione optimates; qui *ut audierunt* vim paſſi Regis *querimoniam*, *miſericordia moti ſuper eum fidele adjutorium promiſerunt*; *volentemque venire Leodium contrà patrem* Henricum * *quinta feria Dominicæ Cœnæ* Mart. 22. *à ponte apud Vinſatum repulerunt*; *militibus patris concurrentibus aliiſque ex filii militibus captis*, *aliis in Moſam demerſis*, *aliis* (*inter quos etiam Bruno Comes*) *occiſis*, quo factum ut *filius contrà patrem veniens rediret inglorius.*

Chron. Hildesh.

* Sigebert.

Otto Friſ. lib. 7. c. 12. *filius itaque jam Rex factus collecto milite patrem ſubſequens, circà Moſam conſedit, ubi ab Henrico Duce Belgarum aliiſque patris ſui fidelibus, ſuper pontem Moſæ, in loco qui* Gueceſar *dicitur. bello tentatus cedere compellitur.*

Ne ipſis Saxonicæ factionis Ducibus in Henrici perniciem ab ipſo regni exordio conjuratis, Romanam Eccleſiam *Reges* quacunque de cauſa *deponendi*, ſubditoſque *juramenti* vinculis *ſolvendi* poteſtate præditam perſuaſum fuiſſe ſuprà manifeſtum fecimus; quid ipſemet de ſe Gregorius ſenſerit explorare juvat: Cum anno 1076. Febr. 2. fer. 2. *Henrico Regi totius regni Teutonicorum & Italiæ gubernacula contradixiſſet*, *omnibus Chriſtianis à vinculo juramenti quod illi fecerant vel facturi erant abſolutis*, *ut nullus ei ſicut Regi ſerviret*, *interdixiſſet*: & Septembris ſequentis 2. *à regia dignitate* (utpotè quem *juſtitia regnare prohibebat*) *depoſitum* Clero populoque Teutonico inculcaſſet; ne temere brutum planè fulmen vibraſſe videretur, diris devoto, *regium* nomen poteſtatemque univerſam denegare tenebatur; ea de cauſa ad Herimannum Metenſem hæc ad verbum ſcripſerat, *qui excommunicato Regi Henrico* (*ſi fas eſt dici Rex*) *communicare cognoſcuntur*; & ad Teutonicos, *Henricus dictus Rex*, *eodemque ex corde non converſo*, alium *ad regni gubernacula inveniri*, à regno (quod jure ſibi vendicare legitimè depoſitus nequaquam potuiſſet) abdicatum *removeri*, & *abjici* de facto juſſerat: non tamen ſibi conſtitit; ſed ubique ferè (illum ipſum cui *regnum* abrogaverat *Regem* vocando) ſuum de eodem ad privatam conditionem redigendo decretum irritum pronunciavit: ſic enim *lib. 3. epiſt. 12.* ad

Lib. 4. epiſt. 3.

Vdonem Trevirensem anno 1076. post Mart. 14. data, *decuerat* Popponem Tullensem Episcopum *de objectis sibi respondere magis quam*, &c. *Regem sollicitare*, epist. 15. ad Wifredum Mediolanensem militem, *Cum Rege Alamanniæ de componenda pace*, &c. *interpellaverunt*: lib. 4. epist. 1. Iulii 25. *ad omnes sibi* in Rom. imperio *fideles*; *vestra fraternitas minimè ignorat quanto tempore Ecclesia sancta inauditas pravitates; & diversas iniquitates Regis*, &c. *sustinuit*, &c. *prædictum Regem non erubuerunt omnipotenti Deo præponere*, &c. *à communione Regis se non subtraxerit*, &c. *animam suam & Regis odio habent*. epist. 2. ad Herimannum Metensem Augusti 25. data, *ad iram omnipotentis Dei eundem Regem impellere*, &c. *non timuerunt se à communione Regis abstinere. De ipso autem rege omninò contradiximus*, &c. *qui excommunicato Regi communicare præsumunt*. epist. 6. Octob. 28. ad Henricum Leodicensem data *Regi excommunicato scienter communicans*, &c. *si Regi excommunicato non communicaverit*; epist. 7. ad Wifredum Mediolan. Octob. 31. data *de conspiratione hæreticorum & Regis*, &c. *nisi ad satisfactionem veniat Rex*. epist. 8. ad Tusciæ Episcopos Novemb. 1. data *Rodulfus Senensis Episcopus sinè nostra licentia Regem excommunicatum adiens*, &c. Quis Gregorium VII sententiæ in Henricum Regem ineunte Februario latæ oblitum fuisse dixerit? *manebat* illa quidem *alta mente reposta*; nec defuerat ferenti quæsitus color, falsus tamen; *Gregorium* primum *Reges & Duces*, *contrà sua dicta venientes*, *ut dignitate carerent judicavisse*; sed cum inauditum priscis Ecclesiæ ætatibus, vixque favitoribus suis credibile à se admissum nefas sentiret; vixdum peracto facinore magnitudo ejus apparuit; ac propemodum displicuit.

Lib. 4. epist. 2. 23.

Cum dejectum ad pedes & à Teutonicis ferè universis calcatum Henricum vidisset; ab ejus primum legatis *ut se post tam contumax admissum Regio nomine & honore deinceps indignum profiteretur*, velut insultabundus exegit; *at durum nimis hoc iisdem visum est*, *vixque & ægrè* ab insistentibus *ut sententiam.*

Lambert. ad A. D. 1077. Bruno. Benno. Domnizo.

*tiam temperaret, nec calamum conquassatum judicii austeritate penitus contereret exoratus* apud Canusium Ianuarii 25. *in lacrymabili afflictione, nudis pedibus, in laneis vestibus, hyeme præter solitum aspera, plantis nudis à frigore captis, in cruce se jactantem, Papæ sæpissimè* per triduum *parce beate pater, clamantem, jejunumque à manè usque ad vesperam perstantem, quarto demum die in conspectum admisit.* An ut *privatum*? Imò ut *Regem* qualis ab initio fuerat, *Rex* (inquit Gregorius ipsemet epist. ad fœderatos Teutones scripta) *humiliatus ad pœnitentiam, absolutionis veniam impetravit*, &c. *Regem adventare certè cognovimus*; *Rex* itaque non *privatus* (vel ipsius Papæ judicio) *adventavit, veniam rogavit, impetravit*; nec per anathema, annexumque depositionis decretum *regio* titulo, aut gradu excidit; quod rursus Henrici ad pacem admittendi acceptum Gregorio Papæ juramentum evincit, in hæc verba Ianuar. 28. * *prout ipse dignatus est præcipere* conceptum, *Ego Henricus Rex*, &c. si desertus à se suisque *depositoque omni cultu regio cum multo fletu auxilium miserabiliter implorans*, adversario ipsi & dictus & creditus *Rex* est; quanto magis & adversario, & confœderatis, adversus injustam vim protestans, minasque intentans, *Rex* fuit?

Lib.4.epist.12.

* Vita Anselmi Lucensis.

Ingratissimam Saxonibus Suevisque conjuratis oppressi ac velut calcibus obtriti principis reconciliationem, non ignorabat Papa; sed (ne suas à Romana Ecclesia desertas partes quererentur) animum non mutatum, nihil in sinum recepto pœnitenti, adversus fidem conjuratis datam promissum protestatur: Ac primum se vim à circumstantibus universis morosæ inclementiæ accusantibus passum scribit; *ad oppidum* (inquit) *Canusii in quo morati sumus, cum paucis advenit* [Henricus;] *ibique per triduum ante portam castri deposito omni regio cultu, miserabiliter (utpotè discalceatus, & laneis indutus persistens) non prius cum multo fletu Apostolicæ miserationis auxilium & consolationem implorare destitit; quam omnes qui ibi aderant, & ad quos rumor ille pervenit, ad tantam pietatem & compassionis misericordiam movit, ut*

*vit, ut pro eo multis precibus & lachrymis intercedentes omnes quidem insolitam nostræ mentis duritiem mirarentur, nonnulli verò in nobis non Apostolicæ severitatis gravitatem, sed quasi tyrannicæ feritatis crudelitatem esse clamarent. Denique instantiâ compunctionis ejus, & tanta omnium qui ibi aderant supplicatione devicti tandem eum relaxato anathematis vinculo in communionis gratiam, & sinum sanctæ matris Ecclesiæ recepimus, acceptis ab eo securitatibus, quæ inferius scriptæ sunt*; ut se nihil quod Saxonibus ingratum aut damnosum esset, spopondisse fidem faciat; addit, *adhuc totius negotii causa suspensa est, ut & adventus noster & consiliorum vestrorum unanimitas permaximè necessaria esse videantur. Quapropter in ea fide, quam cœpistis, & amore justitiæ omnes permanere studete, scientes nos non aliter Regi obligatos esse, nisi quod puro sermone (sicut mihi mos est) in his eum de nobis sperare dixerimus, in quibus eum ad salutem & honorem suum, aut cum justitia, aut cum misericordia, sine nostræ & illius animæ periculo adjuvare possimus.* Nihil itaque aliud suis præsentiumque omnium etiam Papæ addictissimorum lachrymis nisi bona verba sub conditione juratorum hostium judicio standi data impetravit Henricus pœnitens. *His conditionibus absolutum* refert Lambertus, *ut die & loco, (quemcunque Papa designasset,) evocatis ad generale Concilium Teutonicis principibus præsto esset, & accusationibus quæ intenderentur ipso Papa (si ita expedire videretur) cognitore causarum assidente; & (ad ejus sententiam) vel retineret regnum, si objecta purgasset; vel æquo animo amitteret, si (probatis criminibus) regio deinceps honore indignus (juxta Ecclesiasticas leges) decerneretur; nullam sive retento sive amisso regno hujus injuriæ vindictam, à quopiam hominum exacturus: usque ad eam autem diem quâ causa ejus legitimè discussa terminaretur, nulla regii cultus ornamenta, nulla regiæ dignitatis insignia sibi adhiberet, nihil circà rerum publicarum administrationem juxta consuetudinem suo jure ageret; nihil quod ratum fore oporteat decerneret, postremò præter regalium servitiorum exactionem quibus necessariò ipse & sui sustentandi essent, nihil regium*

*nihil*

*nihil publicum usurparet; omnes etiam qui ei sub jurejurando fidem dixissent, ab hujus sacramenti vinculo, & conservandæ erga eum fidei debito, apud Deum & apud homines interim liberi expeditique manerent; Rutbertum Babenbergensem Episcopum & Udalricum de Cosheim & cæteros quorum consiliis se remque publicam prodidisset, à sua in perpetuum familiaritate amoveret. Quod si (purgatis quæ objicerentur,) potens confortatusque in regno perstitisset; subditus Romano Pontifici semper dictoque obtemperans foret; & ad corrigenda quæcunque in regno ejus contrà Ecclesiasticas leges prava consuetudine inolevissent, consentiens ei, & pro virili portione cooperator existeret. Ad ultimum, si quid horum prævaricaretur, irritam fore hanc quæ tunc tantoperè expetita erat anathematis absolutionem; quin imò jam pro convicto confessoque habendum esse, nec ultrà pro asserenda innocentia sua audientiam impetraturum, principesque regni omni deinceps quæstione, cuncta jurisjurandi religione liberatos, Regem alium in quem communis electio consensisset creaturos esse.* Simile quid initio Regi pœnitenti propositum, & inter Teutonicos conjuratos disseminatum fuisse, dubitare nos communis ab ipsis ad Gregorium Papam anno 1078. data epistola non sinit; qua *cum anathematis absolutio per epistolam* pontificis ipsis *innotesceret, de sententia Regni quæ in* Henricum *processit, nihil mutatum esse intellexisse* se protestantur: sed *gratanter* (quod Lambertus asseverat) *Regem accepisse conditiones, servaturumque se omnia quam sanctissimis poterat assertionibus promisisse*, probabile minus est: Cum ex ea quam epistolæ suæ ad Teutonicos subjecit Papa regii juramenti formulâ Henricum in has tantum conditiones consensisse clarum sit, ut *die à Papa constituta (si impedimentum non obstaret) justitiam secundum judicium; aut concordiam secundum consilium ejus faceret; eundemque ex sui & eorum quos constringere potuisset parte, si ultrà montes seu ad alias partes terrarum ire voluisset, ab omni læsione vitæ & membrorum seu captione securum præstaret*; cætera Lamberto memorata, sive ab Henrico sponsoribusque Adelasia socru, Matthil-

Sic etiam Anselmi vita, *tertia demum die est absolutus, verumtamen in regnum non est restitutus.*

Matthilde consobrina, Hugone Cluniacensi susceptore, Eppone Citicensi, Gregorio Vercellensi, Azzone Marchione, &c. juramento confirmata admittere; sive promissa negare placeat, perinde est; cum nullo jure subsistant, nec naturalis æquitas communisque judiciorum lex sinat, ut *pars* sive læsa, sive lædens, *in sua* suorumque *causa sententiam ferat*, *nullam* illatæ in depositione *injuriæ*, *à quopiam homine*, (id est ab eorum in quos regio jure supremam *vindicandi* potestatem habet princeps) vindictam exigat; ante partis eique addictorum judicium, *nihil suo jure agat*; omnes jurejurando quomodocunque obligatos *à conservandæ fidei debito* liberet; ac denique *si quid prævaricabitur pro convicto confessoque habendus*, nullam *ultra pro asserenda innocentia audientiam impetret* reus. Quis enim unquam inter Legislatores Dracon * adeò in obnoxios sævus fuit, ut eos semet prodere, suoque (ante capitale judicium) jure indefensos cadere cogeret? factum tamen (si qua Lamberto fides) ab eo qui communis Christianorum parens haberi, Petrique *usque* † *septuagies septies peccata* condonare jussi hæres haberi voluit, nec alia Henricus (quem ante sex annos more majorum, tanto cultu *Dominum* veneratus fuerat ut initio se non *Episcopum*, sed *in Rom. pontificem electum*, quia nondum *confirmatus* & *ordinatus* erat, inscriberet; *ordinari* verò *se* non *permitteret*; imò *ordinationem suam*, *sine dubio dilaturum* sponderet *donec sibi voluntatem* ejus, *certus inde veniens nuncius intimaret*,) non alia inquam lege Henricus ad pacem admissus est, quam si miserandæ servitutis pactione obligatus, se meritò (ceu vile mancipium) calcatum, triumphatamque in æternum Teutonici regni Majestatem volens nolens fateretur. Sed utcumque se res habuerit nonnulla conditionibus Henrico pœnitenti propositis inserta sunt, quæ (ipsiusmet proponentis judicio) indignis eum modis habitum, *nullamque* planè de ejus depositione *latam* anno præcedente *sententiam* fuisse demonstrent; hæc nimirum *retineret* *regnum*,

* De Dracontis legibus ob sævitiam à Solone refixis, vide Plutarchum in Solone, Tatianum adversus gentes, Clementem Alex. Strom. 1. Eusebium Chronico, & de præpar. lib. 10. Pausan. lib. 6. & 9. Suidam.

† Matth. 18.22.

Vide lib. 1. epist. 22. priores.

Lambert.

*regnum, si objecta purgasset*, &c. *nullam sive retento, sive amisso regno, hujus injuriæ vindictam à quopiam hominum in perpetuum exacturus*, &c. *nihil circà rerum publicarum administrationem juxta consuetudinem, jure suo ageret*, &c. *præter regalium servitiorum exactionem nihil regium usurparet*, &c. *ad corrigenda quæcunque in regno ejus inolevissent*, &c. *Si potens confortatusque in regno persistisset*, &c. *cujus* enim *regnum* est; qui *regalium servitiorum exactionem* ac *regium* quid *usurpare* jure potest; qui denique *rempublicam administrans, juxta consuetudinem jure suo agit*; *Rex* est non *Exrex*; nec pristino *jure* excidit, qui *amisso regno, injuriæ vindictam se non exacturum* spondet; *Injuriam* (vel ex ipsius sponsionem exigentis mente) passus; *jure regnum amisisse* quomodocunque *depositus* dici non potest; qui & *absolvendus*, & *absolutus regnum retinet*, imò qui eo uno opus habere censetur, ut *in regno confortatus persistat*; *regno* nunquam caruit, nec eo (sive jus, sive factum spectes) per depositionis decretum vel ad momentum privatus est.

Cum anno 1076. Septemb. 3. Teutones adversus Henricum paucis ante mensibus abstentum conjuratos, ad alium eligendum hortatus, in hæc verba epist. 3. lib. 4. Gregorius VII scripsisset, *si ex corde non fuerit ad Deum conversus; talis ad regni gubernacula (Deo favente) inveniatur, qui ea quæ prædiximus*, &c. *promittat*, &c. *ut vestram electionem (si valdè oportet ut fiat) Apostolica auctoritate firmemus*, &c. *negotium personam & mores ejus, (quantocyus potestis) nobis indicate, ut sancta & utili intentione mereamini (sicut nobis notæ causæ) Apostolicæ sedis favorem*, &c. *Statuta die* [Octob. 16.] *juxta condictum, principes Sueviæ & Saxoniæ Triburiam convenerunt, amplissimo numero, obstinatis mentibus, ad submovendum à negotiis regni Regem Henricum; & alium, in quem communis electio consensisset, creandum: Aderant unà Legati Apostolicæ sedis Sigehardus patriarcha Aquileiensis, & Altmannus Pataviensis Episcopus*, &c. *& laïci nonnulli (qui, magnis opibus relictis, ultro se ad privatam tenuemque vitam propter* Lambertus.

*Deum*

*Deum contulerant ) missi à Rom. pontifice , ut palam omnibus per * Gallias contestarentur justis de causis excommunicatum esse Regem Henricum, & ad eligendum alium Regem Apostolici consensus & auctoritatis suffragium pollicerentur,* quod paulò post (Octobris nimirum 31 ) datâ ad Mediolanenses addictos epist. 7. confirmavit , hæc scribens ; *ad tantum numerum fideles Rom. Ecclesiæ pervenerunt , ut nisi ad satisfactionem veniat Rex , alium Regem palam dicant eligere ; quibus nos favere ( servatâ justitiâ ) promisimus, promissumque firmum tenebimus.* Hac verò consiliorum societate adeò *in arctum coactæ fuere Henrici Regis copiæ* , ut vix *fœda* (Lamberti verbis utor) *conditione*,(id est extorta quodammodo à Papa renitente pace ) *urgentem ad præsens calamitatem declinaverit* ; sed postquam *fremere Italos omnes* , unicamque sibi elabendi viam restare sensit , si (resumptis animis) *initum cum Romano pontifice fœdus abrumperet* ; *de immutatione ejus Papa certior factus misit protinus Bernardum Abbatem de Massilia , & Bernardum Diaconum Cardinalem, ut principibus regni Teutonici , qui 3 Idus Martii* 1077. *Forcheim conventuri erant, occurrerent ; eosque suo nomine monerent , ut suis rebus , & regno Francorum , quod diu jam unius hominis puerili levitate vexatum* querebantur , *quaqua possent ratione mederentur.* His præsentibus , acceptaque mandata exequentibus , Rodolfus Martii 15. ad regnum evectus est ; ac paulò post *media Quadragesima* Mart.26. apud Moguntiam à Sigefrido Archiepiscopo in Regem unctus: nec frustra notat Bruno *Legatum Apostolici , qui cuncta quæ de regno* Teutones fœderati *utiliter disponerent , Apostolicæ sublimitatis auctoritate firmaret* apud Forcheim *adfuisse* ; Saxones fœderati epistolâ ad ipsummet Gregorium, *sarcinam ( sola ejus auctoritate jubente) susceptam* , &c. *alium in eandem dignitatem Apostolica auctoritate firmatum* , &c. *in Henricum sententiam protulisse , de Rudolfo* Papæ *jussione statuisse* , &c. *certamen ejusdem jussione susceptum* , &c. *jussione Apostolica* Henrico , à Bernhardo Legato *regni gubernacula denuo contradicta*,&c. Rudolfum *in regia dignitate Apo-*

* Abusive *Gallias* non solam Lotharingiam quæ ab initio Gallica est, sed Transrhenanas provincias, quæ nunquam Gallicæ fuerunt vocat Lambertus.

*tate Apostolica auctoritate confirmatum*, &c. *alteri Regi obedire ex* Papæ *auctoritate jussos* Saxones, &c. *hujus rei testes* esse *apud* eos Papæ *literas*. Marianus ad A. D. 1078. *literis* Gregorii Papæ *insinuatum Henrico propter superbiam, inobedientiam, ac falsitatem, regni dignitatem ablatam, Rodolfo verò Regi pro sua humilitate, obedientia & veritate auctoritate S. Petri collatam*: Anonymus Floriacensis *Papam Gregorium quendam Rodulfum, genere* * *Saxonem, pro Henrico regnare constituisse*; Sigebertus ad A. D. 1077. ex eoque Matthæus Paris, *Saxones rebellasse, instinctu Hildebrandi Papæ*, &c. *omnes qui prius Hildebrandum abjuraverant perjurium perjurio cumulantes Imperatorem abjurasse & Rodulfum Ducem* † *Burgundionum super se Regem statuisse, corona ei à Papa missa, cui erat inscriptum Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulfo.* Auctor Apologiæ pro Henrico IV. *Imaginem Dei Hildebrand & Episcopos ejus in Rege Henricho, & odisse, & persecutos esse*, &c. *ideoque assumptis sibi quibusdam scissuris regni, constituisse (contra ordinationem Dei) alium Regem Rudolfum scilicet Ducem Suevorum*, &c.

* *Suevus* genere fuit, sed factione *Saxo*.

† *Burgundionem* legendum videtur; nam Rhinfeld, unde Rodulfus oriundus, Burgundicæ ditionis, cum tota ferè Suevia fuit.

Otto Frisinghensis lib. 6. c. 32. ex eoque Godefridus Viterb. *ejus* (Rom. pontificis) *ut dicitur, consilio & auctoritate Rudolfum Alemannorum Ducem à quibusdam principibus Regem creatum*, & lib. 1. de gestis Friderici c. 7. *Romanum Pontificem Gregorium, qui jam principes adversus Imperatorem concitabat, omnibus ut alium crearent latenter & manifestè scripsisse. Igitur Rudolfum Ducem Suevorum ab eis Regem factum, diadema à Rom. Ecclesia accepisse, traditum hujusmodi scripto, Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.* Ordericus lib. 7. *Conradum Comitem* (sic Rudolfum vocat) *à Gregorio in Regem consecratum.* Helmoldus lib. 1. c. 28. *percunctanti Apostolico, quisnam in Alemania dignus esset tanto culmine; designatum Ducem Suevorum Rodulfum; ei Dominum Papam auream transmisisse coronam hoc versu intitulatam,* Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam: *præcepisseque Moguntino, & Coloniensi, cæterisque Episcopis, & principibus, ut adjuvarent partes Rodulfi, & statuerent eum in Regem; quotquot*

Sic legit Langius.

*ergo receperunt verbum Domini Papæ, elegisse Rodulfum in Regem*, quem locum Albertus Stadensis exscripsit; Godefridus Viterb. parte 17. *junctam Saxonibus consensisse inclytam Romam, auream Rodulfo transmissam inde coronam* monet, pluresque alios recentiores consentientes habet; quorum verba ex antiquiorum lacunis deprompta chartis illinere supervacuum putavi, cum plus satis ex jam laudatis, aut coætaneis, aut supparibus, & communi Latinorum omnium sententia, non modo conscio aut connivente, sed *procurante*, & *mandante Papa*, Rudolfum electum fuisse liqueat; nec justam Baronio Card. anonymo qui Henrici vitam edidit, dicam scribendi quod ei sequentia exciderint, *fuere tum qui dicerent, ab Apostolico, cum Rudolfum immissum; nec unquam tantæ virtutis virum magis avaritiæ quam consilio cessisse; & hoc in argumentum sumebant, quod Apostolicus tacuit, dum post absolutionem Regis, Rudolfus regnum invasit, juxta illud Comici, Qui tacet satis laudat.* Quicquid enim censurâ in eo dignum videtur illud est, quod (Lamberti, Brunonis, aliorumque Gregorio addictissimorum exemplo) aperto ore verum expromere non ausus, nescio quos silentii Papalis accusatores subornavit, qui timidiusculè illum palparent; cum ex ejusdem regesto constare possit, primum de creando novo Rege Roma consilium dimanasse; & Sigehardum Aquileïensem anno 1076, Bernardum Massiliensem sequenti, id in mandatis specialibus habuisse ut Teutones ad providendum ne quid res sua detrimenti caperet, hortarentur; communesque eorum deliberationes moderarentur, & decreta firmarent. Quo verò anonymum argumento refellit Baronius? *an tacuerit Gregorius* (inquit) *ipsius epistolæ docent, quæ sunt inferius recitandæ.* Revera non planè obmutuit, sed (quod Anonymus volebat) non modo *displicere*, sed *irritam videri* Rudolfi electionem, nunquam dixit, (quodque ante dies plus minus 50. Henrico reddita pax exigere videbatur) nec per se nec per alios reclamavit;

mavit; imò ſciens ac prudens quod palam profari debebat, *tacuit.* Nihilo felicius qui *opera Gregorii* Rudolfum creatum fuiſſe Regem dicunt, falſitatis redarguit Annalium parens, ex ſequenti Gregorii ad ſanctos Apoſtolorum principes apoſtrophe, *Epiſcopi & principes, quaſi deſperati de eo*, [ Henrico ] *ſine meo conſilio* (*vobis Petro & Paulo teſtibus*) *elegerunt ſibi Rudolfum Ducem in Regem*, & epiſtolâ 28. lib. 9. in qua anno 1082. coram Deo proteſtatur, *Rodulfum qui Rex ab ultramontanis ordinatus eſt, non ſuo præcepto, ſive conſilio, regnum tunc ſuſcepiſſe*: quis enim verba hæc cum ſcriptorum ſuprà laudatorum relationibus, conciliari facilè poſſe non videat? *ſine conſilio* de Rege Rudolfo nominatim creando, non *ſine conſilio* de Rege quocunque (Henrici loco) ſalutando Teutonum electione peracta; *ſine conſilio ſuo* ad Rudolfi perſonam ſingularem determinato *electum* eundem negare verè potuit Gregorius, verè rurſus ex Gregorii *conſilio*, Henrico ſuffectum Rudolfum aſſeveraverunt hiſtorici, quia *conſilium* pontificis generale de Rege creando, ad ſingularem Rudolfi perſonam à Teutonibus Legatiſque Romanis determinatum eſt: idque ipſum poſteà per ſe Gregorius probavit: non itaque *ſine ullo* Romani pontificis *conſilio* abſolutè, ſed *ſine* tali *conſilio*, quo ipſe *δεικτικῶς* deſignaretur, electus eſt Rudolfus: nec ſi quis conciliationem noſtram aſpernetur, anxiè nobis de Gregorii facto laborandum; quid enim ſi invidioſum molimen, cujus adhuc eventus anceps pendebat, negare maluit quam odioſius oſtentare; præſertim cum hinc Henricianis, inde Saxonibus urgentibus, neutris placeret; nec (ſi utriſque vellet) poſſet?

Vrſpergenſis, ut legatos excuſet, *in eorum non voluntariè annuentium præſentia*, electum Rudolfum, (neſcio quo auctore) ait.

Ejus revera proteſtatio, cujus nunc ſenſum expreſſimus, cum Helmoldi & Alberti Stadenſis teſtimoniis componi nequit; ſed nos id penſi non habemus ut ſingula ſingulorum hiſtoricorum dicta *uſque ad extremum* (quod ajunt) *jota tueamur*; nobis communem vetuſtiorum rerum evidentiâ firma-

 tum

tum consensum sequi satis est; cui cum Helmoldus & Albertus obluctari videantur, hac in parte deserendi sunt: Ex Gregorii enim regesto & Gregorii coætaneis Lamberto, Brunone, Sigeberto, Domnizone, constat, Gregorium Henrico *apud Canusium* Longobardorum Ianuario mense reconciliatum, *Carpinetæ* Martii 1. 4. & 19. *Bibianellæ* Martii 21. 23. 25. *Ficarolo* Maii 12. *Carpinetæ* rursus Maii 31. & Iunii 9. & 28. *Florentiæ* Augusti 11. *Senis* Septemb. 1. *Romæ* Septemb. 16. versatum. 2. Henricum excommunicationis vinculis Ianuarii 28. solutum *Italiam, ut his qui oppressi fuerant calumniasve patiebantur, regio more, justa faceret*, ad Martii Kalendas *peragrasse*; ac ubi (Rudolfi Moguntiæ Martii 15. electi, 26 coronati, rebellione excitatus) de repetenda Germania cogitare compulsus est; quamprimum potuit, * *per Aquileïam*, & Alpes Carnicas (quarum *aditus contrà se munitos* noverat) frustratis perduellium insidiis *Ratisbonam* venisse; † *Augusto* denique *mense* obsidione à Rudolfo cinctam ‡ Herbipolim liberasse; ut *Romam* (quam tunc non vidit) *iverit*; *ibi se* Gregorio *permiserit*; de *non discedendo* mandatum acceperit; Cardinales ad consilium *de transferendo regno* permoverit; tantisper dum Rudolfum *designatum*, corona donatum, optimatibus commendatum *elegere* Saxones; *apud Romam constiterit* fieri nequaquam potest; sed Papam *de superponendo* alio quovis Rege in genere consilium dedisse, legatos Rudolfo favisse, principibus electuris commendasse, electum à Papa legatorum molimina confirmante, *coronam* accepisse, Henricumque à Wernhero Argentinensi monitum * *adulto jam vere*, festinatis (quantum licuit) itineribus revertisse longè probabilius est.

Lambert.

* Sigebert.

† Bruno.

‡ Wirsbourg.

* Guilliman. Habsburgic. lib. 5.

Reducem Henricum novo cum suis anathemate Gregorii (si qua Saxonibus id ipsum coram Romana Synodo protestantibus fides) *jussione* perculit Bernardus Legatus, qui anno sequente, propè Methelrikestad, in injuriam passi Regis

cum

cum Sigefrido Moguntino & Adelberto Wormaciensi, armatas manus venit; sed * simulac ei secunda excommunicationis vincula injecit, *sententiam mutante* Papa, nec solum Henrico *Regis* (quod Rudolfus usurpaverat) nomen conservante, sed Henrico primas deferente frustrà fuit; hæc enim *adventu* se *Regis* extra communionem positi imò (si decretum ejus ratum habeamus) *exregis in Italiam*, quo minus *ultra montes proficisceretur impeditum* protestatus, ad Bernardum utrumque Legatum A. D. 1077. Maii 31. quarto à pace reddita mense mandata dedit; *Vtrumque Regem* (*Henricum videlicet atque Rudolfum*) *commoneatis, quatenus nobis viam illic securè transeundi aperiant*, &c. *desideramus*, &c. *causam inter eos* (*Deo favente*) *discutere, & cujus parti magis ad regni gubernacula justitia faveat, demonstrare*, &c. *Si alteruter prædictorum Regum huic nostræ voluntati ac deliberationi parere, & ad vestra monita locum dare renuerit*, &c. *usque ad mortem* (*si oportet*) *nostra vice resistite*: & ad Teutonum optimates. *Legatis nostris Bernardo videlicet S. Rom. Eccl. fideli filio, & Diacono; itemque Bernardo Abbati Massiliensis monasterii religioso, præcipimus ut utrumque Regem* (*Henricum videlicet & Rodulfum*) *aut per se aut per idoneos nuncios admoneant*, &c. *uterque namque Rex à nobis*, &c. *adjutorium requirit*, &c. Quibus Suevorum Saxonumque cum Rodulfo conjuratorum animos graviter pupugit; *Dominus Apostolicus* (inquit Bruno) *Apostolici vigoris oblitus, (quâ causa nescimus) multum est à priore sententia mutatus. Nam qui prius Henricum cum omnibus suis adjutoribus Apostolica severitate excommunicaverat, eique regnandi potestatem potenter interdixerat, & omnes qui ei fidelitatem jurassent à juramenti nodis* (*Apostolicâ auctoritate*) *absolverat, & electionem novi Regis consensu suo confirmaverat, nunc per literas mandavit, ut Concilio facto Rex uterque convocatus audiatur, & quem justitia regnare permiserit altero deposito tutus in regno confirmetur*, &c. *Acceptis his literis Bernardus Cardinalis quod sibi injunctum est exequitur; At nostrates* (*cum ipsas literas accepissent*) *à*

* Hæc dissimulat Paulus Bernried.

*magna ſpe quam in Apoſtolica Petra poſuerant exciderunt*, &c. *has*
* Matth.26.69. *igitur literas ei remiſerunt, quibus cum ancillæ* * (*præſentis ſcilicet vitæ timore*) *perterritum*, (*quaſi voce galli clamantis*) *excitare*, & † Luc. 22.62. *reſpectu* † *Chriſti conſortatum, ad priſtinæ virtutem conſtantiæ revocare voluerunt*, &c. Nunc ſarcinam illam quam (ſola veſtra auctoritate jubente) ſuſcepimus, eâdem quoque manum ſupponente levigari oportuit, *&c.* abſolutio juramentorum qualiter caſſari poſſit, nullo modo percipere valemus, *&c.* ex inſperato literæ veſtræ advenientes, duos in uno regno Reges pronunciant, duobus legationem decernunt: Quam regii nominis pluralitatem, & quodammodo regni diviſionem, diviſio quoque populi & ſtudia partium ſubſecuta ſunt: quippè cum in epiſtolis veſtris illius prævaricatoris perſonam ſemper præponi cernerent, & ab eo (ſicut à potente) exigi, quatenus ducatum vobis in has partes ad diſcutiendas cauſas præberet; Cujus diſcuſſionis qualis modus ſit (ut ſal-
* Marc.12.11. va veſtra gratia dicamus) *mirabile* * *eſt in oculis noſtris*, ſcilicet ut is qui jam (Synodali judicio, nulla conditione interpoſita) depoſitus eſt; alio in eandem dignitatem † Apoſtolica auctoritate firmato, nunc tandem ad rationem ponatur, & quod finitum eſt, denuò incipiatur; & de re indubitabili quæſtio moveatur, *&c.* familiares prædicti Henrici qui, *&c.* unà cum ſuo capite per Legatum Apoſtolicum ab Eccleſia ſancta ſeparati ſunt, ad hanc ſedem venientes, benignè ſuſci-
Pſal. 8. 6. piuntur; & non ſolum impuniti redeunt, ſed inſuper *gloria & honore coronantur*; & ad priorem inobedientiam ſuperbiendo revertentes noſtræ miſeriæ inſultant, *&c. Ad quas literas cum nullum pro velle reſponſum accepiſſent; has ei literas iterum miſe-*
* Marc.14.68. 70. *runt, ut quod non primo quaſi galli cantu* (*ſicut*, * *ſecundum Marcum, nec Petrus eſt excitatus*) *ſaltem cum ſecundo* (*quaſi gallus*) *populus Eccleſiæ vocem daret, à torpore dubitationis ad conſtantiam Petri cum Petro ſuſcitatus exurgeret*, &c. Inter alia multa hæc quoque ſanctitati veſtræ nuper indicavimus, qualem ſententiam

Verba epiſtolæ Saxonum.

† Hinc Rodulfum probante Papa electum manifeſtum fit.

tiam Dominus Bernhardus in Henricum Deo odibilem, ſuoſque participes protulerit; quidque de Rudolfo (veſtra juſſione) ſtatuerit, fiduciam habentes (ſi hoc ad notitiam veſtram perveniret) omnem cauſam noſtram in hoc procedere, & proſperari, *&c.* certamen quod à vobis initum, veſtraque juſſione ſuſceptum eſt, jam non per vos, nec per veſtra decreta componitur; ſed gladiorum judicio terminandum, derelinquitur, *&c. Tertiam quoque direxerunt epiſtolam quam juſſerunt in Synodo Romana recitari, Si Dominus Apoſtolicus vel univerſalis Eccleſiæ interventu ad dignitatis Apoſtolicæ rigorem poſſet excitari*, &c. pervenit ad nos in S. Synodo Romana nuper habita quæſitum eſſe, & dubitari à quibuſdam; utrum prædictus vir ille excommunicandus ſit, annon, *&c.* Dominus Bernhardus Card. *&c.* cum legationem ſuam in irritum procedere conſpexiſſet, quamvis certum fuiſſet prædictum virum pro adjuncto inobedientiæ perjurio, prioris anathematis vinculo innodatum, de quo jam ad tempus conditionaliter abſolutus fuit, tamen quod ſibi ab Apoſtolica ſede injunctum eſt, ſuperimpoſuit. Iuſſione igitur Apoſtolica regni gubernacula denuò ei contradicendo, à corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & à liminibus S. Eccleſiæ ſeparavit tam illum quam omnes ſibi conſentientes; & virum alium in regia dignitate confirmavit Apoſtolica auctoritate, *&c.* in Concilio hujus Eccleſiæ ſanctæ (quæ ſemper ab excommunicatis abſtinere docuit) ſe quaſi oratores exhibent [*Henriciani*] ita patienter audiuntur, ſicut noſtri; nullo diſcrimine inter læſos & lædentes habito, &c. *Tunc ab ipſa Synodo in Teutonicas partes ſubjectam miſit epiſtolam*, &c. Iudicio ſancti Spiritus decrevimus & præcipimus, ut in regno veſtro omnium conventus Epiſcoporum & laïcorum eorum qui timent Deum, & inter vos pacem deſiderant, fieret; & coram noſtris Legatis decerneretis, ſi cui (Henrico videlicet vel Rudolfo qui de regni gubernaculo inter ſe decertant) amplius juſtitia

justitia faveret, parsque in justa ratione devicta & B. Petri auctoritate constricta facilius cederet, & ab interitu animarum & corporum (Deo propitiante) cessaret: justior verò pars amplius de Deo confideret, & adjuta B. Petri auctoritate, & omnium justitiam diligentium consensu, de victoria omninò speraret, & neutram mortem timeret, *&c. contrà quam nostrates hanc, quam supposui, miserunt epistolam:* Accepimus dudum sanctitatis vestræ literas, hoc continentes, quod vos in Synodo Romana decrevistis, quatenus in nostris partibus *conventus* omniũ *Episcoporum & laïcorum Deum* timentium *fieret* ad discutiendum hoc, *cui illorum qui de regni gubernaculo certant, justitia* magis *faveat.* In qua re primum hoc miramur quod prudentia vestra statuit quod nullo modo posse fieri constat. Novimus enim hoc memoriæ vestræ non excidisse, quod jam assiduis querimoniis frequentatum est apud vos, quippe quod penè omnes Episcopi, qui sedi Apostolicæ obediunt, de suis Episcopatibus expulsi, à facie persequentium fugiunt, *&c.* Mirandum censemus quod illius hominis caussam cum illis hominibus discutere jubemur, quos utrosque Legatus S. Rom. Ecclesiæ vestra jussione à liminibus Ecclesiæ sanctæ separavit: Si autem nihil horum obstitisset, quid nostra interest, ut jamdudum finitam Synodi Romanæ sententiam retractemus, & denuo ad rationem ponamus? quid ad nos, ut *discutiamus* si illi *justitia faveat* ad obtinendum regnum, cui vos regni gubernacula jam ante triennium (Synodo judicante) interdixistis? Nonne magis oportuit ut judicium illud discussio præcederet quam nunc tandem subsequatur? Novimus intelligentiam vestram, quod nunquam de re indiscussa Synodus vobis præsidente judicavit: Quæ ergo necessitas secundæ discussionis? Si autem prædictus ille nondum *discussus* est; sed (sicut vos dicitis) adhuc discutiendus; quæ ratio fuit, ut homini indiscusso Regalis dignitas, ex dignitate Apostolica sine ullo conditionis additamento

Nota vim argumenti ad hominem.

mento

mento interdiceretur? Si nondum discussus, sed adhuc discutiendus; quare Regi alteri obedire ex vestra auctoritate jussi sumus, priusquam certum fuisset istum non posse regnare? Hujus rei testes sunt apud nos literæ vestræ. Quippe quod Legatus sedis Apostolicæ vestra jussione anteriori, illi denuò regni gubernacula interdicendo, à liminibus S. Ecclesiæ separavit tam illum quam omnes sibi consentientes: Alterum verò, qui in locum illius subrogatus est, nostra electione, in Regiam dignitatem, Apostolica auctoritate confirmavit; omnibusque in regno Teutonico consistentibus, ut sibi obediant ex parte Dei omnipotentis præcepit. Nunquid hæc omnia destruenda sunt, & pro nihilo reputanda? Vt autem de reliquis omnibus taceamus; certè si sola illa absolutio Sacramentorum quam in Synodo fecistis effectum habitura est, indubitanter constat, quod iste Rex esse non potest. Quomodo enim regnare potest, * cui nullus amodo fidelitatem ex debito servat? quomodo regere populum potest, qui in agendis causis legalibus neminem ad faciendum justum judicium Sacramentorum obligatione constringere potest? Si autem (quod absit) Apostolica illa indulgentia pro rato habenda non est, quid † erit de illis Episcopis & aliis qui propter prædictam absolutionem, juramenta Henrico prædicto facta infregerunt? nonne manifestè perjurii convincuntur? Si enim ille justè regnare potest, isti injustè fecerunt, qui promissæ sibi fidelitatis jugum à se projecerunt. Adhuc aliud; Quid de illis Sacramentis erit, quæ posteà Regi Rudolfo facta sunt, cujus ditioni vestra auctoritate subjugati sumus? Ecce qualis rerum perturbatio, attendant, & videant omnes qui sanum sapiunt, si factum est hujusmodi; si audita est unquam in Ecclesia confusio similis huic confusioni, &c. *Item post aliquod temporis intervallum, nostrates hanc epistolam Domino Apostolico miserunt*, &c. Quarè saltem justitia, quæ nec inimicis deneganda est, nobis denegatur? Si ergo

* Nota rursus adversus Gregorii protestationem.

† Nota rursus.

justum est, quod justum esse multis vestris hortationibus didicimus; scilicet ut illi sententiæ vestræ quæ in Henricum processit, obediamus; illi qui è contrario eidem sententiæ vestræ superbè repugnarunt, quarè secundum justitiam non constringuntur? quarè pro hac inobedientia nullam Apostolicæ gravitatis censuram sentiunt? quarè illis conceditur quod tam ipsis quam nobis interdictum est? aut quomodo illis licet, quod nobis illicitum factum est? Ecce ipsi sine omni contradictione vestra, illi ad obtentum regni, auxilium præbent; cui vos *regni gubernacula contradixistis*; illi sicut Regi serviunt quem vos usque adeò à *regia dignitate deposuistis*, ut omnes à vinculo juramenti quod ei fecerunt, vel facient, absolveretis; illi participando communicant quem Legatus S. Rom. Ecclesiæ denuò sibi regni gubernacula contradicendo à liminibus S. Ecclesiæ separavit, *&c.* Rogamus ergo

* 1 Maccab. 2. 62. vos per nomen Domini Iesu, ut sive vos terror * *viri peccatoris* (*cujus gloria stercus, & vermis est*) exorbitare fecit, sive fa-

† Esai. 46. 8. miliarium personarum mellita persuasio delinivit, ut † *redeatis ad cor*, ut *memor sitis* honestatis & timoris Domini; & (si non nobis, propter nos, parcitis) saltem vestræ innocentiæ in tanti sanguinis effusione provideatis: nam si illos amplius in nos grassari permittitis, quos prohibere debetis & potestis; timendum est, ne coram justo judice de perditione nostra excusationem non habeatis: *Sic totus annus ille* 1079 *consumitur, ut ferè nihil memorabile fieret in nostris partibus, nisi quod Apostolici legati frequenter ad utrasque partes venerunt, & nunc nobis, nunc hostibus nostris Apostolicum favorem promittentes, ab utrisque pecuniam quantam poterant (more Romano) conquirere, secum detulerunt.*

Hactenus oculatus, & publicorum suæ partis monumentorum auctoritate munitus testis, Bruno; ex cujus asseveratione firmissima, singula hæc habemus. 1. Gregorium Papam prioris sententiæ pertæsum, quicquid vel per se anno

1076,

1076, vel per legatum Bernardum anno 1077 adversus Henricum molitus erat, eodem anno 1077. & sequentibus destinato consilio subvertisse, in quasdam naufragii certi symplegadas delatum, quarum inevitabili collisione attritus ex prioribus posteriora, ex posterioribus priora, (vel ingratiis) acta damnare cogeretur. 2. Eundem (Saxonum, quos in Henrici perniciem armaverat, judicio) *Apostolici vigoris & Dominici timoris oblitum*, alterum *Petrum*, Magistri abnegatorem; Saxonum fœderatorum Alastorem, *effusi* ab Henricianis *sanguinis* reum, partium adversantium (emungendæ spe *pecuniæ*) illusorem factum. 3. Saxones adversus ipsum palam protestatos, post monitiones geminas, insolubilibus ad hominem argumentis confirmatas, tertiam contestationem in Synodo Romana recitari jussisse; quasi Papam * *Ecclesiæ denunciarent*, & ad Synodi *majus* (quod nudius tertius nati Romanæ Majestatis patroni nunquam probaverint) *tribunal* vocarent. 4. nihil à Saxonibus toto biennio impetratum, cum eorum aculeos omnes, affectata dissimulatione retunderet, Bernardi Legati Censuras, nullas habere; quam jussu suo inflictas fateri mallet; Henricum Rudolfo, quem coronâ donaverat, constanter præferret; eidemque addictissimos obviis quotidiè ulnis exciperet.

*Matth. 18. 17.

Brunonem pro Saxonibus eorumque Rege Rudolfo, non adversus Henricum solum, sed adversus Gregorium ipsummet (solido antequam vivis excederet biennio) causam agentem audivimus: quid nunc pro ejus (quam A. D. 1131. † *ostendendam* suscepit) innocentia præstiterit Paulus Bernriedensis, attendamus; electum April. 21. feria 2. contrà morem; 23 seq. (novem antequam ordinaretur mensibus) mandata ad Desiderium Cassinensium Abbatem dedisse; * scriptisque Maii 6. ad Godefridum Gibbosum literis Henrico Regi, cujus *consensum* expectabat, minas intentasse; ac postquam se anno 1076. à conventu Wormaciensi depositum

† Pag. 72.

* P. 33. 34. 38.

* Pag. 97. reſcivit, Henricum * *excommunicari non ſolum uſque ad dignam ſatisfactionem, ſed ab omni honore regni, abſque ſpe recuperationis debere deſtitui*, idemque *divinarum & humanarum legum teſtari auctoritatem*, ad ſuarum partium Teutones ſcripſiſſe refert; addit idem p. 203. poſt excommunicationem, *regni principes* Henricum *conveniſſe cum Legatis*; & eundem, *ut eorum conſilio acquieſceret, & reſipiſceret, ſatis fideliter rogaſſe*; *alioquin ſe non ulterius communicare vel obedire* proteſtatos, p. 204. roganti Henrico *ut ad ſe Romam venire permitteret*, *votis ejus* Papam *non annuiſſe*; p. 205. *quantas colluctationes cum nunciis Regis habuerit* ſcripſiſſe, p. 208. *quæſtione regni dilata, ſolutum ab Apoſtolico* Henricum A. D. 1077. *diſceſſiſſe*. p. 216. *communionem non regnum recuperaviſſe*, p. 208. Papam *ſecum reputaviſſe omnes* Henrico *juratos, ſe ab ejus dominio liberos reddidiſſe, & ob hæc nullatenus eum (ſicut nec alium) in Regem principibus, (utpotè liberis hominibus) ſuperponi debere abſque eorum electione*. p. 260. principes *in Suevia apud Vlmam conventu facto, deliberaſſe ut ſuæ ſaluti in legitimi principis electione providerent*; ibidemque *generalius colloquium ad Forcheim 4. Idus Martias ad novi regis electionem condixiſſe, ad* id *auxilium* Papæ *ſibi venire (miſſa legatione) poſtulaſſe*; Papam *ad id colloquium legatos direxiſſe*, qui principes *rogarent, ut diſpoſitionem regni uſque in adventum ſuum differrent*, ſi *hoc ſine periculo fieri poſſe ſperarent*; *noluiſſe* verò *eis hoc ex definito præcipere, ne ſibi imputari poſſet ſi quod periculum ſtatus regni ex illa dilatione incurriſſet*, *poſt* Bernardorum *legatorum diſceſſionem Manegoldum* [ Veringhæ ] *Comitem adveniſſe, cujus relatione de novo Rege conſtituendo certiorem factum* Papam, *alium legatum Gregorium Rom. Eccl. Diaconum, ad principes regni deſtinaviſſe, qui eos Apoſtolica auctoritate, adventum ejus præſtolari compelleret; eo tamen primitus explorato; ſi Rex (qui adhuc in Longobardia morabatur) conventus ſecuritatem facere vellet, ut D. Papæ tranſitum ad Teutonicas partes pro ipſius cauſa determinanda concederet*, &c. Id *ſi Rex nollet concedere, præcepiſſe* Papam *ut Legatus ad ſe rediret*,

nec

*nec principes cum aliqua dilatione, à providenda regni necessitate suspenderet*; Martii 1. *pro judicio securitatem exegisse, cujus denegatio eum non posse restitui, ex divino judicio denotaret*; Regem *securitatem facere contempsisse: Legatos*, (quos Guitmundus * comitabatur) *una tantum die, priusquam Manegoldus* appelleret, *Forcheim advenisse*. p. 214. eosdem conventui principum dixisse Gregorium Papam *ut novi Regis electio* (*si hoc sine periculo fieri posse perpenderet*) *in adventum* suum *differretur petere*. p. 215. principibus causantibus *periculosissimum & irreconciliabile schisma futurum, nisi in eodem conventu Rex eligeretur*; *legatos satis compendiosè respondisse, sibi optimum videri, si Regis constitutionem in adventum* Papæ *sine periculo differre possent*; *cæterùm provisionem regni in principum arbitrio sitam esse: accepta à Legatis licentia, apud Moguntinum* principes *convenisse*, Martii 25. Rudolfum elegisse p. 216. *cum se per Apostolici banni transgressionem damnandos* reputassent, *si aliquam deinceps subjectionem* Henrico *Regi exhiberent*, Rudolfum *omne hereditarium jus in regno repudiasse, & vel filio suo se hoc adoptaturum fore penitus denegasse*; *justissime in arbitrio principum esse decrevisse, ut post mortem ejus liberi, non magis filium ejus, quam alium eligerent*; *nisi quem ad id culminis, ætate & morum gravitate dignum invenissent*; *Moguntinum & Magdeburgensem cum Suffraganeis, legatis præsentibus, & regni principibus* eundem *consecrasse* p. 218. *liberos homines* Henricum *eo pacto sibi proposuisse in Regem, ut electores suos justè judicare, & regali providentia gubernare satageret*, idque *pactum illum posteà prævaricari & contemnere non cessasse* p. 221. Anno 1078. Mart. 3. *cum uterque Rex ab Apostolica sede adjutorium requireret, in generali Synodo* à Papa decretum *legatos mittendos, qui convocatis Clericalis & laïcalis ordinis viris, cui parti justitia magis faveret, ad plenum addiscere valerent*. Martii 9. decreti sui contemptoribus *ut non solum in anima, sed etiam in corpore, & in omnibus rebus suis, vindictam omnipotentis Dei sentiant, & in omni congressione belli, nullas vires, nullumque in vita sua triumphum obtineant*; *sed duplici*

* Ex Monacho Crucis S. Leofredi apud Eburonices, Episcopus Aversanus & Rom. Eccl. Cardinalis.

*contritione prostrati semper vilescant , & confundantur*, Papam imprecatum fuisse ; *portitorem ab eodem directum , ut una cum venerabili fratre Treverensium Archiepiscopo* ( Vdone ) *qui Henrico favebat ; & altero , qui utilis & religiosus ad hoc esset opus , Episcopus ex parte Rudolfi locum & tempus prædicti conventus statueret ; præceptum* Vdoni *ex auctoritate B. Petri , ut cui justitia favebat , omninò faveret ; & hoc idem facere Clericos & laïcos quos posset ex parte Papæ commoneret* ; * Novemb. 19. *Synodo partium* Legatos qui in conventum consentirent interfuisse p. 229. Anno 1079. mense Febr. cum *Legati* Rudolfi *adversus Henricum proclamassent , quamplures Concilii in eum debere gladium Apostolicum evaginari decrevisse*, sed Papam distulisse Altmannoque Pataviensi, seu Laureacensi ut *utrique parti communem , & ab omni suspicionis nævo (quantum in se erat) cum divinæ gratiæ adjutorio , exhiberet immunem ; ut justitiæ semper , & nullo modo partibus faveret*, scripsisse ; Legatos utriusque pactas conditiones juramento confirmasse p. 232. Gregorium constituti violatores , *non solum in Spiritu verum etiam in corpore, & in omni prosperitate hujus vitæ innodasse* ; iisdemque *victoriam in armis* ( prout ad A. D. 1080. Ianu. 27. notavit Bruno) *abstulisse*.

* Pag. 229.

Passau.

Hæc in summa rerum à Gregorio VII ab A. D. 1076. ad 1080. in Henrici causa gestarum ipsis Pauli verbis expressa defensio ; in qua nonnulla imprudens excidere sibi passus est, quæ ex jurato in Henrici (ante annos 25 mortui) memoriam odio in clarissimis eum cæcutiisse evincant : quid enim absurdius , quam Henrico puero * nondum decenni quicquid in Cadaloï Antipapæ promotione criminis fuit objicere ? *Cadaloüm* (certè) *data per manum suam investitura , in Papam erigere*

* Par Domnizonis insania lib. 1. c. 18. *Nicolaum Papam contempsit mens sua prava, Sprevit Alexandrum Papam verè venerandum , Tollere Romanum cui tentat pontificatum , quendam Parmensem Cadalum Papam jubet esse :* ac impudentissimè conficta hæc omnia luce meridiana clarius est , natus enim Henricus anno 1051. Novembris 11. & patri anno 1056. Octob. 5. denato suffectus , sub matris tutela ad A. D. 1062. ( quo paulò post Pascha , Annonis Coloniensis & Egberti patruelis factione *puer simplex , & nihil minus quam insidias suspicans* subductus est) vixit , nec quicquam vel de se vel de aliis per se statuit ; at anno 1059. Ianuar. 3. Henrici 8 ineunte Stephano sive IX , sive X , successit Nicolaus II , eoque A. D. 1061. Iulii 7. denato, Octobris sequentis 1 Alexander II , (solido antequam à materno sinu avelleretur Henricus *puer* semestri ) anno demum 1062. Octob. 28. cadente Cadaloo , Alexandri confirmata electio, tunc autem nondum annos 11 excesserat Henricus.

*non*

*non formidavit*: sed cur *formidasset*, omni ex parte insons, utpotè alieno judicio obsequens necdum suo uti gnarus? Id etiam ad Henrici famam purgandam facit, quod p. 81. refert Hugonem Card. antequam de Gregorio Papa quicquam conventus Wormaciensis decerneret, *Episcoporum & Archiepiscoporum personas repræsentantem, advenisse; projectisque in medium epistolis, sub nomine Cardd. Senatusque ac populi nomine titulatis, quibus significabantur quædam proclamationes ad præsentiam regiam, ubi etiam continebantur, postulatio novi pontificis, & abjectio legitimi*, in causa fuisse cur Gregorius deponeretur; sive enim falsum sive verum dixerit culpa caruit, imposturam passus non faciens Henricus; dum quod Synodus (suo judicio) justè statuerat, exequendum putavit. 3. Notatu dignum quod p. 79. *Saxones* (antequam Gregoriano anathemati Henricus subjaceret) *unanimiter conspiravisse* asseverat, ut *pro Rege illum amplius non haberent*; hinc enim liquere potest, Gregorium perduellium audacia fretum, inclinatum ac ruinam minantem principem, eventus securum impulisse. Sed sciens prudens silentio præteriit quam justa fuerit Henrici in Papam indignatio, quem *in* suum *caput insurgere ausum*, palam questus, disertis verbis * *mandasse* exprobrat, *quod aut* ipse *moreretur, aut* principi *animam regnumque tolleret*; ut enim sceleratorum omnium (quotquot ab orbe condito fuere) Henricum caput fuisse demus, nunquam ex officio fecerit Gregorius, in ejus perniciem conjurans & (contrà Domini exemplum) *peccatoris* non *vitam*, sed *mortem volens*.

* Epist. Henrici ad Hildebrandum à Brunone descripta.

Ezech. 18. 23. 33. 11.

Nec si Bernriedensem, semotis fucis, *folium* nobis *recitare Sibyllæ*, statuamus, ipse nobis Gregorii (pro concepta spe) *innocentiam ostenderit*. Nam 1. si (excommunicantis ipsius judicio) post *regni gubernaculorum contradictionem*, *Rex* dici, *regaliumque servitiorum* (quod ex professo notavit Lambertus) *exactionem* sibi vindicare jure potuit; nulla (vel exauctorante ipso fatente) sive jus sive factum spectes, fuit exauctoratio,

qua

quâ poſita, prærogativa *regali* nequaquam excidit. 2. ſi (quod aſſeveranter ſcripſit Gregorius) *regnare eum ulterius juſtitia nequaquam paſſa eſt*; imò *ſi eum non ſolum uſque ad dignam ſatisfactionem, ſed ab omni honore regni, abſque recuperationis ſpe, debere deſtitui, divinarum & humanarum legum auctoritas teſtata eſt*; violatæ *divinæ humanæque legis* reus fuit Gregorius, qui Eccleſiæ corpore abſciſſum, & *regno abſque recuperandi ſpe deſtitutum*, communione ac pace donavit, & *regnare* de facto, juſque ſibi *regni* contrà interdictum arrogare non modo permiſit, ſed talem cui in tanto molimine *juſtitia favere* poſſet pronunciare non dubitavit; ἀσύστατα enim ſunt ex æquo, 1. juſtè dejecto *juſtitiam favere* poſſe, 2. *juſtitia prohibente* aliquem *regnare non poſſe*, eademque exigente *abſque recuperationis ſpe, omni honore regni deſtitui*, quod primum de Henrico ſcripſit Gregorius, & *juſtitia favente* eundem *regnare*; quod quinto poſt menſe idem de eodem poſſibile credidit, quocunque ſe verteret ſecum pugnans, nec *juſtitiæ* ſemper *favore* carere, qui Romanæ ſedis *favore* deſtituantur; nec *regia dignitate cadere* quoſcunque eadem *exreges* pronunciavit, adverſus ſuas ipſiuſmet hypotheſes confeſſus. 3. Si annuente Gregorio imò (quod Lambertus ſcripſit) legem ferente, *regalium ſervitiorum exactio* Henrico reſervata eſt, (cum *exregem regalia exigere* nefas ſemper fuerit) *regni quæſtionem* à Gregorio Henricum ad pacem admittente *dilatam*, Henricumque *communionem, non regnum recuperaviſſe* (quod totidem verbis ſuis Gregorius inculcavit & aliis perſuaſit) ex neceſſitate falſum eſt. 4. Si *liberati ab* Henrici *dominio fuerunt*, quotquot *ipſi jurati fuerant*, idemque revera *Exrex* factus eſt; *ſuperponi ei Rex alius* non potuit, (quod tamen αὐτολεξεὶ Gregorius ſcripſit) ſi verò potuit, nec *Exrex* Henricus fuit, nec *ab ejus dominio liberati* (quantumvis eos *liberos* pronunciaverit Gregorius ipſemet) ſubditi; quandoquidem nec *exregi* ſed vero *Regi* ſummæ poteſtatis compoti, *Regem alium ſuperponi* datur; nec *non enti ſuperponi* quicquam,

quam, aut *Regem alium* ( ubi *Rex* nemo eſt ) *ſuperponi* ullò modo poſſibile eſt. Vnde fit ut Rudolfus, poſt reconciliatum Henricum, ad regnum vocatus, licet Gregorio probatus fuerit, (ipſiuſmet judicio) non legitimus ſed *ſuperpoſititius Rex* dici debuerit. 5. Si poſt factam apud Canuſium reconciliationem, Gregorii fidem opemque ad annum uſque 1080. implorare non deſtitit; nec *pertinax* dici aut haberi, nec *pertinaciæ* ( quæ in eo nulla fuit ) pœnas ullas dare debuit Henricus. 6. Si poſt negatam ab eodem indicti *conventus ſecuritatem contemptumque* (quod Saxones volebant) *pactum*, Legatos in Germaniam mittendos cenſuit Gregorius, per quos, *cui magis juſtitia faveret*, id eſt an Henrici cauſa melior eſſet quam electi, Legatis præſentibus ac probantibus, à fœderatis Rudolfi addiſcere poſſet, nec Rudolfum jure electum, nec Saxones jure egiſſe, nec injuria *denegatam* ab Henrico *conventus ſecuritatem*; nec ex ea *denegatione* Henricum *non poſſe reſtitui*, *ex divino judicio denotari* Gregorio ( quicquid in contrarium proteſtari videatur) conſtitit: Cui enim unquam in mentem venit, ut jam comperta *addiſceret*? hinc etiam pronunciatum in Henricum anathema, jure nullum fuiſſe neceſſe eſt, cum (ipſius Gregorii Saxonumque hoc ipſum incommodo gravantium judicio) *necdum diſcuſſus damnatus*, nec ex præſcripta ab ipſa naturæ luce judiciorum forma *judicatus*, ſed *judicii ſpecie* oppreſſus fuerit. 7. Si Vdo Trevirenſis ( utut Henrico palam *favens*) eumque (quaſi nunquam *dilata regni quæſtio* fuerit) debito Regibus cultu proſequens, *venerabilis* Papæ *frater*, & acceptus fuit; ſi ( Papa ipſo mandante ) Henrico ( quamprimum *ei juſtitiam favere* manifeſtum fuerit ) *favere*, *Clericoſque ac laïcos ex* Papæ *parte*, *ut id* ipſum facerent *hortari* juſſus eſt idem; imò ſi Altmannum Patavienſem Rudolfinæ cauſæ propugnatorem acerrimum *utrique ſe parti communem exhibere, ab omni ſuſpicionis nævo immunem* ſe præſtare, *juſtitiæ non partibus favere* voluit Gregorius; ſive ex Synodi ſententia ( quod

Bruno, Domnizo, & Paulus Bernriedensis asseverant) sive præter Synodi decretum (quod à Bennone & anonymo Floriacensi scriptum) Henrico primum *regni potestas omnis contradicta fuerit*; pro eo adversus Rudolfum, à Romana sede *Regem* agnitum, stare crimen (ipsomet Papa fatente) nequaquam fuit; ut nec pro Rudolfo adversus Henricum *ab omni honore regni absque recuperationis spe destitutum*, novoque à Legatis anathemate perculsum militare, *bonum factum*; cum Rudolfo *favens*, *parti*, non *justitiæ favere* potuerit. 8. Si post vibratum à Gregorio VII, in Henrici caput anathematis fulmen, conjurati Teutones, ipsique Rom. Ecclesiæ Legati, Henricum eundem ut *Regem convenerunt*, *satis fideliter ut resipisceret rogarunt*, se *nisi resipisceret* (quod hactenus fecerant, & facere non obstante Rom. pontificis interdicto parati videbantur) *non ulterius communicare vel obedire protestati sunt*: si denique (quod Lambertus ad annum 1076 notavit) annuis induciis datis, *se* (post Papæ judicium) *legibus cum judicio illo* damnato *agere velle* protestati, *rem integram Rom. pontificis cognitioni* (quasi nihil vel *cognovisset*, vel pronunciasset) *reservarunt*, nec decisam Papæ *judicio* sed adhuc incertam (post *judicium*) ejusdem causam pendere; nec ipsum judicio illo *exregem* factum; nec se *judicio* eodem (nisi liberet) teneri; sed idipsum nullo se loco habere professi sunt; quod certissimo indicio esse potest, nec Papæ, nec Teutonibus Henrico infensissimis, potestate sua abusum *Regem*, sacerdotali quacunque sententia *exregem* posse fieri, persuasum fuisse.

Quod *absentem, indefensum, inauditum* Henricum anno 1076. Febr. 2. damnavit Gregorius, non urgeo, quandoquidem *inauditum*, *absentemque* Gregorium Ianuarii proximè præcedentis 23. pontificali cathedra dejecerat Wormaciensis conventus; utrinque (velut ex compacto) neglecta judiciorum forma; quodque ante mille annos sæpius obtingere Flaccus monuerat *Iliacos intrà muros, & extrà* peccatum fuerat. Sed

alia

alia nonnulla obſervanda ſuperſunt ; 1. Papam qui Teutonibus conjuratis A. D. 1076. *eligendi* ( Henrici loco ) *Regis*, *conſilium* dederat ; poſt eidem redditam Ianuario ſequente communionem, novi *Regis* electionem non quidem vetuiſſe, ſed (ſi res moram pateretur, nec urgeret neceſſitas) eoüſque differendam cenſuiſſe, quo relicta Italia, *ad Teutonicas partes ipſe tranſire* potuiſſet; aliud exigentibus fœderatis, qui Vlmæ primum ( menſe Februario qui Henrici reconciliationem proximè ſecutus eſt ) & apud Forcheim ( Martii 12. ) convenerant, per legatos conſenſiſſe; iiſdemque præſentibus & confirmantibus electum Martii 15, & coronatum 26. Rudolfum fuiſſe: unde manifeſtum fit, quo ſenſu anno 1080. *ſine ſuo conſilio electum* Papa proteſtatus fuerit; nihil enim de eo nominatim decreverat, imò electionem omnem differri petierat; ut ut electum à Legatis probatum ipſe mox *Regem* ſalutaverit, & *corona* donaverit: Sed hæc jam ſuprà attigimus. 2. à Rudolfo primum ( ex Gregorii Papæ ſententia ) *omne hæreditarium jus* in regno repudiatum fuiſſe, ne quis ullos à Gregorio V, ante annos ferè 80. denato, electores inſtitutos fuiſſe ſuſpicetur. 3. poſt *ſuperpoſitum* Henrico Rudolfum; renovatumque à Bernardo legato anathema, Gregorium medium ſe ( neutrum vel abdicando vel abſolutè acceptando ) interpoſuiſſe. 4. partes compromiſſo facto, ejus arbitrio cauſam permiſiſſe. 5. compromiſſi violatoribus *proſpera* omnia, ipſamque *in armis victoriam*, ( quantum in ipſo fuit ) *abſtuliſſe*. A. D. 1080. ineunte, Rudolfi ( per legatos Henricum *regnum, contrà interdictum invaſiſſe*, adverſarios malè mulctaſſe querentis) clamoribus irritatus Gregorius, Martii menſis Nonis, iterato anathemate Henricum * ſubacturus, hæc ad Apoſtolos ait, *ſolam communionem reddidi, non tamen in regno à quo cum in Rom. Synodo depoſueram inſtauravi; nec fidelitatem hominum, qui ſibi juraverant, vel erant juraturi, à qua omnes abſolvi in eadem Synodo, ut ſibi ſervaretur præcepi*, &c. *Henricus*

* Paulus Bernried. p. 233.

*cœpit me precari, ut illum contrà Rudolfum adjuvarem, cui respondi me libenter facere, audita utriusque partis ratione; ut scirem cui justitia magis faveret. Ille autem putans suis viribus eum posse devincere, meam contempsit responsionem; postquam autem persensit se non posse (sicut speravit) agere; duo Episcopi* * *(Virdunensis videlicet, & Osnabrugensis) de consentaneis suis Romam venerunt, & in Synodo, ex parte Henrici, me (ut ei justitiam facerem) rogaverunt; quod & nuncii Rudolfi fieri laudaverunt. Tandem,* &c. *statui in eadem Synodo, in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut illic pax statueretur, aut cui plus justitia faveret, cognosceretur. Ego enim,* &c. *usque hodiè nullam partem disposui adjuvare, nisi eam cui plus justitia faveret; & quia putabam quod injustior pars colloquium nollet fieri,* &c. *excommunicavi, & anathemate alligavi omnes personas,* &c. *hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret. Prædictus autem Henricus,* &c. *colloquium impediendo excommunicationem incurrit,* &c. *Quapropter,* &c. *prædictum Henricum,* &c. *anathematis vinculo alligo, & iterum regnum Teutonicorum & Italiæ,* &c. *interdicens ei, omnem dignitatem & potestatem regiam illi tollo; & ut nullus ei Christianus, sicut Regi obediat interdico; omnesque qui ei juraverunt, vel jurabunt de regni dominatione, à juramenti promissione absolvo: ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione belli, nullas vires, nullamque in vita sua victoriam obtineat; ut autem Rudolfus regnum Teutonicorum regat & defendat, quem Teutonici elegerunt sibi in Regem ad vestram fidelitatem ex vestra parte dono, largior, & concedo, omnibusque sibi fideliter adhærentibus absolutionem omnium peccatorum, veram benedictionem in hac vita, & in futura, vestra fretus fiducia largior,* &c.

* Theodoricus & Bernardus.

Iterati illius anathematis horrendo exemplo, Gregoriique (qui illud pronunciavit) invidiosa auctoritate, nituntur quotquot hodie cujuscunque generis ac nominis, sive *directam*, sive *indirectam in temporalia Regum omnium*, Rom. sedi *potestatem* assignant; eos verò (ne prædominantis affectus *amabilis insania* deinceps *ludat*) in sequentes observationes defæcatæ

mentis

mentis aciem defigere obſecro, quæ ipſo jure nullum Gregorii in Henricum Regem decretum fuiſſe luce meridiana clarius evincent. 1. Cum in hanc uſque diem, qua Henrici caput, poſtremo anathemate contudit, id eſt ad Martii Nonas, *nullam* ſive Henrici, ſive Rudolfi *partem adjuvare diſpoſuiſſe ſe* profiteatur, *cui plus juſtitia faveret* adeò incertus, ut hoc ſolum fine, quo *id cognoſceretur, ultramontanorum colloquium* indiceret; nec *convictum*, nec *contumacem*, nec quem *regno indignum ſciret*, imò nec *cujus cauſam ad plenum noſſet*, Henricum fuiſſe (ipſomet Gregorio fatente) neceſſe eſt: Henricum verò nihil non redimendæ paci idoneum intentatum reliquiſſe, nullos Gregorio pro ſe ſponſores non obtuliſſe; ex hujus ad Rudolfum, adverſam partem, poſt Ianuarii 27. data (quam Bruno libello *de bello Saxonico* inſeruit) epiſtola invictè demonſtratur. *Deferuntur* (inquit) *mihi jam ſæpius legationes Henrici, tum per proprios nuncios, tum per cognatos, & aliarum terrarum principes, & affines, modo omnem obedientiam promittendo, modo per varia ingenia ſollicitando, id à me ſummo conamine cupientes efficere, quo me ad votum ſuum ſuis partibus valeant inclinare.* nec dubium quin inter omnes Henricianæ fidei aſſertores, eminuerit Philippus noſter, quem *omnium in quibus ſperabat fideliſſimum, primum, ac præcipuum inter omnes, ſe excepiſſe* Henricus ad extremas A. D. 1106. incitas redactus profeſſus eſt; *cui conqueri, & deplorare omnes calamitates ſuas, & miſerias neceſſarium duceret*: nihil tamen vel omnimodæ *obedientiæ promiſſio*, vel *principum*, quà *cognatorum* & *affinium*, quà *exterorum* interventio, Eccleſiaſticæ pacis cupidiſſimo Henrico profuit, quominus vix exacto menſe, tantam experiretur impactarum à Rudolfi & confœderatorum nunciis in ſuum caput criminationum vim, ut *audita tantum parte altera, abſens, indefenſus, inauditus*, imò *ne vocatus* quidem *damnaretur*. Vbi * *manſueti & humilis corde* Domini, omni exceptione majus exemplum? ubi Petri † *Regem honorificantis* ſacroſancta auctoritas?

Epiſt. Henrici ad Philippum initio ab Ottone Friſingenſi laudato.

* Matth. 11. 29.

† 1. Pet. 2. 17.

ubi divini humanique (cujus ne infideles ipſos oblivio capiat) juris cara memoria? ubi denique Gregorii ipſiuſmet grata ſuo merito bonis omnibus proteſtatio, * *Quod hinc inde & Romana gravitas, & Apoſtolica manſuetudo, me per mediam juſtitiæ viam incedere cogit, omnibus quibus poſſum modis, hoc oportet intendere, quomodo veram à falſa juſtitiam, perfectam à ficta obedientiam, judicio S. Spiritus valeam diſcernere, & rato ordine ad finem uſque perducere?* horum omnium oblitus, ſemet in ſeipſo inveniſſe non videtur, adverſus Henricum incitatus Gregorius; quem Romanæ Synodi † exemplo proteſtari decuerat. *Nec in abſentem valemus ferre ſententiam, nec in contumacis locum deputare qui ſe judicibus occurriſſe proclamat.*

* Apud Brunonem ex epist. ad Rudolfum.

† Relat. ad Theodoricum A. D. 501.

2. Compugnant invicem præcipua Gregoriani decreti membra; nec (ſi ſeorſim ſingula ſtatuantur) ullo jure ſubſiſtent. Nam 1. ſi (quod Lambertus aſſeverat) Henrico (poſt redditam communionem) *regalia* per Gregorium *ſervitia exigere* licuit; qui fieri poteſt ut *in regno inſtauratus* non fuerit? an *Exregi* regio omni jure ac poteſtate deſtituto *regalia* in prædam cedere debuerunt, ut ea *exigeret exigendi* jure penitus ſpoliatus; *ſervitia* haberet *ſervis* ac *ſubditis* carens? 2. Si ad privatam ſortem per depoſitionis decretum redactus eſt, unde Gregorio decreti illius conditori in mentem venit, ut nondum *in regno inſtauratum*, imò ne *communioni* redditum, (ſuccíſis proprii decreti nervis) *regio* nomine dignaretur, ſe * *cum nunciis Regis colluctationes habuiſſe* faſſus; ab eodemque reconciliando, tanquam *Rege*, *ſecuritates* accipere non dubitaret, quas nec offerre nec præſtare *omni poteſtate regni dignitateque* † exutus poterat? annon abſurditatem omnem ſuperat, ut is ex *poteſtate* agere dicatur, cui *poteſtas* omnis ablata eſt, *potenſque* dicatur qui jure *nihil poteſt*? 3. Si recuperata communione, *inſtauratus in regno* Henricus non eſt; ſed ſuo loco intactum *regni interdictum* manſit; quid eidem *regnum* (quaſi deſinente priore *interdicto* cum *communione* inſtauratum

* Apud Paulum Bernried. p. 205.

† Ennod. apol. *non eſt privilegium quo ſpoliari poſſit jam nudatus.*

tum fuerit ) *iterum interdicere* necesse fuit? 4. quæ *regia dignitas, & potestas* iterato illo *interdicto*, ei *tolli* potuit, cui (si quæ Gregorius ipsemet scripsit vera sint) *regia nulla* ab anno 1076. *dignitas ac potestas* reliqua erat? an ullo modo *tolli* potest, quod jam non est; aut ei *tolli*, qui nihil habet? 5. Si priore *interdicto* verè * *Christiani omnes à vinculo juramenti, quod Henrico fecerant, vel facturi erant absoluti sunt*; si justè *ut nullus ei, sicut Regi, serviret, interdictum est*: Si † *omnes ei jurati* ( *interdicti vi* ) *ab ejus dominio liberi redditi sunt*; si ‡ *per banni Apostolici transgressionem damnandi, qui aliquam subjectionem ei deinceps exhiberent*; si ( quod fœderati Teutones Gregorio Papæ fluctuare viso * objecerunt ) Henrico à prioris interdicti momento, *nullus (ex debito) fidem servavit*; si denique Henricus *in causis legalibus agendis, neminem ad faciendum justum judicium Sacramentorum obligatione constringere potuit*; quid inconvenientius fuit, quam à principe *abdicato* ( quod Gregorius *abdicans* fecit ) ut † *quos posset, ad securitatem dandam constringeret*, exigere? an aliquos *constringere* potuit, qui neminem? aut reipsa *soluti à juramenti vinculis*, & *ab omni obedientia* præstanda liberi Henrici subditi fuerunt; ac proinde *constringi* ab eo ( quod tamen Gregorius *securitates* accipiens speravit ) nullo modo *potuerunt*? quis enim quod *non potest*, opere ipso compleat? aut *soluti* non sunt; ac proinde, vano irritoque conatu, *liberos*, qui nec erant, nec esse poterant, pronunciavit; utrumvis statuamus, sibi contrarius.

* Paulus Bernried. p. 90.
† Pag. 209.
‡ Pag. 216.
* Apud Brunonem.
† Paulus Bernried. p. 207.

Cum post annum Domini 1075. *liberatos* primum *Sacramenti religione subditos* avitumque principi *interdictum regnum* audimus; Athanasii magni * exemplo quærere quis possit: τίς ἤκουσε τοιαῦτα πώποτε, ἢ τίς ὁ διδάξας ἢ μαθὼν, &c. ταῦτα πόθεν ἐξῆλθε, ποῖος ἅδης ἠρεύξατο, τίς δὲ ἤκουσεν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ ὅλως παρὰ χριστιανῶν. *nova* enim fuit *& inaudita præsumptio, ad injuriam & contumeliam* regiæ potestatis *elata*, *qualem* ( ut Gregorii ipsiusmet, † cui primo placuit, verbis utar ) *patres*

* Ad Epictetum.
† Lib. 3. epist. 9.

*nec*

*nec viderunt, nec audierunt unquam, nec Scripturarum ſeries aliquando à Paganis, vel hæreticis docet emerſam*; *cujus mali etſi aliquod unquam* (*poſt fundatam & propagatam fidem*) *Chriſti præceſſiſſet exemplum*, *omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu dolendum foret*, *& gemendum*; quis enim ex Petri (qui de Nerone, non modo infideli, ſed inter infideles principatu indigniſſimo
1 Pet.2.17.18. monſtro ſcripſit *Regem honorificate*, *ſubditi eſtote Dominis non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis*,) æternum venerando præſcripto, egiſſe ſibi perſuadeat, qui Henrico Chriſti fidem profeſſo, cui *juſtitiam favere* poſſe in confeſſo erat; atque (ut criminoſum fuiſſe demus) *omnem obedientiam promittenti*, paternum *regnum interdicens*, *regiam omnem dignitatem ac poteſtatem* pro virili abſtulit? hæc certè ſe mutuo tollunt *Rex* (etiam inter infideles perditiſſimus) *honorandus eſt*, & *Dominus* agnoſcendus: & *Regi* Chriſtiano, ſed quem juvenilis laſcivia corrupit, *regni gubernacula contradicenda ſunt*, & *ut nullus ei*, *ſicut Regi*, *obediat interdicendum*. Illud Petri, hoc Gregorii VII dogma, eo minus probandum, quod poſt redditam Henrico (coram conjuratorum hoſtium conventu, cauſam dicere parato, quemque regni privatione puniendum Gregorio nondum conſtabat) Eccleſiaſticam pacem, ab eo velut jam addicto pœnas (liberatis Sacramenti religione ſubditis) repo-
Tertull. apol. ſcere, ratio nulla patiebatur; ut enim principem *ſolo Deo minorem*, non modo *minorum* (quos Deus ipſemet, debitæque fidelitatis profeſſio ſubdiderat) ſed *juratorum* (qui Gregorium caput agnoſcebant) *hoſtium* judicio ſubjacere (quod ab omni ratione abhorret) neceſſe fuerit; eum remiſſa ante judicium fidelibus ſuis Sacramenti religione, plenam *regii* ſui juris jacturam facere, ſeipſumque inermem, nudum, ac propulſandæ injuriæ deinceps imparem, hoſtili factioni ſpontè prodere, conculcandumque proſtituere, abſurdum admodum, (ne inſanum dicam) fuiſſet; cum ipſa humanitatis lex judiciorumque publicorum ſive in republica, ſive in Eccleſia, in-

sia, inviolabilis forma, ut *in integrum* (ne seipsum deserere coactus, ab inimicis oppressus videretur) *restitutus*, causam ageret, ante omnia exegerit.

*Factum in Thuringia* anno 1080. 6. *Idus Februarii prœlium*, in causa fuisse videtur, cur Henricum indictum *colloquium impediendo excommunicationem incurrisse*, Martii sequentis septimo causatus fuerit Gregorius, sed sive provocatus à perduellibus, sive provocans, promissorumque immemor Thuringos invadendo, adversarios ab omni conventus spe depulerit Henricus idem; ad reddendam facti rationem à Gregorio, cujus se arbitrio permiserat, prius vocari debuit, quam iterato anathemate absens, & indefensus feriretur. Noluit tamen Rudolfi in acie fusi sorte, legatorumque ab eo & fœderatis missorum clamoribus excitatus, vel ad momentum consueto juris ordini obsecundare; sed palam in partem transitu facto, *regnum* (quod ab uno *Excelsi* in illud *dominantis, & cuicunque voluerit illud dantis* arbitrio pendere monet Daniel) Rudolfo *donavit*, *omnibus sibi fideliter adhærentibus*, * *absolutionem omnium peccatorum; veram benedictionem in hac vita & in futura* largitus. Ne tamen eum, *sanctorum Apostolorum fiduciam* jactantem, conscientia planè titubante, novi Regis patrocinium suscepisse nesciremus; illa ipsa epistola qua ejus nomen Henrici nomini primum præposuit fœderatosque Teutones ad obfirmandum adversus Henricum animum *fidelis adjutorii & absolutionis* pollicitatione invitavit maximam Germanorum partem Henrici auspiciis militasse; solos *Saxones* Rudolfum secutos, eundem Teutonum omnium *regem*; dici nequaquam potuisse, tituli ipsius inscriptione insinuavit qui talis est; *Rudolfo Regi, omnibusque secum in Regno Saxonum commanentibus* variato nimirum stylo, quo Ianuarii præcedentis 27. *omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, in Teutonico, & Saxonico regno commanentibus, omnibusque principibus*, &c. scripserat: Si abdicati *omnique regni potestate* dejecti Henrici *jus uni-*

Apol. pro Henrico lib. 2.

Dan. 4. 19.

* Apud Brunonem.

*verſum* ad Rudolfum *tranſierat*: cur uno *Saxonum*, quibus de facto *omnium* (ex Gregorii ſententia) *Dominus* factus, impe-rabat, *regno* dominium ejus concluſit? hærebat hac in parte anxia, nec facto ſuo fidens Gregorii mens, quæ Rudolfi *regnum* non quale ex uſurpata poteſtate volebat, ſed quale res ipſa præſtabat delineare cogebatur; nec mirum ſi univerſis ferè decreti adverſus Henricum conditi partibus, ſeſe mutuò perpetua contradictione (prout ſuprà docuimus) collidentibus, *poteſtatis* quam ſibi *in temporalia* principum arrogabat primus, naturam atque uſum ſibi rudi adhuc monarcharum artifici, incomperta eſſe, volens nolens teſtatum fecerit. Vix autem profuſæ illius largitatis ratio apparet; qua Rudolfi, *cui* an *juſtitia plus faveret* Ianuario exeunte ambigebat, ſpes omnes explevit; theſaurum inæſtimabilem *peccatorum* ſcilicet *omnium abſolutionem veramque in hac & futura vita benedictionem* in ejus ſinum effundens: Vt enim Henricum momento turpiſſimum, regnoque indigniſſimum factum, merito ſuo abdicatum fuiſſe concedamus; quæ nova fuerant Rudolfi (de cujus cauſa par dubium fuerat) κατορθώματα, ut pontificiæ *benedictionis* (excluſo æmulo advocatis è Cœlo teſtibus Apoſtolis) hæres ex aſſe ſcriberetur? Annon utriuſque Henrici ſcilicet & Rudolfi cauſa ex æquo mala eſſe potuit, aut Rudolfi in regni controverſia potior licet in pietatis negotio deploratiſſima fuerit? An univerſis illis quibus in re ſeculi regno nimirum aut principatu terreno *juſtitiam favere* certum eſt; *peccatorum omnium abſolutionem veraſque hujus & futuræ vitæ benedictiones* (quas non hominis ſed *Dei* unius ἀμεταμέλητα
* Rom. 11. 29. χαρίσματα citatus à Gregorio teſtis * Paulus vocat) largiri par eſt? Hinc quantum affectibus Gregorius commotior indulſerit, facilè conjicere eſt.

Reſtabat ut hinc Henrici fulminatum caput, & *duplici contritione contritum, nullas in omni belli congreſſu* (pro Gregorii imprecantis voto) *vires, nullam in vita ſua victoriam obtineret*; Inde

Inde Rudolfus perpetuis triumphis auctus, ad longos annos, *sublimis per ora virûm volitaret.* At spes ejus Gregoriique fautoris omnes, hac in parte eventus frustratus est; nec ego sanè ex sola hujusmodi Catastrophe, totius causæ judicium fieri velim; *careat successibus opto, quisquis ab eventu facta notanda putat.* Sed divina judicia *quo res cunque cadant*, submissa mente adorare juvat. Quarto à renovato Henrici anathemate mense *septimo Kal. Iulii feria 5. apud Brixiam Noricam* 30 *Episcoporum conventu optimatumque, non solum Italiæ, sed & Germaniæ, jussu Regis Henrici congregato*, Gregorio VII deposito Vuigbertus Ravennas suffectus est; qui ad anni 1101. Septembrem pontificalibus infulis redimitus Gregorio VII, Victori III, Vrbano II superstes, annos solidos 22. cum trimestri ferè exacto sedit. Tunc ab Henrico ad Gregorium binas epistolas scriptas Baronius Card. putavit; quarum hæc initia sunt. *Hanc talem pro confusione tua*, & *cum hactenus ex te ea quæ patris sunt expectarem*: sed eum coætaneus Bruno qui utramque libello suo *de bello Saxonico* inseruit, & ætate proximus Paulus Bernriedensis refellunt, datasque anno 1076. Ianuar. 23. ex conventu Wormaciensi palam docent; infirma etiam sunt quæ adversus datam ab Henrico eodem ad Annonem Coloniensem epistolam protulit; Cum enim unum illum Wormaciensem conventum qui A. D. 1076. die ab Annonis dormitione 51. congregatus est, in animo haberet, Legatosque Romanos qui Henricum ad Synodum Romæ occurrere juberent Goslariæ ipsum Decemb. 25. post Annonis obitum die 22. convenisse sciret; effictas à sciolo aliquo quæ Annonem Wormaciam in Pentecosten vocarent, literas suspicatus est. At ex Lamberto ipso (cujus auctoritate potissimum fretus videbatur) constat, Henricum A. D. 1075. belli Saxonici apparatibus intentum April. 5. *Pascha*, Maii 24. *Pentecosten Wormaciæ cum paucis celebrasse*; Iuniique sequentis 8. *in Bredingen cum* tanta *multitudine venisse*, ut *quic-*

Vrsperg.
Brixen.
A. D. 1180. §. 22.
A. D. 1076. §. 8.

*quid in regno Episcoporum erat* ibidem *convenerit. Episcopum* verò *Coloniensem* Annonem *causatum impium fore, si calamitatis quæ oppressura esset fratrem suum Magdaburgensem Episcopum, & consobrinum suum Halberstatensem Episcopum spectator adesset, vacationem impetravisse.* facilè igitur potuit *Wormatiam* ab Henrico *in Pentecoste* (quam Sigebergæ *celebravit*) vocari; Paulò post *in Bredingen*, cum reliquis in bellum Saxonicum *enitentibus* Episcopis *convenit*, *vacationem impetraturus*; ac tandem *S. Michaëlis & Ecclesiæ dedicationis solennia*, in Sigeberg *egit.* Vnde Coloniam equo reversus *novem plus minus hebdomadibus podagra miserabiliter cruciatus* deceſſit Decemb. 4. fer. 6. Neque *nihil de Gregorio* Henrico (*qui totus in expeditione Saxonica erat*) *cogitandi*, *otii fuisse* necesse est; quandoquidem præcipuum Saxonum Conjuratorum incentorem & suspicabatur Henricus, & suo malo expertus est; nec valet argumentum: *literis se suis* Gregorio *obsequentem exhibuit* idem; ergo *de eo questus non est.* Vnica enim ejus extat ad Gregorium anno 1073. vel fortè 74. Octob. mense data epistola quam summa paulò post animorum alienatio subsecuta est. Nec postremò urget argumentum; *Gregorii* Papæ *erga Henricum frequentata sunt officia*: Ergo *quæ de Henrici legatis Romæ malè habitis narrat epistola falsa sunt*, duas enim Gregorii ad Henricum anno 1074. Decembri mense datas; duas * anno 1075. Iulii 20. scriptas, quintam 1076. Ianuarii 13. missam habemus, ex quibus firmam nullam pacem inter altioris spiritus viros unquam coaluisse, facilèque evenisse ut Legati ab Henrico Romam missi à Gregorio (qui minas necdum ordinatus spiraverat) durius exciperentur, liquidò apparet. Sed hæc obiter.

Auctor vitæ lib. 3. c. 1. &c.

Inter Gregorianas libri 1. 29. & 30.

Lib. 2. epist. 30. 31.
* Lib. 3. epist. 3. 7. 10.

Vix septem mensibus à Gregorio *donatum* cum *benedictione regnum* tenere potuit Rudolfus, *juramentum* à se violatum, *honoremque indebitum usurpatum* (si qua Helmoldo fides) dum animam ageret confessus. Hermannus Salmensis anno 1081.

in

in Natali Domini Rudolfo ſuffectus non modò abdicare anno 1086. coactus eſt ; ſed anno 1088. *ſaxo de turri jacto* oppreſſus eſt. Egbertus Miſnenſium & Thuringorum Marchio, qui regnum anno 1090. invaſerat eodem *in molendino* ab Henrici fidelibus confoſſus eſt. Romæ toto ferè *quadriennio*, ab anno 1081. inchoando *Suburbana* ab Henrici exercitu *devaſtata ſunt* ; anno 1083. capta *civitate Leoniana*, quam nunc *S. Petri Burgum* vocant, Martii 22. feria 6. in S. Petri Baſilica Wigbertus Clemens III dictus, *inthronizatus* eſt. Synodus à Gregorio Novembris 20. congregata, *ne Henricum ſpecialiter anathematizaret, exoravit.* Anno 1084. Mart. 25. ſeu *feria 5. ante Palmas*, deditionem facientibus Romanis, Lateranenſi Palatio ab Henricianis occupato, Henricus ipſe à Wigberto imperator Coronatus eſt. Gregorius verò (qui dedita Henricianis iiſdem Roma in *Hadrianeo*, ſeu *S. Angeli arce* delituerat) Maii 1. *dum Romani extinguendo* à Roberto Guiſcardo, quem advocaverat *urbi injecto igni toti incumberent*, ſe ſubduxit, Caſinum primum, deinde Salerum petens ; ubi anno ſequenti Maii * 25. feria 1. diem ultimum obiit (ſi Bennonem & Sigebertum audiamus) pœnitens. Sic enim hic ex illo mutuatus. *Dominus* † *Apoſtolicus* Hildebrandus (*qui & Gregorius nunc*) in ‡ extremis *poſitus* ad ſe vocavit unum de duodecim Cardinalibus, quem multum diligebat, præ cæteris ; * & confeſſus eſt Deo *& S. Petro* & toti Eccleſiæ ſe valdè peccaſſe in paſtorali cura, quæ ei ad regendum commiſſa erat, *& ſuadente Diabolo, contrà humanum genus odium & iram concitaſſe ; Poſteà verò ſententiam quæ in orbe terrarum effuſa eſt, pro augmento Chriſtianitatis cœpiſſe dicebat. Tunc demum* † miſit *prædictum* confeſſorem ad Imperatorem & ad totam Eccleſiam, ut optaret illi *indulgentiam* ‡ *quia finem vitæ aſpiciebat & tam citò induebat ſe Angelica veſte ; & dimiſit, ac diſſolvit vincula omnium bannorum ſuorum Imperatori, & omni populo Chriſtiano, vivis & defunctis, Clericis & laïcis ; & juſſit ſuos abire domo Deoderici & amicos Imperatoris*

*Il Borgo.*

* Tribus circiter ſeptimanis poſt Synodum Moguntiæ ſecunda hebdomade poſt Paſcha coactam.

† Bennonis verba diverſo charactere expreſſimus.

‡ Benno *in extremis ſuis.*

* Benno, *confeſſus eſt omnipotenti Deo.*

† Benno, *atque hunc confeſſ.*

‡ Idem *optavit illi veniam.*

*peratoris ascendere.* Hoc exitu ærumnosam vitam clausisse (Ottonis Frisingensis, qui Paulum Bernriedensem secutus est, & anonymi vitæ Anselmi Lucensis scriptoris testimonio fretus) non modò negat, sed in hæc verba animam efflasse

* Psal.45.8. asseverat Baronius Card. *Dilexi * justitiam & odio habui iniquitatem, idcircò morior in exilio.* nec ea protestatione usum inficiari velim; cum facilè eveniat ut qui, suo judicio *iniqua* ferre nequeunt; (fallente *Diabolo*, suaque natura optimis affectibus, quavis occasione data abutente) in facto errent, erratique (quamprimum innotescit) seria pœnitentia ducantur; hunc animi motum in Gregorio malim quam sibimet applaudentis (quod Baronius putavit) καύχημα. Nec fortè ex indignatione (quâ summâ in Gregorium vivum exarsit Benno) manaverit, quod diutinæ adversus Henricum contentionis (cujus pars præcipua fuerat) ipsum morientem puduisse dicitur. Id enim ne fide indignum videatur Leonis

Lib.3. c.64. Ostiensis sequentia suadent: *ante tertium sui obitus diem rogatus ab Episcopis & Cardinalibus qui fortè tunc aderant cum Desiderio, quid de Romanæ sedis post obitum suum ordinatione juberet, hortatus est, ut si quo pacto possent ipsum Desiderium pontificem facerent. Is enim præter id quod Romanæ tunc Ecclesiæ presbyter Cardinalis esset, & prudentia summa, & religione præcipua, & singulari principum benevolentia, amicitiaque pollebat,* &c. *Principes* intelligebat Robertum Guiscardum qui fato Iulio sequente functus, Rogerium fratrem, Boëmundum & Rogerium filios; Iordanum Capuanum, Gisulfum Salernitanum, Ranulfum Aversanum, Matthildem Comitissam, ac præ aliis omnibus Henricum, quem post iteratum anathema *Regem* more solito nuncuparat, hæc anno 1081. libri 9. epist. 11. ad Desiderium Cassinensem (posteà Victorem III dictum) scribens; *si pravæ voluntati ac nequitiæ Regis vellem favere,* &c. *servitium nos ab hoc*

Hanc ipsam epistolam citare videtur Rubeus hist. Ravenn. lib.5. p. 309. *Nosti nimirum, carissime, nisi nos studium justitiæ & honoris S. Rom. Eccl. teneret, & si pravæ Regis suorumque voluntati servire voluissem, neminem prædecessorum nostrorum ab antecessoribus Regibus & Archiepiscopis, tam amplum & devotum obsequium sicut ab hoc Rege & Archiepiscopo obtinere potuisse.*

Rege

*Rege habere*, &c. *præfatus Rex placitum cum Roberto Duce habeat, videlicet ut filius Regis filiam ipsius Ducis accipiat, & Rex Duci Marchiam tribuat*; quem rursus *ne specialiter anathematizaret* à Romana Synodo anno 1083. *exorari se* passus erat, quem *penè omnes* Rom. Ecclesiæ *fideles* à Papa (teste ipsomet) *in gratiam recipi crebris adhortationibus* postulaverant; *cui jampridem plura facere parato omnes ferè Italicos favere*, libri 8. epist. 3. ad Altmannum Patavienſem, & Willelmum Hirsaugiæ Abbatem anno 1081. data confessus erat; cui rursus anno 1088. Desiderium Cassinensem, * paulò post successorem futurum, *debitæ fidelitatis obsequium in epistolæ fronte scripsisse* eum *Imperatorem* agnovisse; *ab eo præceptum aurea bulla munitum de monasterii possessione accepisse*, cum eo Robertum Ducem *pactum* filiæ desponsatione & Marchiæ in beneficium traditione sanciendum; anno 1081. *habere* disposuisse; imò *fœdus* anno 1083. de facto *composuisse* ad eum *Capuanum principem, ac Northmannos omnes* profectionem *instituisse* noverat. Quid (amabo) incommodi nos manebit, si eadem (qua Desiderium Henrico acceptum præ aliis omnibus successorem designavit) mente, turbarum præteritarum tædio, impendentiumque cladium metu, antequam animam ageret Henrico optanti ac fesso quietem pacemque Gregorium obtulisse, cum Sigeberto, aliisque quos fontes habuit, prioribus, statuamus?

* Leo Ostiens. lib. 3. c. 49.

Sigeberti sententiæ non repugnant designati à Gregorio successoris facta; nam primum fidem dare recusantibus Iordano Capuano, & Ranulfo Aversano, nullam ei *vim inferendam*, Romam toto anno 1085. proficisci renuit, eodem anno 1086. Paschatis (quod Aprilis 5. celebratum est) tempore vocatus; cum Maii 30. in ipsa *Pentecostes vigilia* appulisset, postridiè electus consentire noluisset, quem vellet nominare jussus, Ottonem (qui posteà Vrbanus II dictus est) eligendum proposuit; ejusdemque electionem quodam ex Cardinalibus *contrà Canones esse* asserente, *nunquam se consensurum* affirma-

At paulò post eundem successorem habuit.

firmavit; *perductus tandem invitus ac renitens, ad Christi Martyris Luciæ Ecclesiam, Victorque* nuncupatus, simulac Româ egressus, Ardeam primum ac exinde Tarracinam venit *pontificatus insignia dimisit*; & *Caßinum reversus* est; unde nec Iordani Capuani, nec Romanorum precibus toto illo anno avelli potuit; imò nec nisi anni 1087. *Dominica in ramis*, Mart. 21. Cincii Consulis, Iordani principis, Rogerii Ducis, totiusque Concilii Capuani precibus fractus *electionem præteritam confirmavit* Maii 9. feria 1. Romæ ad paucos dies inthronizatus, siquidem sedem adversus Wigbertum ultrà Septembris 16. non tenuit; pontificatus hærede Ottone (qui Vrbani II nomen sumpsit) relicto, nihilque toto administrationis tempore adversus Henricum nominatim * molitus est, quem *Imperatoris* (si Leonis † testimonium recipiamus) titulo dignatus proprias injurias unius æmuli anathemate ultus est: quanquam aliud ex Bertholdi verbis cum *literis suis ad regni* Teutonici *principes, judicium antecessoris sui piæ memoriæ Gregorii Papæ, super Henricum & fautores ejus apertißimè confirmasse* scribentis, sequi videatur; sed fortè se Gregorianum nomen, actaque grata memoria recolere, cum in genere professus fuisset, Bertholdus Henrico infestissimus, eum velut obtorto collo in partes traxit, sibi suisque blanditus.

* Paschalis Papa in Concilio Romæ A. D. 1102. congregato (Vrspergensi qui inter erat Baronio Card. & Sigonio qui Vrspergensem lib. 9. p. 237. exscripsit testibus) hanc adversus Henricum sententiam protulit, *à Beatæ memoriæ Gregorio Papa, deinde a sanctißimo viro Vrbano prædecessore nostro, postremò à nobis in proximo conventu nostro judicio totius Ecclesiæ perpetuo anathemate obligatus est*; Paschalem Papam imitatus Dodechinus A.D. 1105. à Gregorio, Vrbano, & Paschali, Victore omisso Henricum excommunicatum refert.

† Lib. 3. c. 71.

Non est etiam quod nos in Bennonis & Sigeberti narratione *duodenarius Cardinalium* Gregorio morienti assidentium numerus offendat, quandoquidem fieri potest, ut *duodecim* præcisè nec plures ei adhæserint, reliquis à Wigberti parte stantibus, vel Romana Ecclesia propemodum desolata, ac miserum in modum dissipato Clero ad duodenarium numerum devenerint, qui *Cardinalitio* titulo tum gaudebant. Sed quid *domus* illa, sive *Deoderici*, sive *Theodorici* de qua *suos in extremis positus Gregorius abire jußit? Cum* (inquit Walramus Naumburgensis apologiæ pro Henrico IV, libro 2. ad annum 1083.) *misereretur Christus ovibus suis, quibus noluit Hildebrand*

*brand misereri; relictis eis fugit in Trajanum, quæ scilicet munitio hactenus inexpugnabilis, dicta est vulgo domus Theodorici*, sive à Theodorico Gotthorum Rege anno 526. Augusti 30. denato, sive à recentiore quopiam alio; videtur tamen non *Trajanum*, sed *Hadrianeum* legendum, ex Deusdedit Cardinali qui de Gregorii adversus Henricum certaminibus scripsit, *militari Northmannorum manu Ducis Roberti, qui in auxilium Domini Papæ, in* Hadrianeo *degentis concitè adfuit turpissimè fugatus, abscessit*, Henricus. Idipsum confirmat Bertholdus ad A. D. 1084. de Roberto loquens *acceptis obsidibus à Romanis, & in castello S. Angeli (quod domini Theodorici dicunt) reservatis, ipse ad recuperandam terram S. Petri reversurus in brevi, plurima castella & civitates Domino Papæ recuperavit*, & Leo Ostiensis lib. 3. c. 52. *in arcem S. Angeli se contulerat* Papa, &c. *Dux ad arcem S. Angeli continuò properans atque inde pontificem abstrahens* Robertus. In *Hadriani* igitur *mole* sub Vitige munitione facta, atque (ob turris altitudinem) ab Adone *inter nubes*, à Glabro *inter cælos*, posteà *Crescentii turri*, ac sub Henrico IV. *Theodorici domo, S. Angeli arce* & *castello* dicta receptum habuit Henrici armis cinctus Gregorius; cujus (dum subito Roberti impetu abductus est) *suis* custodiam Salernum petens reliquit; nec tamen præsidiariis deditionem imperantis suprema voluntas impleta est, si (prout Leo Ostiensis lib. 3. c. 67. refert) anno 1087. à Gregorii dormitione tertio, *castrum sancti Angeli, B. Petri Basilicam, urbem Ostiensem, ac Portuensem, urbem trans Tiberim, totam, Romanorumque maximam partem subditione sua habebat* Victor III quod non evenisset si (ex Gregorii vivere desinentis mandato *abeuntes amici Imperatoris ascendissent* præsidiarii: sed impletam tandem *lib.* 7. c. 6. Otto Frisingensis docet, *Urbanum* A. D. 1096. *à Concilio Claremontensi regressum, auxilio eorum quos ad Hierosolymitanum iter accenderat, Gibertum ab urbe (excepto castro Crescentii) ejecisse* scribens.

Forté *Trajanum*, quia Hadrianus à Trajano adoptatus, & *Trajanus* dictus est.

Quam parum de usurpata à se primum *in temporalia* Re-

gum *potestate*, certus, ad mortem usque nutans, & pugnantia loquens Gregorius fuerit, quodque de ejus in Henricum IV iterato molimine Anonymi Floriacensis, Guiberti Abbatis, Sugerii, aliorumque ætate proximorum, aut coætaneorum judicium fuerit vidimus; alios testes audiamus, qui seculi quisque sui communem sententiam aperiant. Auctorem *vitæ Henrici* anonymum, Bennonem Cardinalem, Walramum Naumburgensem *apologiæ pro Henrico* scriptorem, quibus Henrici causam agere Gregorioque *divinæ imaginis & potestatis quæ à Deo est, quaque Reges regnant & imperant, odium & persecutionem* impingere propositum fuit, missos facio.

Sigebertus (ex eoque Matthæus Paris) ad A. D. 1077. *Saxones rebellant instinctu Papæ; ipse Papa occurrens Imperatori in Longobardia sub falsâ eum pace absolvit* A. D. 1080. *Hildebrandus Papa quasi divinitus revelatum sibi prædixit, hoc anno falsum Regem esse moriturum; & verum quidem prædixit, sed fefellit eum de falso Rege conjectura secundum suum velle super Henrico Rege interpretata, Rex enim Henricus Saxonibus gravi prælio congreditur, & in congressu, falsus Rex Rudolphus cum multis Saxoniæ principibus extinguitur*: ejusdem ad A.D. 1085. verba jam retulimus. Conradus Abbas Vrspergensis ad A. D. 1080. *Hugonem* * *& alios sibimet rebelles debellat* Henricus. 1093. *Conradus patri rebellasse insinuatur*; 1098. *Welfo Bajoariorum Dux filios suos & ipsos rebellare tentantes gratiæ Imperatoris reconciliavit*: 1105. *rebellionem contrà patrem parat* Henricus V.

* Dasburgensem Alsatiæ Comitem Apol. pro Henrico lib. 2.

Chronicon S. Vdalrici Augustensis in annum 1104. desinens. ad annum 1075. *Romæ Legati Regis à fautoribus Papæ malè tractantur*; 1077. *Rege in Italia morante Rudolfus Dux de Reinfelde, Rex constituitur in Forchaim in loco infausto, in Pontii Pilati prædio, in medio quadragesimæ, à maledictis potius maledicitur quam consecratur, Chrismate in eodem die (contrà Ecclesiastica constituta) consecrato; in eodem die ad damnationis suæ cumulum in loco Moguntiæ plurimi occiduntur*, &c. 1079. *Saxones perfidi Regem Henricum &*

*legatos*

*legatos cum dolo fallentes cum juramento pactionem fecerunt & ita bellum dirimitur*, &c. 1080. *Rex Hainricus expeditionem in Saxoniam faciens, contrà gentem durißimam & perfidam* 7. *Kal. Febr. quos fugat, sternit, & devastat. Interim autem Rege & Duce Friderico absente, adversarii Rhetiam invadentes prædas ac incendia exercent, ad perpetuum etiam exitium suum Augustensis Ecclesiæ* 3. *Idus Iunii suburbana vastant & concremant, Ecclesiam etiam Apostolorum S. Petri incendunt, Altmanno etiam Episcopo Pataviensi consentiente, exemplumque Domini non imitante*, &c. *Rudolfus auctor seditionis sine damno exercitus occiditur.* 1081. *Rex Hainricus Italiam proficiscens, honorificè suscipitur, toto æstivo tempore illic moratur, rebelles domuit; Ecclesiis injustè subtracta restituit.* 1083. *Rex Romam ingressus, cum omni humilitate limina Apostolorum petens, Wicpertum Antipapam in sede Apostolica locavit.* 1084. *Imperator Metensem civitatem aggrediens, Episcopum & cives urbis ejusdem, sibi rebelles, pactione subjugavit*, &c. 1085. *Imperator Saxoniam cum exercitu multo ingreditur, pridem rebelles cum pactione suscepit, Hermannum Ducem regia negotia usurpantem, & Episcopos illi consentientes, & ab illo constitutos de provincia expulit*, &c. 1087. *Abbas quidam de Monte Casino Desiderius, opinione sanctitatis famosissimus, ab Imperatoris adversariis seductus cum Normannis, quos cum pecunia corruperat clandestina calliditate pro arripienda Apostolica dignitate Romam ingreditur; sed Romani, qui ex parte Imperatoris erant, adventus ejus causam cognoscentes, ipsum vix evadentem ex urbe fugarunt, Monachosque & alios sequaces ejus multis contumeliis affecerunt; ipse verò in immoderata perdurans ambitione multa dando, & plura pollicendo, collecta gravi multitudine absente Wicperto, in ipsa sacratißima vigilia Pentecostes ex insidiis occulto aditu Romam invasit, S. Petri domum expugnavit, irrupit, statimque violentia quadam se inthronizari fecit, & consecrari. Sed miser ille, atque maledictus (dum Missarum solennia celebraret) inter ipsa Sacramenta nondum perfecta fœtore turpißimo effusis intestinis, labitur, atque extrà Ecclesiam semivivus deportatur; post breve autem vitam*

*in quodam castro finivit gravi languore affectus, neque à Romanis detentus, nec in proprio monasterio receptus*, &c. *hostes asperitatem belli formidantes, pro Imperatoris honore, principumque ejus consilio se pactionem facturos in loco & tempore statuto juramentis affirmant si à cædibus ac devastatione quiesceret*, &c. *hostes verò ad pristinam revoluti contumaciam, spretis juramentis, pactum irritum faciunt, depulso Herimanno Egipertum regnare disponunt*, &c. 1088. *Hermannus pseudorex regia dignitate privatus, urbem quandam clam cupiens irrumpere, saxo desuper misso capite (quo temerarius coronam imposuerat) percussus opprimitur.* 1090. *In Saxonia Clericus quidam (ut putabatur) defunctus, raptus ad inferos, post triduum reversus sententiam quam de tormentis Gregorii* VII *Papæ regulorumque Rudolfi & Herimanni multorumque prætulerat mortis suæ præsagio aliarumque rerum indiciis affirmabat*, &c. *Imperator in Italiam cum exercitu proficiscitur, à terræ illius principibus benignè suscipitur*, &c. *toto æstivo tempore Mantuam rebellem obsedit.* 1093. *Ex odiis & invidia* * *fomite conflata, usque adeò convaluit discordia, ut quidam perversæ seditionis auctores cum Mediolanensibus (juxta Euangelica scandalorum præsagia) filium Imperatoris Conradum regnare, &* † *in patrem malo instinctu suggererent, non veriti divinam sententiam.* ‡ Necesse est enim ut veniant scandala væ autem illi per quem veniunt, *&c.* 1100. *Conradus Imperatoris filius in Italia regia usurpans negotia moritur.* 1103. *Imperator Moguntiæ in Epiphania Domini regnum per quadriennium, cum juramento pacificari constituit, Saxones sibi rebelles reconciliavit, cunctis gratiam suam impertivit.* 1104. *Hainricus Imperatoris filius à quibusdam instigantibus seductus secessit à patre & sic successerunt mala.* Albertus Aquensis hist. Hieros. lib. 1. c. 7. *anno Dominicæ incarn.* 1095. *Ind.* 4. *Henrico* 4. *Rege ac* 3. *Imperatore Rom. Augusto, anno regni ejus* 43, *Imperii verò* 13.

* Fortè *comite* vel *invidiæ fomite* leg.

† Videtur leg. *in patrem insurgere.*

‡ Matth. 18. 7.

Chronicon Hildensheimense in annum 1137. desinens. A. D. 1080. *Indict.* 2. *Apud Brixinam Noricam* 30. *Episcoporum magnæque partis optimatum regni conventus contrà Hildibrandum habe-*

*habetur*, &c. 1082. *Ind.* 4. *Herimannus regnum invadit, & à Sigefrido Moguntino ordinatur.* 1083. *Ind.* 5. *Roma capta est ab Henrico Rege & Hildibrandus Papa expulsus, & pestilentia magna facta est: Herimannus qui regnum invaserat Orientalem Franciam hostiliter ingreditur.* 1086. *Ind.* 8. *Herimannus regium nomen deponit, & ipse mox perit.* 1091. *Ind.* 23. *Mahthilt de Longobardia Henrico Regi rebellat.* 1097. *Ind.* 4. *Conradus patri suo Heinrico rebellat; & ob hanc injuriam juniori filio suo regnum injungit.* 1098. *Ind.* 5. *Conradus Comes de Hohemburg Regi rebellat, & idcircò expulsus est.* 1099. *Ind.* 6. *filius Imperatoris Henricus levatur Aquisgrani, Conrado Rege cum inimicis patris sui in Italia consistente & consentiente.*

Otto Frisingensis Episcopus Chron. lib. 6. c. 35. *Rudolfus Alemannorum Dux à quibusdam principibus Rex creatur; quo non multo post in publico bello occiso, atque Hermanno Lotharingiæ principe sibi substituto; & ipse non multo post à fidelibus Regis occiditur.* * *Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum gesta, & nusquam invenio quenquam eorum ante hunc à Romano pontifice excommunicatum*, &c. c. 36. *Quanta autem mala, quot bella, bellorumque discrimina inde; id est Regem orbis, non tanquam orbis Dominum verita est; sed tanquam de limo per humanam conditionem fictilem factum, gladio anathematis ferire decernit* Ecclesia, &c. *quanta autem mala, quot bella, bellorumque discrimina, inde subsecuta sint; quoties misera Roma obsessa, capta, vastata, quod Papa super Papam, sicut Rex super Regem positus fuerit, tædet memorare. Denique tot mala, tot schismata, tot tam animarum quam corporum pericula, hujus tempestatis turbo involvit, ut solus ex persecutionis immanitate ac temporis diuturnitate, ad humanæ miseriæ infelicitatem sufficeret comprobandam unde à quodam Ecclesiastico scriptore densissimis Ægypti tenebris comparatur*, &c. lib. 7. c. 1. *Defuncto Salerni B. memoriæ summo pontifice Gregorio Ecclesiaque in summo discrimine posita, eo quod Gibertus authoritate Imperatoris Romanam sedem & urbem occupasset; Abbatem Cassinensem Cardinalem Desiderium, qui & Victor, invitum pauci de Romanis, ad culmen sacerdotii summi*

* Iisdem verbis usus Chronici Richerspergensis scriptor, Magnum Chron. Belgicum, T. Langius, Chron. Citic. Godefridus parte 17.

Vide magnum Chron. Belg.

*trahunt, corruptisque pecunia Leoninæ urbis custodibus ob metum schismatis nocte consecrandum in Ecclesiam B. Petri inducunt, ubi profluvio ventris correptus, moxque urbe egressus, rebus humanis in brevi excessit.* cap. 8. *Anno dehinc iterum sequente Natale Domini Moguntiæ Imperatore celebrante, Henricus filius ejus rebellionem contrà patrem in Noricis partibus, consilio Theobaldi Marchionis & Berengarii Comitis sub specie religionis, eo quod pater ejus à Romanis pontificibus excommunicatus esset, molitur,* &c. cap. 9. *Videres lachrymabiles ac miserabiles apparatus; cerneres mundum contemptum sui (luce clarius) effectibus suis prodentem; quod videlicet, (contrà legem naturæ) filius in patrem assurgeret; contrà normam justitiæ miles Regem servus Dominum impugnare pararet,* &c. *circà hæc tempora, dum regnum Romanorum non solum civiliter, sed & parricidialiter (libidine dominandi) dividitur,* &c. De gestis Friderici lib. 1. c. 1. *Cum sub Imperatore Henrico qui inter Reges quartus, inter Imperatores tertius hujus nominis invenitur, imperium gravissimè scissum fuisset; parteque maxima optimatum principi suo rebellante, tota penè regni latitudo ferro, flamma fœdaretur, Gregorius* VII *qui tunc urbis Romæ pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanquam à suis destitutum anathematis gladio feriendum decernit. Cujus rei novitate eo vehementius indignationis motum suscepit imperium, quo nunquam ante hæc tempora hujusmodi sententiam in principem Romanorum promulgatam cognoverat; ea propter pluribus ex Italia Gallia Germania apud Bajoariæ civitatem Brixinoram in ipso Pyrenæo haud procul à valle Tridentina sitam, coadunatis Episcopis princeps Curiam magnam celebravit, ubi omnibus advenientibus injurias sibi à Rom. Ecclesia irrogatas affectuosè conqueritur, quod videlicet ipso inconsulto qui tanquam Rex & Patricius, primus in electione suæ urbis Episcopi esse deberet, Romani sibi pontificem præfecissent; cum à patre suo Imperatore plures ibidem, quasi sine electione, inthronizati fuerint,* &c. c. 2. *Post hæc princeps militem copiosum colligens Italiam ingreditur, ad urbemque usque progressus, Romani populi favore, pulso Gregorio Guibertum ibidem ponens Imperatoris & Augusti nomen*

Abusivè *Pyrenæum* Alpes vocat, Rufini exemplo qui quoscunque montes *Alpes* nuncupavit.

*nomen ſortitur ; venerabilis autem ſacerdos perſecutionem fugiens, ad tutiora montana Tuſciæ in terram Comitiſſæ Matthildis quæ Imperatoris conſanguinea fuit, ſe contulit ibique per aliquot dies manens ſententiamque anathematis renovans epiſtolis, quæ multis in locis habentur, principes regni adverſus Imperatorem ſuum concitavit*, &c.

Imò ad Roberrum Guiſcardum ſe contulit, ab eodem periculo ereptus.

Helmoldus Eccleſiæ Buſovienſis preſ byter *Chronici Slavorum* lib. 1. c. 28. Henrico Regi Romanæ Eccleſiæ reconciliato, à Saxonibus & Suevis juſſu Papæ ſuffectum Rudolfum refert; ac mox addit. *Cæteri principum civitateſque quæ ſunt circà Rhenum non receperunt eum, omneſque Francorum populi; eo quod juraſſent Henrico, & juramenta temerare noluiſſent.* c. 29. Henrico * Wernerus Strateburgenſis Epiſcopus qui Rudolfum electum nunciaverat *reſpondit*; Noveris certè omne hoc conſpirationis malum de fonte Romanæ perfidiæ manaſſe; imò ſi captionem evadere voles, de urbe tibi clanculo exeundum eſt; *Egreſſus ergo noctu Rex exiit Italiam*, &c. *hoc dicens*, ne fortè deducti ſimus in præcipitium æternæ damnationis *cum gravi moleſtia diem clauſit extremum* Rudolfus. c. 30. *Tunc Henricus proſperis elatus ſucceſſibus grande Epiſcoporum collegit Concilium, ibique Gregorium Papam, velut regni traditorem, & Eccleſiaſticæ pacis perturbatorem, damnari fecit*, &c. *Saxones poſtquam de cæde vires recuperaverunt, ſtatuerunt ſibi Regem Hermannum quendam cognomento* Clufloch; *& inſtauraverunt prælium adverſus Henricum Cæſarem, cumque Saxonum novus princeps ſecundò potitus victoria, caſtrum quoddam victor ingrederetur, contigit miro Dei judicio ut porta * cardinibus avulſa Regem cum aliis quamplurimis attriverit, conatuſque † Saxonum etiam tunc fruſtratus concidit; nec adjecerunt ultra novum Regem ‡ creare, nec arma ferre adverſus Henricum Cæſarem; videntes ei regnum conſervari divina voluntate, approbante, ſive permittente.* at hìc erratum triplex; nam quarto ante Rudolfi Octob. 15. fer. 5. cæſi obitum, adeoque *proſperos ſucceſſus*, menſe, Iulii ſcilicet præcedentis 25. fer. 5. coiit quæ Gregorium damnavit Synodus 2. Hermannus *ſaxo percuſſus*,

Helmoldum κατὰ πόδας ſequitur Albertus Stadenſis.

* Helmoldus Henrico (dum Romæ degeret) Rudolfi electionem innotuiſſe; nec urbe, *ſine Apoſtolicæ ſedis licentia abire* conſtituiſſe, finxit.

* Alii omnes jactu lapidis oppreſſum ſcribunt.

† Nihil tunc ipſi cum Saxonibus (qui eum A.D. 1086 ſpreverant) rei fuit.

‡ Imò Egbertum, Conradum & Henricum adverſus patrem armarunt.

*cussus*, non *portæ ruina* obtritus, periit à Saxonibus desertus. 3. Egbertus Marchio exauctorato Hermanno *regnum* invasit, & ad annum 1090 tenuit, nec ante annum 1103. Saxones bellare desierunt. Quæ c. 32. habet, maxima ex parte efficta videntur, nam cum anno 1089. quo ab Egberto Marchione ad Glicho castrum Decemb. 24. Henricus IV fusus est, Wecilo Moguntinus mortalitatem explevisset, afflictis Regis (cujus partes foverat) rebus, ab adversa factione Ruthardus *ex Abbate S. Petri Erfordiensis*, Moguntinæ Ecclesiæ præfectus est; nec ei unquam benè cum Henrico seniore convenit; 2. Non *Ingelheimii constitit*, quo tempore abdicare coactus primum est; nec ipsi regia ornamenta à Moguntino, Coloniensi, & Wormaciensi vi ablata sunt; nec ipse adversus vim tum primum protestatus est, sed cum Binga à filio *in Bekelenheim castellum* Decemb. x. fer. 7. deductus Gebhardo Spirensi *custodiendus* traditus, & Vigberti à filio missi minis consternatus, de se actum putaret; custodem Spirensem Decemb. 27. Moguntiam misit, qui filio *regalia omnia*, suo nomine offerret, idque unum exigeret *ut sibi prædia ad usus necessaria impenderentur. Condicto* igitur *ad Ingelenheim conventui* Decemb. 31. *præsentatus, regnum rursus filio tradidit, omnium pedibus provolutus, præcipuè legati, banni absolutionem precatus est*, nec tamen impetravit: Moguntiam reversus filius, Werinherum Comitem Hamerstein & Wolcmarum ad patrem misit, qui Ingelhemio *regalia afferrent* ii verò ea Ianuar. 5. detulerunt; secedente Coloniam, non *Limburg* (quod rursus nescio unde c. 33. hausit Helmoldus) patre; qui Coloniam Henrici Ducis *Octingentis loricatis* stipatus non accessit, sed *paucis*; imò nec *Colonia* Limburgum petiit, sed *Leodium*; ubi tutissimum perfugium invenit; *Henricumque Ducem & alios plures optimates convocavit*, ii verò Mart. 22. feria 5. *in Cœna Domini* pro eo adversus persequentem filium strenuè pugnarunt, nec *instaurato posteà prælio* (quod Helmoldus putavit) *victus, conclusus, comprehensus*

Chron Hildesheim. Dodechin. Henrici epist. ad Philippum regem.

*prehensus est*; sed vivendi finem, Augusti sequentis primo, Leodiensibus carissimus, ac planè liber fecit. Sequentia etiam somniasse videtur Helmoldus. 1. Henricum *Coloniæ à filio obsessum*, Leodium petere coactum fuisse, quandoquidem 4. post discessum patris mense, Coloniæ ab Henrico juniore, admota obsidio; *per tres septimanas*, ad Iulii circiter 20. *duravit*. 2. ab Henrico seniore exercitum Martii 22. filio occurrere parantem Davidis * de Absalone verbis *rogatum* fuisse. * 2 Sam. 18. 5.
3. pauperculum eum captum, Danielis † verbis *adoriri* ausum, † Ex Susannæ hist. Daniel 13. 52.
Davidis ‡ de Semei verba pro responso tulisse. 4. Spirensem Episcopum ab eo *promotum*, cum eidem *præbendam* assignare ‡ 2 Sam. 16. 10. 11.
noluisset, eum ad deplorandam Iobi * verbis sortem suam *Iob. 19. 21.
compulisse; quandoquidem anno 1105. Novemb. 1. ab Henrico juniore ex *Abbate Hirsowecensi in Episcopum Spirensem* Chron. Hildesheim.
*sublimatus* est Gebehardus, nec ante Henrico Seniori *dilectissimus* nec fortè notus. Quicquid sit, *fuit* (ex Helmoldi sententia) *Henricus Ecclesiis admodum bonus, his videlicet quas sibi fideles persensit. Porrò Romanum Antistitem Gregorium & cæteros insidiatores honoris sui, sicut infestos habuit, ita etiam infestare studuit; Impulit eum ad hoc (ut multi dicunt) gravis necessitas; quis enim vel minimam honoris sui jacturam æquanimiter ferat? Legimus autem quia multi peccaverunt, quibus tamen subventum est pænitentiæ remedio.* Certè David *peccans & pænitens, Rex & Propheta permansit. Rex autem Henricus ad vestigia Apostolorum jacens, orans, ac pænitens, gratis pessundatus est, nec invenit tempore gratiæ, quod ille obtinuit duro legis tempore. Sed disputaverint de his qui scierint, vel ausi fuerint, unum hoc scire licet, quia Romana Ecclesia adhuc hodiè luit factum illud.*

Chron. Laurishamense in annum 1169. desinens; *Per id temporis domestica discordia, & inexorabile odium inter Henricum* IV *Imperatorem patrem, filiumque ejus Henricum* V, *conjuratione principum efferbuit*, &c. *Henrico eximperatore postquam ab eo filius, regnique principes desciverunt non diu superstite ac Spiræ tumulato*,

*cum filius ejus Henricus regni, quod prius invaserat, gubernacula suscepisset; fratres Laureshamenses gravem justamque in præsentia ejus querimoniam deposuerunt*, &c.

Godefridus Viterbiensis Henrici VI Capellanus Chronici in annum 1186 desinentis parte 17. *Mortibus addici Regem faciunt inimici, filius ejus ei tollere regna sitit*, &c. *Efficit ingratus præsul, procerumque senatus patris ad interitum quod habet diademata natus*, &c. *pellitur ergo pater nimia procerum feritate, Nec penitus natus patria caruit pietate, Leodii genitor pauper inopsque latet.*

Willelmus Tyri Archiepiscopus Historiæ *belli sacri* in annum 1182. desinentis lib. 1. c. 13. *per annos aliquot Henricus Teutonicorum & idem Rom. Imperator à D. Gregorio Papa* VII *hujus Vrbani prædecessore, passus fuerat quæstiones*, &c. *semel, secundò, tertiò Imperatorem commonuit*, &c. *factum nimis indignè ferens Imp.* &c. *de viribus Imp. præsumens.* cap. 14. *Imperatoris indignationem fugiens*, &c. *Anno ab incarn. Dom.* 1095. *Ind.* 4. *regnante D. Henrico* IV, *Teutonicorum Rege, & eodem Rom. Imperatore anno regni ejus* 43. *Imperii verò ejus* 12. lib. 8. c. 24. *Capta est prædicta civitas Hierusalem anno ab incarn. Domini* 1099. &c. *Romanorum verò imperium administrante D. Henrico* IV; lib. 9. c. 7. *passus est vir insignis Godefridus*, &c. *in Curia Domini Imp. quæstionem*, &c. *Imperatorem adeunt principes.* cap. 8. *à Domino Imp. Henrico defecerat Saxonum populus*, &c. *hac injuria* [Rudolfi] *permotus Imperator*, &c. *ex condicto & D. Imperatoris mandato*, &c. *convocatis ad se principibus Imperator*, &c. *Dux cum Aquila præcedens Imperatorem versus aciem cui præerat pseudorex Rudolfus contendens, illuc aciem cui præerat Imperator direxit, ad quam perveniens confracta ac dissoluta acie Regis, præsente Imp. & de principibus aliquot vexillum quod gestabat Regi per vitalia pectoris immersit*, &c. *Saxones D. Imperatori se dediderunt*, &c.

Dodechinus Abbas S. Dysibodi Appendice ad Mariani Scoti Chronicon, in annum 1200. desinente. A. D. 1087. *Henricus Rex defuncto Hermanno Rege, jam pacificè Saxoniam ingreditur*

*greditur*, &c. *anno* 1089. *Henricus Rex memor injuriæ quam sibi Eggebertus Marchio anno præterito fecerat, hoc congregato exercitu quamplurimo Glico castrum*, &c. *obsidebat, in cujus exercitu Magnus Dux cum multis aliis nobilibus aderat*, &c. *Burchardus Losannæ Episcopus interfectus est, qui lanceam regalem ferebat*, &c. *de exercitu Regis multi sunt occisi*, &c. *Eggebertus autem victor existens persecutus Regem.* Anno 1090. *Valtramus Megdeburg.* (lege *Naumburgensis*) *cum esset favens præcipuè Henrico Regi.* Anno 1093. *Conradus filius Henrici Imp. patri suo hac de causa rebellavit: Henricus Rex Adelhaïdem* * *Reginam, quam duxerat uxorem odio cœpit habere*, &c. *Papa*, &c. *denuò Henricum Regem excommunicavit*, &c. *Conradus patri suo rebellans, venit ad Papam Vrbanum, & solutus ab excommunicatione in Longobardia regnavit contrà patrem.* anno 1099. *Imperator Pascha Ratisbonæ celebravit.* Anno 1105. *Henricus filius Henrici Imperatoris, invaso regno, cœpit regnare vivente patre.* Anno 1106. *Imperator ante nativitatem Domini à filio capitur*, &c. *In tantum crevit hoc malum* dissensionis inter sacerdotium & regnum, *ut Apostolica censura pro nihilo haberetur, & ipsa excommunicatio jam facta, ignoraretur. Enimverò ut de illo omnia loquar erat valdè misericors. Aliqui nimirum (dum sederet ad requisita naturæ) eum perforare volentes capti sunt, & ante eum ducti, qui convicti & confessi, abire jussi sunt impuniti. Multi etiam principes, qui ei mala multa fecerant, atque magnum contemptum ingesserant, mox ut ei se prostraverunt, omnia eis condonavit. Et quamvis esset valdè compatiens, & misericors in eleemosynis pauperum, obstinata tamen mente in excommunicatione permansit, quæ omnia bonitatis ejus opera obnubilavit.*

* Alii Praxedem vocant.

Burchardus Monachus *de casibus monasterii S. Galli* in annum 1210 desinens; capite 7. *pro eo* Vodalrico *Luitoldus monachus hujus loci à Ruodolfo Rege (si fas est ipsum Regem nominari) Abbas constituitur; qui à monachis honorem Henrici Imp. defendentibus turpiter pastorali baculo infrà chorum fracto suscipitur; & vix apud illos sub nomine Abbatis per aliquantulum tempus habitus paulò post,*

*penitus expellitur; quem Abbas Augensis Eckardus de Nellemburg cum pseudorege Rudolfo firmiter stans, in sua recepit; & sibi honorem multis modis (etsi incassum) defendere laboravit. Rex verò Henricus mox ut Ducem Ruodolf de Rinfelden suum regnum sibi usurpasse au-*
April. 16. 1077. *divit, Pascha Veronæ moratus, per Carinthiam Domino Marquardo, & filio suo Luitoldo Duce, sibi ducatum præbentibus, ad Teutonicas partes rediit; Rodulfum Regem in castro Sigmaringen obsessum turpiter fugavit*, &c. *contrà Vodalricum Abbas Augensis zelo sui Domini Rodulfi fugati*, &c. *inimicitias & ipsa arma contrà regulam movit*, &c. *divulgata in Teutonicis partibus ejus Augensis Abbatis morte, Abbas S. Galli ejus Abbatiam à Rege Henrico suscepit*, &c. *Idem Marchio* [Bertoldus] *postmodum in odium Henrici Regis omnem Brisaugiam rapina & incendio vastavit*, &c. *Chyburg ejusdem ditissimi Comitis Hartmanni Regis Henrici infestissimi hostis*, &c. *destruxit* Voldaricus, &c. *Rege igitur Rudolfo in Saxonia occiso & Merispurg sepulto, Hermannus de Luzilunburg ab Alamannis Rex constituitur, Henrico Rege propter quædam negotia Romæ posito*, &c. *Inter hæc etiam mala Gebehardus frater Marchionis Bertholdi S. Au-*
* Ottone qui Victori III successit & Vrbanus II dictus est. *relii monachus, Duce Welfone suadente, à quodam * Ostiensi Episcopo, ut putabant, & quasi Romanæ sedis Legato, Ottone Episcopo adhuc vivente, Constantiensis Episcopus effectus est*, &c. *Luitoldus aliqua sui juris (ut sibi visum est) scilicet Ducatum Carinthiæ concessione regia obtinuit*, &c. *Imperator Henricus cum Mantuæ Pascha perageret, quendam ex fratribus S. Galli in Constantiensem Episcopum licet eandem sedem Gebehardus ex donatione Hermanni superposititii Regis prius usurpasset, quem ut designatum Episcopum nomine Arnoldum Patriarcha Vodalricus Aquilegiensis & Abbas etiam hujus loci auctoritate regia eidem sedi introducere voluisset*, &c. *Arnoldus presbyterali ordinatione percepta, Episcopalibus verò rebus quibusdam sibi præ-*
A. D. 1098. *pedientibus, à Papa Clemente rogatu sui Metropolitani Ravennæ post aliqua interstitia temporum Episcopus ordinatur.*

Chronica Australis in annum 1327. desinens: ad annum 1088. *Tertium bellum Henrici Regis cum Saxonibus juxta villam quæ*

*quæ dicitur Dutloch feria 5. quinto Kal. Febr.* 1081. *Bellum quod pugnaverunt fideles Hainrici Regis contrà perfidos Suevos, juxtà Danubium apud villam quæ dicitur Hochstain feria quarta, 3. Id. Augusti* 1106. *Hainricus* IV *Imp. obiit.*

Lamberti Schaffnaburgensis continuator in annum 1352. desinens; anno 1078. *secundum bellum juxta Medelrichstat commissum est à Rudolfo, qui regnum invaserat contrà Henricum Regem ubi idem Rex Heinricus fugam iniit.* 1078. *S. Severi monasterium cum multitudine populi quæ illic intus fuit incensum fuit ab exercitu Regis Henrici,* &c. 1081. *Henricus Rex Romam obsedit,* &c. *Henricus Rex natus est, ille qui patrem suum de regno expulit.* 1082. *Hermannus regnum invadit.* 1083. *Roma capta est ab Henrico Rege, & pestilentia gravis facta est.* 1084. *Henricus Rex de Italia revertitur.* 1086. *Hermannus regium nomen deponit, & ipse mox periit.* 1089. *Sextum bellum committitur juxta Glichin castellum in Thuringia inter Heinricum Imperatorem & Eckibertum Marchionem,* &c. 1098. *Ruthardus Archiepiscopus Mogunt. pro pecunia quam Iudæi interfecti reliquerant, gratiam Regis perdidit; & in Thuringiam secessit, ibique usque ad obitum prædicti Regis, rebellis mansit; occasionem habens quod communicare excommunicato Imperatori nollet.* 1099. *Imperator Pascha Ratisponæ celebrat.* 1103. *Heinricus filius Heinrici Imperatoris regnum obtinuit.* 1106. *Henricus Imp. senior apud Leodium obiit.*

Alias *Glichos*

Augusti 1. annos 54. menses 8. dies 20. natus.

Compilatio Chronologica in annum 1474. desinens. anno 1076. *tempore hujus Gregorii Papæ fuit bellum in Welftzolt inter hunc Henricum Imp. & Saxones ubi multus sanguis effusus est.* anno Dom. 1090. *victus est Imperator, Victor Papa* 168. *ordinatur sedit menses* 4. *iste in schismate schismaticus fuit,* &c. *sub hoc* * *Papa* [Gelasio] *Heinricus Imp. obiit & sepultus est in Spira cui successit filius ejus Heinricus* V.

* Malè *sub Gelasio* 2. defunctum Henricum fingit.

Alios adjiciendi nullus esset finis, qui præcedentium exemplo Henricum (ut ut anathemate gemino, adnexoque depositionis decreto à Gregorio Papa perculsum) *regem* & *Impera-*

*peratorem*, conjuratorum Saxonum Suevorumque *Dominum*; Rudolfum & Hermannum æmulos *regni invasores*, *rebelles*, *seditionis auctores*, *pseudoreges*, *Reges superpositititios*, *Regulos* sive Basiliscos quos *reges nominare nefas sit*, *maledictos potius quam consecratos*; Saxones aliosque fœderatos *seditiosos*, *rebelles*, *perfidos*, & dixerint & crediderint; *cui* enim *non dictus Hylas*? Si Gregorius stricto in Henricum excommunicationis gladio tremendus, aliique juratissimi Henricianæ memoriæ hostes, Guillelmus Bibliothecarius, Leo Ostiensis, Domnizo, Bruno, Bertholdus, Paulus Bernriedensis, ei (sua sententia) *exregi*, *regium* titulum non denegarunt; quanto minus reliqui qui nec factioni nomen dederant, nec odio succubuerant? Chartarum in Ecclesiarum gratiam (toto interdicti Henrico regni tempore) à Germanis, Italis, Lotharingis, Burgundionibus, scriptarum eadem quæ historiarum ratio; maxima enim ex parte Henriciani sive *regni*, sive *imperii* annis, eadem ferè qua sequens ex Bibliotheca Cluniacensi deprompta, consignatæ sunt: *Acta sunt hæc apud Basiliam anno Dominicæ Incarnationis* 1105. *Indict.* 13. *feria* 2. *Paschalis hebdomadæ*, *luna* 22. *regnante Romanorum Imperatore Henrico* IV, *& filio ejus Rege Henrico* V. *anno autem ordinationis Burchardi Episcopi Basiliensis qui hanc chartam dedit* 33. *anno verò ordinationis Hugonis Abbatis Cluniacensis cui data est* 57. Tanta verò principiò inauditi universis retrò ætatibus in *regium* culmen moliminis, & novitas, & indignitas apparuit; ut nonnullos de Gregorii VII, Victoris III, Ottonis Ostiensis Legati, &c. & pontificio & salute dubitare coëgerit: moderatiores à principibus (quorum summa dignitas inopinata injuria violata videbatur) demerendis solitoque cultu ac officiis (vidente ac ferente Roma) prosequendis nunquam destitisse certum est. Hinc Vdo Trevirensis quem anno 1079 Henrici, (cui palam *favebat*) adversus Rudolfi criminationes defensor, ab ipso Gregorio delegatus. Hugo Cluniacensis ab Henrico ex baptismo filio Gregorio

gorio anno 1077. Henrico filio & conjuratis cum eo principibus, anno 1106. fidejussor oblatus; ut & *cognati*, *affinesque aliarum etiam terrarum principes*, quos (ex Gregorii ipsiusmet epistola) pro Henrico fidem obstringere paratos fuisse constat. Ipsa certè Romana sedes, quam ad veteres Gregorii VII spiritus quocunque eventu resumendos, pessimè de sacerdotio & republica meriti disputatores totos jam 60. annos certatim provocaverunt; ipsa (inquam) Romana sedes detersa præcedentium turbinum caligine, in communem Christiani orbis sententiam hoc ipso concessisse videtur, quod ab annis 372. Rudolfo Suevo, Hermanno Salmensi, Egberto Thuringo, adversus Henricum IV olim excitatis nullum inter legitimos Teutonum & Francorum orientalium Reges, locum reliquit: Hermanni enim & Egberti obscura adeò memoria mansit, ut vix eorum (velut naufragio haustorum) nudis nominibus ad literatorum notitiam enatare datum sit; Rudolfi (quem iteratæ clades ac præsertim postrema nobilitarunt) *regiam* dignitatem ab anno 1273. totius orbis consensus expunxit; quandoquidem Rudolfus Habspurgius universæ familiæ Austriacæ stirps, *Romanorum Rex* sui nominis *primus*; Rudolfus alius ex ejusdem posteris, cujus anno 1612 funus elatum, ubique inter suos & exteros; imò Romæ (inter eos ad quos Gregorii VII devenit hæreditas) *secundus* semper audiit.

Quod in timore Domini perpendant velim, qui quotidiè magno Christianæ reipublicæ scandalo, susque deque habitis de *summa Regum potestate* instrumenti sacri oraculis, consputa totius Ecclesiæ veteris traditione, patrumque ac Conciliorum antiquorum auctoritate; dissimulatis sententiæ, quæ ex somniorum patria post annum 1075. primum prodiit pudenda novitate, ineluctabilibus incommodis, funestis Occidente toto per sæcula aliquot fructibus, appositam à Gregorio septimo (tumidis irarum in Henrici caput conce-

ptarum

ptarum fluctibus, agitato) cramben recoquere, animumque malè affectum indigniſſima ſeculi noſtri luce pervicacia, adverſus propria experimenta obfirmare, cumque *inſanientis ſapientiæ conſultis*, heſterna commenta hodiernis incruſtando, errare malunt quam apertæ veritati, ſincera mente obſequi, totoque conatu primorum Chriſtianorum veſtigia relegere,
Matth. 22. 21. qui *quæ Cæſaris* erant *Cæſari*, *quæ Dei Deo* reddidere; nec advertere dignantur quanto cum regnorum populorumque periculo, Gregorii ſeptimi propria ſua placita hac in parte ſæpius evertentis, à majorum (quorum teſtimoniis palam abutitur) traditione procul abſcedentis, à Theologia & politica alieniſſima ſtatuentis, de ſuæ ſedis *in temporalia* Regum *ſummamque* eorum *dignitatem* poteſtate doctrinam, Chriſtianorum auribus propinent, quæ Hermanno Metenſi adverſus legitimum principem, ſed juvenili laſcivia corruptum, anno
Greg. 7. lib. 8. epiſt. 21. edit. Colon. A. D. 1618. p. 363. f. & 365. a. b. 1076 conjurato, *Reges à ſceleratis Diabolo agitante principium habuiſſe*; *morte mulctandos omnes* quos *ſpiritualibus patribus maledixiſſe contigerit*; à *Regibus*, filiis ſuis (niſi omnium *optimi* ſint)
Act. 20. 28. ſummum in populos Chriſtianos, qui *ad gregem pro quo Chriſtus ſanguinem ſuum fudit*, pertinent; dominium deferri nequaquam debere ad tempus perſuaſit. Si enim hæc *ex cathedra Petri* univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ex æquo credenda pronunciaſſe dicatur: Actum de ſceptro Francico, quod jam per annos 1200, & quod excurrit, naturali *ſucceſſionis* ordine, à patribus in filios, aut (ſi filii deſint) in ſanguine proximos, ſemper in unaquaque Regum familia tranſlatum eſt; actum de *Regum* quorumcunque, quos ſacerdotibus quomodocunque *maledixiſſe*, eoque merito *mactandos*, factioſi, ac maleferiati (quales cum ſummo horrore proximè elapſum ſæculum *vidit & ingemuit*) ſubditi deliraverint: Actum
1 Pet. 2. 13. &c. Rom. 13. 1. denique de *Regia* divinitus (Pétro & Paulo teſtibus) *ordinata* dignitate, quam Gregorius VII (neſcio quomodo horreſco referens) *ſceleſtorum inventum*, non ſine inſigni Dei homi-

hominumque contumelia, ſcribere auſus eſt. Sed *Deus meliora piis.*

## XVII. *Philippum quamdiu ſacra communione caruit, regni curam nunquam depoſuiſſe.*

QVibus uſurpata à Gregorio ſeptimo *in temporalia* Regum, poſt annum 1075. *poteſtas*, incommodis urgeatur; quamque parum ſuo merito (quæ jure ipſo *nulla* eſt) *Regibus* ullis tremenda ſit; ex ſuperioribus ipſaque rei evidentia, (quæ *nullum non entis* eſſe debere *metum*, per ſe plus ſatis inſinuat) conſtare poteſt: ut tamen ipſam (malecredulorum hominum vitio quo Franciæ Orientalis, ſeu Tranſrhenanæ procedente tempore priſcus ſtatus penitus immutatus eſt) Teutonicis *Regibus* (qui *Germaniæ* nunc *Imperatores* dicuntur) ab olim timendam fuiſſe ſtatuamus, ei in toto Franciæ noſtræ Occidentalis regno (Innocentio III, qui Gregorii ſeptimi, aliorumque ætate proximorum exemplo eandem in Philippum Ottonemque quartum de facto exercuit omni exceptione majore teſte) nullus prorſus locus fuerit; cum (anno 1202 capite *Novit ille*, &c. *de Iudiciis*) ne putaret *aliquis quod Iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare, aut minuere intenderet*, diſertè vetuerit: eodemque ferè tempore (cap. *cum per venerabilem* tit. *qui filii ſint legitimi*) Philippum Auguſtum *Regem* (*qui ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcebat*) *per ſeipſum* (*non tanquam patrem cum filiis, ſed tanquam principem cum ſubditis*) *potuiſſe diſpenſare*; nec pontificia in Agnete Meranica natis legitimis pronunciandis *diſpenſatione* opus habuiſſe: imò ſe (quandocunque extrà Eccleſiaſtici *patrimonii* fines, *certis cauſis inſpectis temporalem juriſdictionem caſualiter exercuit*) *non alieno juri præjudicare voluiſſe*, * *vel poteſtatem* ſibi *indebitam uſurpare* proteſtatus ſit, *cum non ignoraverit Chriſtum in Euangelio reſpondiſſe* † Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c. *propter*

* Hæc omiſit Decretalium collector.

† Matth.22.21.

*Luc. 12.14. *quod postulatus ut hæreditatem divideret inter duos.* * Quis (*inquit*) constituit me super vos judicem, *&c.*

Inde fit 1. ut manifestam *superiorem in temporalibus non recognoscenti* ( eoque *summæ* ) potestati injuriam inferant; quotquot eam alii ulli *in temporalibus*, quomodocunque subdunt; quemque *superiorem* habere & recognoscere nullum tenetur, *superiorem* aliquem & habere & recognoscere cogunt. 2. ut *alieni juris* invasor, *indebitæque potestatis* usurpator, evadat, quisquis *superiorem in temporalibus nullum recognoscenti potestati*, superiorem *in temporalibus* aliquem quomodocunque superponit. 3. ut præcepto de *reddendis quæ Cæsaris sunt Cæsari*, Rom. Ecclesiæ pontifices (Innocentio ipsomet judice) æquo cum cæteris Christi fidelibus jure obligari, nec eos aliis ullis minus violati Dominici præcepti reatu teneri si rem *Cæsaris* (*potestatem* videlicet *nullum in temporalibus superiorem recognoscentem*) *Cæsari*, vel se, vel alium *in temporalibus*, ei quomodocunque superponendo, *reddere* renuat. 4. ut Christi optimi maximi *vicarios* delegata ab eo uno potestate insignes, nequaquam agant, quotquot ad se *temporalium*, sive *regnorum*, sive *privatarum possessionum* arbitrium trahunt, quod à se penitus abalienavit, *vicariorum* suorum ( Petro * auctore ) ὑπογραμμὸν Christus, se in his † *judicem constitutum*, suum ‡ *de hoc mundo regnum esse*, ex professo negans. Facessat ergo procul, quam nec sibi vindicavit aut per se exercuit, nec ab ullis Ecclesiæ suæ ἡγεμόσιν exerceri voluit, piis omnibus ex officio improbanda, Innocentio ipsi (qui eam Gregorii quodammodo fatali exemplo illectus exercuit) de facto improbata; ut omnibus omninò Christianis ante Gregorii VII tempora, sic Francis nostris Gregorii ejusdem Vrbanique II ætate eo apertius ignota potestas, quod Regiæ Philippi primi dignitati nihil toto excommunicationis tempore decessit; sed populos cœlitus subditos consueta semper potestate rexit.

*1 Pet. 2.21.
† Luc. 12.14.
‡ Ioan. 18.36.

Plenam ejus historiam cum scripserit nemo, quæcunque

*summæ*

*ſummæ* qua pollebat *poteſtatis*, per ſingulos regni diuturnioris annos exempla edidit, in numerato habere, ut quæ Francorum (hiſtoriæ patriæ infelici illo ſæculo negligentiorum) culpa, oblivione quadam ſepulta ſunt vitæ quodammodo ac luci reſtituantur, impoſſibile; aliis polliceri non modo incertæ, ſed vaniſſimæ prorſus ſpei fuerit; ſed nonnulla hinc in noſtratium inde in exterorum ſcriptis ſuperſunt, quæ tam egiſſe, ac creditum fuiſſe *Regem* poſtquam abſtentus eſt, quam anteà fuerat fidem faciant. De eo excommunicando, anno 1093. ab Ivone Carnotenſi excitatus, ad Hugonem Lugdunenſem, mandata dederat Vrbanus II eademque anno 1094. in Concilio Auguſtodunenſi opere ipſo compleverat Hugo; at anno eodem Rex in procinctu fuit, adverſus Guillelmum Rufum pro Roberto Normannorum Duce ejuſque fidelibus armatus. Ordericus hiſt. Eccl. lib. 8. *Aſcelinus Richardum de Monteforti & familiam Philippi Regis ſibi adſcivit, & * Guillelmum Dominum ſuum contrà ſe ad pugnam venientem audacter excepit.* * Britolienſem. Henricus Huntindonienſis hiſt. lib. 7. *Iunior Willielmus ſeptimo anno regni ſui provocatus à fratre ſuo, quod jusjurandum non ſervaſſet, transfretavit in Normanniam,* &c. *Dux verò Robertus adduxit Philippum Regem Francorum ſecum, & exercitum copioſum ut obſiderent Regem Willielmum apud Honfleur.* Ivo (quem * Hugo Carnotenſium Vicecomes, incarceraverat) * Puteacenſis. à Rege † *diffiduciatus*, qui * *domus Epiſcopalis bona adverſariis* † Epiſt. 20. ejus *diripienda expoſuerat*; *gravia & grandia inde perpeſſus*; Ivo * Epiſt. 22. inquam *in curia regali* ad quam vocatus fuerat, *reſpondere* paratus, abſentiam ob periculum à Bertrada impendens excuſavit, nec multo poſt * Regis *literis ſubmonitus*, *ut apud Pontes-* * Epiſt. 28. *ſiam, vel Calvum montem, cum manu militum, ei die quam ſtatuerat occurreret, iturus cum eo ad placitum quod futurum erat inter Regem Anglorum & Comitem Normannorum*, *ſecuritatis* defectum cauſatus domi manſit.

Anno 1095. ab Hugone Lugdunenſi Legato abſtentus

Rex, antequam ab Vrbano Papa *inducias* impetrasset, Guisselmo Britoliensi adversus Ascelinum Goëllum Brehervallensem suppetias tulit. Willelmus Gemmeticensis, lib. 8. c. 15. *Willelmus de * Britolio Regem Francorum Philippum cum plurimo exercitu, & Robertum Ducem Normanniæ ad se immensis muneribus evocans, & ipsis & hominibus eorum omnibus, qui suam procurationem voluerunt accipere, sufficienter de suo proprio subministrans castrum Breheriivallis, † & totam terram Goëlli ferè destruxit, & Ivréum * tamdiu obsidens afflixit, usque quo ille perfidus suis rebus diffidens illud sibi redderet.* Ordericus Vitalis hist. Eccl. lib. 8. *Guillelmus Britoliensis tandem Philippo Regi Francorum* 700. *libras pepigit, & Roberto Duci Normannorum, aliisque pluribus, ingentem pecuniam promisit, si fideliter sibi adminicularentur, & hostiles copiæ subigerentur. Igitur Quadragesimali tempore Rex Franciæ, & Dux Normanniæ Brehervallum obsèderunt; ibique duobus ferè mensibus laboraverunt*, &c. *dènique ut Ascelinus tam magnos principes, & animosos sibi summoperè adversari prospexit, pacem à Domino socero suo petiit, & gaudente Guillelmo impetravit; eique tunc Regibus & Ducibus diu vexatis arcem de Ibreia honorificè reddidit.* & lib. 9. *Vrbanus Papa* II *regnante Philippo in Gallias venit*, &c.

* Bretueil.
† Breval.
* Ivry.

At (inquies) segnem marcescente vigore factum alii volunt. Willelmo Malmesburiensi *ventri magis, quam negotiis deditus*, &c. *accedente senio libidine gravis, Comitissæ Andegavensis specie lusus, illicitis ardoribus defœneratus famulabatur.* Orderico lib. 10. p. 766. *piger & corpulentus belloque incongruus.* lib. 11. p. 818. *ponderosus* erat. p. 836. *senio & infirmitate à regali fastigio deciderat.* Sugerio c. 12. *in dies deficiebat post superductam Andegavensem Comitissam, nihil regia Majestate dignum agens, sed raptæ conjugis raptus concupiscentiâ voluptati suæ satisfacere operam dans, nec reipublicæ providens, nec proceri & elegantis corporis sanitati plus æquo remissus, parcens.* Ea verò omnia ipsum (Salomonis instar) quam *Imperiosus* in mulierosos *amor* esse soleat expertum demonstrant; nec ad vivum singula resecanda sunt; ut.

ut nihil in eo ſanæ mentis reliquum fuiſſe credamus cum anno ætatis 41. Bertradam duxerit, nec *ſenio fractus* revera dici potuerit, nondum *ſenex*; utpotè qui ætatis anno 55. nondum emenſo deceſſit; nec adeò retuſo aut obbruteſcente fuit ingenio, ut *Regii* nominis ac Majeſtatis penitus oblivisceretur; ſed fortè eo liberius (Bertradæ leporibus delinitus) curas remiſit quo validius ſibi regnoque in Ludovici filii Martia indole adultaque ætate præſidium datum ſenſit. Quicquid ſit, unico *abdominis* non *anathematis* (quod pontificiæ *in temporalia* principum *poteſtatis* aſſertoribus nequaquam arriſerit) *pondere* effectum eſt, ut *Spartam quam nactus erat*, minus quam par fuit, aut ab initio conſueverat *ornaret*; bellicis laboribus deinceps impar; at nunquam ſua laude caruit; fuit enim (ut * Chronici Mauriniacenſis verbis utar) *vir miræ prudentiæ*: annoque 1106. Septemb. 27. cum Robertum fratrem natu majorem bello captum Normanniæ Ducatu ſpoliaſſet Henricus Anglorum Rex, * *Ludovicus Rex deſignatus & adhuc* † *adoleſcens*, *quorumdam ſuorum collateralium conſilio deceptus, ut talia gererentur aſſenſit patre ſapiente viro ſibi contradicente; & malum quod poſteà accidit ſpiritu præſago ſibi prædicente.* Nec eum *regni* curas, vel *libidine* victum penitus abjeciſſe, vel à regnicolis ob *anathema* (ſaltem ad momentum) abdicatum ſentire potuit ille ipſe Sugerius, qui ad annum 1104. de eo totidem verbis *ſcripſit, *teſtabatur pater filio Ludovico nobis audientibus caſtri* † *Montiſleherii defatigatione acerbiſſimè gravatum*, Age (*inquiens*) fili Ludovice ſerva excubans turrim, cujus devexatione penè conſenui, cujus dolo & fraudulenta nequitia, nunquam pacem bonam & quietem habere potui, *&c.* Imò ad annum 1107. obſervavit * *Paſchalem* Papam *ad partes Occidentales* veniſſe *ut Regem Francorum, & filium Regem deſignatum Ludovicum, & Eccleſiam Gallicanam conſuleret; deliberatum Romæ de omnibus quæſtionibus, tutius Regis, & Regis filii, & Eccleſiæ Gallicanæ in Francia, quam in urbe diſceptare ſuffragio.* Papam denique *cum*

* Lib. 2. Tom. 4. ſcript. Franc. p. 362.
* Pag. 365.
† Annum agens 26.
* Cap. 8.
† Mont le hery.
* Cap. 9.

Philippo & Ludovico *de ſtatu Eccleſiæ , ut ſapientem , ſapienter agentem, familiariter contuliſſe* , &c. *qui amicitiæ , auxilii, & conſilii dextras dederunt, regnum expoſuerunt*, &c. quis enim Papam *abdicati*, ab omni *regni* adminiſtratione alieni, *conſilium* opemque imploraſſe ſibi perſuadeat?

* Lib. 10. Anno 1101. ( Orderico * referente ) *Harpinus Bituricam urbem Philippo Regi Francorum vendidit* , qui ſub anathemate , Concilii Pictavenſis decreto , anno præcedente poſitus fuerat ; id vero argumento eſſe poteſt , principem augendæ rei familiari intentum , nec adminiſtratione *regni* excidiſſe , nec *telluris inutile pondus* factum fuiſſe ; ut ut Bertradæ ( cujus occaſione ſemel atque iterum *abſtentus* eſt ) nimium detuliſſe videatur. *Ludovico* anno 1101. *patrem* tunc Eccleſiæ communione carentem, * *regni tuitionem commiſiſſe*, lib. 11. p. 836. *Ludovicum juvenem* , anno 1103. à reſtituta communione proximo, † *permiſſu patris ſui in Angliam transfretaſſe* , &c. à Rege Henrico poſt acceptas Bertradæ literas *in Galliam remiſſum fuiſſe* , &c. à patre *Pontiſariam * totumque † Vulcaſſinum pagum pro* Bertradæ *reconciliatione concedente obtinuiſſe* , anno 1105. Henricum *celebrata* April. 9. * *Paſchali feſtivitate Legato Philippo Regi Francorum deſtinaviſſe*; anno 1106. Boamundum Antiochenorum principem † *cum Philippo Rege colloquium habuiſſe* , *Conſtantiam ejus filiam ſibi conjugem requiſiviſſe, poſt Paſcha* Martii 25. celebratum , *Carnoti deſponſaſſe* , ibidem *Regem cum magna multitudine ſuorum adfuiſſe* , & *filiam ſuam* ſponſo *porrexiſſe*. Gaufrido Martello Maio menſe defuncto , * eundem *Fulconi privigno ſuo Andegavorum Comitatum conceſſiſſe* , eum à Guillelmo Pictavienſi *comprehenſum , de ergaſtulo precibus & minis eripere conatum* , ac tandem † *annos* 47. *regno Francorum functum* , ‡ *poſt patris occaſum annos* 47. *regnaviſſe*,* *anno regni ſui* 47. 4. *Kal. Auguſti* denatum refert ; hac in parte tam ab Ivone † diverſus, qui Philippum *annis* 49. ſolio inſediſſe ; quam ab Anonymo Floriacenſi , ‡ qui eundem *cum annis* 49. *menſib.* 2. *dieb.* 7. *regna-*

* Lib. 11. p. 836.
† Pag. 812. 13.
* Pontoiſe.
† Vexin.
* Lib. 11. p. 816.
† Pag. 817.
* Pag. 818.
† Lib. 5. p. 569.
‡ Lib. 6. p. 638.
* Lib. 11. p. 836.
† Chron.
‡ Tom. 4. ſcript. Franc. p. 95.

*regnavisset regni sceptra filio reliquisse* voluit. Sed facilè conciliari possunt omnes; Ordericus enim Philippeos annos non ab anno 1060. quo vivere desiit Henricus, inchoavit, sed à 1061. eorumdemque finem statuit in 1107. nulla reliquorum, quos ex parte tantum delibavit habita ratione; Ivo qui eidem 49. annos assignavit initium à die coronationis ejus duxit, nec menses diesque excurrentes numerare dignatus est; verè anonymus annos 49. menses 2. dies 7. adnotavit accuratè subducta ratione cum * *anno* 1059. *Indict.* 12. *Maii* 23. *die Pentecostes* consecratus Philippus; † anno 1108. Iulii 29. feria 4. hominem exuerit; regnum cum patre annis 49. mensibus 2. dieb. 8. tenuerit. Quocunque verò modo rationes nostras ineamus; ex coætaneorum omnium sententia Philippi *regnum* nunquam intercisum fuit; nec antequam ipse relinqueret sceptrum, Ludovicus filius gessit, ante excommunicationem, sub anathemate, post restitutam pacem ex æquo *Rex* & dictus, & creditus; utpotè qui bella gessit, adversarios coercuit, legationes audivit, subditis & filio *Regi designato* mandata dedit; *regni tuitionem commisit*, liberos matrimonio junxit, Comitatus emit, & in beneficium dedit, *summa* ubique *potestate* semper usus.

* Tom. 4. script. Franc. p. 161.
† Ibid. p. 167.

## XVIII. *Philippum postquam (ob superductam Bertradam) in Vrbani* II *Offensionem incurrit, Conciliorum indicendorum, præsulatuumque conferendorum, consueta potestate nequaquam excidisse.*

REgia quævis munia quæ *regni* statum (qua *corpus Politicum* est) spectare solent, Philippum sub excommunicatione ipsa obiisse, mirum minus fuerit; cæteris quæ Regum (qua *Christianæ reipublicæ capita* sunt) propria creduntur, nequaquam abstinuisse probandum nobis superest. Cum Regum nostro-

nostrorum jussu ac voluntate Gallicanæ Ecclesiæ Concilia ab initio semper coïerint, consueta Majorum potestate post superductam Bertradam, scriptasque ab Vrbano Papa de ea

* Ivo epist. 28. 23. deserenda literas anno 1094. * *Sacramentum de securitate Concilii quod* ad eum *Ecclesiastica disciplina constringendum* contrahi *Papa mandaverat fieri vetuit*: anno 1095. post Augustodunensis Concilii adversus eum decretum, ante impetratas ab eo *inducias*, Concilium indici apud Trecas voluit, *ex præcepto Re-*

† Epist. 48. *gis* (inquit † Ivo) *Rhemensis & Senonensis, & Turonensis Episcopi, invitaverunt suffraganeos Episcopos, ut post responsa vestra apud Trecas prima Dominica post festivitatem omnium Sanctorum conveniant* id est pridiè Nonas. II. Iure etiam *Regio* quos idoneos credidit, ad *honores Ecclesiasticos* vocavit, etiam abstentus; hinc (epistola 46. ad Vrbanum Papam post Augustodunense Concilium anno 1094. exeunte, aut 1095. ineunte data) Ivo; *venturi sunt ad vos in proximo nuntii ex parte Regis Francorum*, &c. *qui infatuati adeptione vel promissione honorum Ecclesiasticorum infatuare molientur sedem justitiæ.* anno 1096. paulò post restitu-

* Epist. 54. tam ab Vrbano Papa abstento Philippo communionem * *conari cœperunt ut Ioannem quendam Archidiaconum cum consensu Regis haberent in Episcopum, Aurelianenses quidam*, &c. *Clerus reliquus*, &c. *saniore consilio pro temporis opportunitate, & loci, elegit sibi (cum consensu Regis) in Episcopum Sanctionem ejusdem Ecclesiæ Decanum*, &c. *cum ergo adjunctis precibus Regis instanter postularet Ecclesia electum suum sibi consecrari*, &c. & anno præ-

† Epist. 55. cedente *Ecclesia* † *Belvacensis ad præsens æquè sibi utilem non invenit, quem cum pace regni & Ecclesiæ consensu in Episcopum eligat.* Anno 1099. post renovatum ab Hugone Lugdunensi Lega-

* Epist. 66. to (ob revocatam in *Regiam* Bertradam) interdictum, * *hac arte Rodulfus Turonensis à Rege obtinuit ut Ioannes*, &c. *Ecclesiæ* Aurelianensi *præficeretur Episcopus*, &c. *iste juvenis Rege jubente, & Turonensi Archiepiscopo impingente, prædictæ Ecclesiæ est intrusus*, &c. *per literas Regis & capituli mihi est oblatus suo tempore ordinan-*

*ordinandus*, &c. *Abbas Burguliensis ad Curiam in Natali Domini venit ad accipiendum Episcopatum, sicut ei illa prædicta Regina Bertrada promiserat*, &c. * *Turonensis Archiepiscopus* (*contrà interdictum Legati vestri*) *in Natale Domini Regis coronam imposuit, & ut iste Episcopus fieret hac arte promeruit.* Anno 1100. quo iterum abstentus Concilii Pictaviensis decreto Rex, Belvacenses † *pro voluntate Regis & illius contubernalis suæ*, Stephanum de Garlanda *in Episcopum assumpserunt*, &c. * *Sciat sanctitas vestra*, &c. *cum sanior pars* Belvacensium *assensu Regis quendam religiosum vellet eligere, à quibusdam malevolis Clericis & laïcis excommunicatis*, Stephanum *eundem fuisse receptum.* Anno 1101. (quo toto Rex abstentus est) cum Galonem Belvacensi Ecclesiæ præfici noluisset, his Manassem Rhemensium Archiepiscopum incitamentis ad ejus consecrationem invitavit * Ivo; *habeat Deus in Ecclesia sua principaliter quod suum est, habeat Rex posteriori ordine, post Deum, quod sibi à Deo concessum est*; quæ tamen irrita fuerunt: Siquidem * *Rex virulentis* Belvacensium Stephano faventium *verbis succensus*, &c. *noluit electioni assensum præbere, nec electo bona Episcopalia dimittere, Metropolitanus condicto die inter contradictores & electores* (*sicut dicitur*) *pacem* voluit *componere, vel forsitan propter voluntatem Regis rem callidè impedire*; Rex denique * *Sacramentum per quendam servientem suum dari fecit, quod Galo in vita ejus nunquam futurus esset Belvacensis Episcopus.* Imò Belvacenses Stephani adversarios coram Curia se sistere jussos, adeo coarctavit ut eos * *aut legem offendere oporteret, aut Regem, si audientiam regalis curiæ respuerent.* Nec alius causæ exitus fuit, quam Rex ipse (adhuc abstentus anno 1102) voluit, cujus decretum totius Concilii Balgentiacensis nomine à Paschali Papa confirmari sequentibus rogavit Ivo: *de* * *cætero sanctæ paternitati vestræ supplicando suggerimus, ut Domnum Galonem Coëpiscopum nostrum, de Belvacensi Episcopatu, (quem propter Sacramentum Domini Ludovici habere non potest) per manum Senonensis Archiepiscopi transferri jubeatis*

* Epist.67.
† Epist.87.
* Epist.89.
* Epist.102.
* Epist.104.
* Epist.105.
* Epist.137.
* Epist.144.

*beatis in Parisiensem Episcopatum, quem ei gratanter & devotè concedunt, pro vestro amore, Rex & Regis filius.* Datus itaque Parisiensibus Galo, Belvacensibus Fulco, quem nonnulli Parisienses invito Rege elegerant, quorum consilium epistola 138 palam improbat Ivo, eos *adversus Regem in præsentia Regis causam istam examinare disposuisse* miratus; *ubi plus posset voluntas Regis, quam justitia legis.*

III. Tantum à *Regiæ* Majestatis in *Rege* extrà communionem posito, contemptu Francicus Clerus absuit, ut unicum sibi (si quando adversa ingruebant) in *summa absenti* principis *potestate* perfugium esse, & sentiret, & palam præ se ferret; *violato* * enim *claustro Carnotensi* (anni 1101) *æstate, major Cleri pars quantum ad personatum & numerum ferre non valentes Comitissæ* † *injurias & minas, de Civitate exierunt, quosdam ex suis ad Daimbertum mittendo, Alii Regem Regisque filium pro reclamanda injuria sibi illata adierunt, de stipendiis communibus fratrum, quod opus fuit expenderunt,* &c.

* Epist. 132.

† Adelæ Guilielmo conquæstore natæ, Stephani Campanorum & Carnutum Comitis, peregrè agentis uxoris.

IV. Auctoritate *regia* Concilia Gallicana convenire debere, ut sensere olim nostrates Episcopi, sic ad Regem (etiam *excommunicatum*) spectasse, ut si quando Romanæ Ecclesiæ Legati inusitatum aliquid, aut in Regiæ Majestatis qualecunque detrimentum vergens, molirentur, resisteret; *quæque* * *Cæsaris* (id est *regii* juris) *sunt* sibi vindicaret; Cum enim † *post duo Concilia*, anno 1095. ab Vrbano *Papa* [Placentiæ & apud Clarummontem ubi abstentus Rex] *celebrata legatum ejus Lugdunensem Archiepiscopum infrà eundem annum tertium generale convocare & ad hoc regni* Francici *Episcopos invitare* auditum fuisset, Querenti Regi in hæc verba respondit Ivo. *Si quis eos Episcopos ultrà terminos à patribus constitutos angariare voluerit, vos habito cum eis communi consilio injustis oppressionibus pro persona vestra resistite, sic ut* * quæ Dei sunt Deo reddant & quæ Cæsaris sunt Cæsari reddere *non omittant.*

* Matth. 22. 21.

† Epist. 56.

* Matth. 22. 21.

Nec dubitavit idem *investituram Regiam* quam Teutonici & Ita-

& Italici regni finibus exterminandam censebant Romani pontifices, admittere, probare, & legitimam tueri. Qui enim anno 1091. * exeunte *Clericorum primo ingenio, posteà violentia Regi præsentatus* fuerat, *& inde cum virga pastorali à Rege* ipsi *intrusa ad Carnotensem Ecclesiam adductus*. anno 1097. Hugonem Lugdunensem Legatum * *ea quæ indifferenter se habebant & in quibus non observatis minimè salus periclitabatur, vel observatis minimè juvabatur, obnixè servanda sancientem; vel ea quæ antiquitas sanxit, consuetudo servavit, & venerabilium auctoritas patrum sacrata firmavit, prout volebat minuentem aut mutantem; attendere* jussit *quid saluti eorum quibus per omnia prodesse debebat, conferret; vel quorum institutio esset potius tenenda, vel quibus obedientia potius esset exhibenda, an illis sanctis patribus qui adhuc nobis in scriptis suis loquuntur, an ipsi cui nihil erat aliud propositum nisi priorum sequi & honorare vestigia*, &c. *cur privatis legibus & novis traditionibus veteres traditiones & consuetudines removere contenderet* miratus. Quia verò Daimbertum Senonensem *investituram Episcopatus de manu Regis accepisse* scripserat idem; sequens ab Ivone responsum tulit. *Si factum esset; cum hoc nullam vim Sacramenti gerat, in constituendo Episcopo vel admissum, vel omissum; quid fidei, quid sacræ religioni officiat ignoramus; cum post Canonicam electionem Reges ipsos Apostolica auctoritate à concessione Episcopatuum prohibitos minimè videamus. Legimus enim sanctæ recordationis summos pontifices aliquando apud Reges pro electis Ecclesiarum, ut eis ab ipsis Regibus concederentur Episcopatus, ad quos electi erant, intercessisse; aliquorum (quia concessiones Regum nondum consecuti fuerant) consecrationes distulisse; quorum exempla supposuissemus nisi prolixitatem epistolæ vitassemus. Domnus quoque Papa Vrbanus Reges tantum à corporali investitura excludit (quantum intelleximus) non ab electione (in quantum sunt caput populi) vel concessione: quamvis octava Synodus solum prohibeat eos interesse electioni non concessioni. Quæ concessio sive fiat manu, sive nutu, sive lingua, sive virga, quid refert? cum Reges nihil spirituale se dare intendant,*

* Epist. 8.
* Epist. 60.

*dant, ſed tantum aut votis petentium, annuere; villas Eccleſiaſticas & alia bona exteriora, quæ de munificentia Regum obtinent Eccleſiæ, ipſis electis concedere.*

## XIX. *Conſignandorum Philippi Regis annis, Actorum, interruptum nunquam morem fuiſſe.*

ACta complura Philippi Regis nondum extrà Eccleſiæ communionem poſiti, annis conſignata extare nemo negat; conſignari poſt promulgatam primùm, apud Auguſtodunum A. D. 1094. Octob. 13. excommunicationem deſiiſſe, ne quis deinceps ſuſpicetur; aggeſtis in ſingulos annos exemplis, eorum qui præfractè negare, quam comperto vero aſſentiri malunt, retundenda eſt audacia.

A. D. 1095. quo iterata Regis excommunicatio.

Charta Philippi Regis in gratiam Cluniacenſium. *Actum eſt hoc* * *Mauziaci Anno Dominicæ Incarn.* 1095; *regni verò noſtri* 37. * *Indict.* 3. *præſente & confirmante ſedis Apoſtolicæ Legato Hugone Archiepiſcopo Lugdunenſi, & ſubſcribente; præſentibus etiam Epiſcopis aliquibus & multis nobilibus, quos huic donationi ſubſcribere, eamque confirmare juſſimus.*

* *Mauzac* diœceſ. Clarom.
* A 1. Coron.

Charta Fulconis Comitis in gratiam monaſterii S. Sergii Andeg. *facta eſt hæc donatio anno ab incarn. Domini* 1095. *Indict.* 3. *die Sabbati Luna* 25. *Vrbano Apoſtolico, Francia ex adulterio Philippi indigni Regis fœdata, Radulfo Turonenſi Metropolitano, Gofrido Andegavorum Epiſcopo, Deo gratias Amen.*

Charta * Furnenſis. *Actum eſt in Baſilica Furnenſi publicè anno ab incarn.* 1095. *Indict.* 4. 3 *Nonas Octobris feria* 1. *regnante Rege Francorum Philippo.*

* Furnes.

Charta Bertranni Comitis, qui poſteà Tripolim conceſſit: *Facta charta in menſe Iunii anno Dominicæ incarnationis* 1095. *Indict.* 3. *regnante Philippo Francorum Rege.*

Charta

Charta * Majoris monaſterii. *Hæc conſtitutio libertatis Majoris monaſterii facta eſt in Concilio Claromontenſi, à Domino Papa Vrbano, in Octavis B. Martini Turonicæ civitatis Archiepiſcopi, anno ab incarnat.* 1095. *regnante in Galliis Rege Philippo.* * Mairemonſtier.

Charta S. Dionyſ. ab Elinando Laudun. ſcripta; *Actum Lauduni* 3. *Idus Martii anno incarnati Verbi* 1095. *regnante Rege Philippo, anno regni ipſius* 35. (lege 36.) *Epacta* 28. (lege 12.) *Indict.* 13. (lege 3.) *Rotbertus Cancellarius relegit.*

Charta * Burgolienſis. *Actum anno ab incarn. Domini* 1095. *Indict.* 4. *Epacta* 4. *Philippo Francorum Rege, Fulcone Andecavorum Comite.* * Bourgueil.

Charta Lemovic. *Facta anno* 1095. *Indict.* 4. *temporibus Philippi Francorum Regis menſe Decembri* 10. *Kal. Ianuarii.*

Concordatum inter Canonicos Lemovicenſes & Monachos * Dolenſes; *facta eſt autem iſta* (concordia) 8. *Idus Novembris, Luna* 5. *anno ab incarn. Dom.* 1095. *Indict.* 4. *temporibus Vrbani* II *Papæ, qui tunc temporis in Galliis morabatur, Philippi Francorum Regis & Audeberti Primatis Bituricenſis, atque Vmbaldi Præſulis Lemovicenſis; Regnante in perpetuum Chriſto Rege Regum.* * Deols.

Auctor libelli de tribulationibus Majoris monaſterii, *lapſis poſtmodum annis* 90. *ab incarnatione videlicet* 1095. *anno Philippi Regis* 37. *& Bernardi hujus monaſterii Abbatis, anno ordinationis* 13. *Vrbanus* II *Papa glorioſus ab urbe Roma veniens & ſola caritatis gratia Gallias inviſens cum in Claromontano Concilio* &c.

Anonymus Majoris monaſterii monachus è bibliotheca Laur. Bochelli, *hæc diſtinctio, ſive conſtitutio libertatis majoris monaſterii facta eſt in Concilio Clarom. à D. Papa Vrbano in octavis B. Martini Turonicæ civitatis Archiepiſcopi anno ab incarn. Dom.* 1095. *regnante in Galliis Rege Philippo,* &c.

Fulcherus Carnot. lib. 1. *Anno ab incarn. Domini* 1095. *regnante in Alamannia Henrico Imp. dicto, in Francia Rege Philippo,* &c.

Anonymus *viæ Hieroſol.* ſcriptor. *Anno Dominicæ incarn.*

1095. *regnante in Alamannia Ainrico Imp. in Francia Philippo Rege, in Græcia Alexio, in Anglia Willelmo minore, cum in universis Europæ partibus mala multimoda invalescerent, præerat urbi Romæ Papa Vrbanus*, &c.

Guibert. Abbas Novigenti lib. 2. c. 3. *Philippum Regem Francorum cujus 37. tunc regni recensebatur annus, qui propria* (Bertha nomine) *uxore relicta Andegavensis Comitis uxorem sibi* (Bertradam vocabulo) *devinxerat tanta auctoritate excommunicavit* (Vrbanus) *ut intercessiones spectabilium personarum, & multiplicium munerum illationes, contempserit; & quod intrà regni ipsius demorabatur limites non extimuerit.*

Guill. Tyrius lib. 1. c. 14. *Anno ab incarn. Domini* 1095. *Indict.* 4. *regnante Domino Henrico* IV *Teutonicorum Rege & eodem Rom. Imperatore, anno regni ejus* 43. *Imperii verò* 12, *Illustri quoque Francorum Rege Domino Philippo Henrici filio regnante in Francia prædictus D. Vrbanus*, &c.

Robert. Monach. lib. 2. *cum quibus Hugo scilicet frater Philippi Regis Francorum, qui ipso tempore Franciam suo subjugabat imperio.*

A. D. 1096. quo pax reddita Regi.

Charta * Engeriacensis: *Actum anno* 1096. *Indict.* 4. *Willelmo Ducatum tenente in Aquitania, Philippo Rege.*

* S. Iean d'Angeli.

Charta S. Nicolai Andeg. *factum est hoc Andecavis apud S. Nicolaum anno* 1096. *quo monasterium ipsum à Domino Papa Vrbano sacratum est, quo etiam plebs innumera Hierosolymam concurrebat Indict.* 4. *Luna* 28. *Philippo Francorum Rege, Gaufrido Meduanensi Andecavorum præsule, mense Augusto; feria* 6. 8. *die Assumptionis B. Virginis Mariæ.*

Charta * Rotæ. *Hæc secunda sanctio firmata est Turonensi Concilio, Apostolico viro Missam devotissimè celebrante* 12. *Kal. Aprilis, Luna* 22. *anno* 1096. *incarnati verbi Philippo Francorum Rege imperium tenente, S. Goffridi Episcopi Andegavensis, junioris Episcopi, S. Radulfi Archiepiscopi Turonensis.*

* La Roüe.

Charta

Charta S. Martini de Campis. *Hoc autem factum est in Gallia regnante Philippo, Cluniacensis Ecclesiæ Hugone existente Abbate, apud Campos; sub eo Vrsione priore, Willelmo Episcopo urbis Parisiacæ anno Dominicæ incarn.* 1096. *Indict.* 4. Chartular. Turon. *Radulfo præsule & Philippo Francorum imperium tenente in Concilio Turon. Apostolicus missam celebravit* 12. *Kal. April. Luna* 22. *A. D.* 1096.

Charta Insul. *Actum Insulis in præfata Ecclesia anno* 1096. *regnante Rege Philippo Francorum, Episcopante Radbodo,* &c.

Gilo Paris, *viæ Hierosol.* lib. I. *Anno milleno, sexto, deciesque noveno à patris verbo velamine carnis amicto, Cum Rex eximius Francorum sceptra Philippus ferret, & Henricus regeret Lotharingica quartus, contigit Vrbanum Romanis pontificantem, Gallorum fines invisere,* &c.

A. D. 1097. quo communione Ecclesiastica gavisus est Rex.

Charta Rotæ, *facta sunt* 7. *Kal. Maii in Litania majore, Philippo Rege tenente Francorum imperium, Beato Papa Vrbano Romanæ dignitatis Cathedram obtinente; ordinante Domino Iesu Christo, cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto, in secula sæculorum secundo anno dedicationis Ecclesiæ S. Nicolai Andegavensis.*

Charta Andrensis. *Acta sunt hæc anno incarn. Dominicæ* 1097. Andres. *Indict.* 6. *præsidente Apostolicæ sedi D. Papa Vrbano. Philippo Francorum Rege, Gerardo tunc Morinorum Episcopo, Roberto Flandrensium Comite.*

Charta S. Bertini. *Anno incarn. Dominicæ* 1097. *Indict.* 6. *Nonis Septembris, die scilicet depositionis S. Bertini; Francorum regnum obtinente Rege Philippo, in Flandria inclyto Marchione Roberto juniore principante.*

Charta fundationis S. Stephani Nivern. *Actum est hoc anno incarnationis* 1097. *Indict.* 6. *regni Philippi Regis* 38.

Charta S. Albini Andeg. *Actum feria* 4. *quinto Idus Septembris,*

*bris, anno ab incarn. Domini 1097. Indict. 6. anno 38. Philippi Francorum Regis; Vrbano Papa sedem Apostolicam gubernante, Petro Episcopo Pictavensem Ecclesiam regente, Andecavensis urbis cathedræ præsidente Gaufrido Hugonis filio Episcopo; Comitatum verò ipsius civitatis Fulcone Comite retinente, qui Ioffredi Martelli nepos fuit.*

* A 1. Coronatione.

Chron. S. Martini Turon. *Anno Verbi incarnati 1097. * Philippi Regis 38. Octavo Idus Aprilis combusta est Ecclesia B. Martini cum castro.*

A. D. 1098. quo affecto Bertradam in regiam revocavit Rex.

* S. Sernin.

Charta * S. Saturnini Tolos. *facta charta in mense Iulio sub die Dominica regnante Philippo Rege anno 1098.*

Charta alia ejusdem Eccl. *facta charta in mense Februario regnante Philippo Rege, signum Bertrandi Comitis.*

Charta alia; *facta charta in mense Februario sub die feria 5, regnante Philippo Rege, &c. in illo anno quo Bertrannus Comes recuperavit Tolosam.*

Charta Cluniac. *Actum Rhemis anno 1098. Indict. 6. regnante Rege Philippo anno 39. Archiepiscopo Manasse anno 4.*

Charta S. Albini Andeg. *Actum Kal. Novemb. die Dominica anno ab incarn. Domini 1098. Indict. 7. qui est annus 38. regni Philippi Regis.*

Charta S. Bertini. *Actum in Villa Merch anno Dominicæ incarn. 1098. Indict. 7. regnante Philippo Francorum Rege.*

A. D. 1099. quo Vrbanus decessit.

Charta Engeriac: donationis Eccl. Mastasiensis ab Episcopo Sanctonensi factæ. *Actum anno 1099. Epacta 26. concurrente 5. Vrbano* II *Rom. sedis Pontificatum exornante; Amato Archiepiscopatum Burdegalensem administrante, pariterque B. Petri Legationem fungente; Philippo in Francia regnante, Willelmo Ducatum Aquitaniæ tenente.*

Charta

Charta * Bezuensis, *Acta sunt hæc anno ab incarn. Domini* 1099. *Indict.* 7. *Epacta* 26. *regnante Philippo Rege Francorum, Odone Ducatum tenente, Roberto fratre ejus Episcopalem* † *Cathedram regente.* * Beze. † Lingon.

A. D. 1100. quo jam affecto in concilio Pictavensi Philippus Rex tertiò excommunicatus est.

Charta Engeriac. *Aimericus de Ranconia: Amatus Archiepiscopus Burdegalensis, Ranulfus Episcopus Santonensis, Willelmus Aquitanorum Dux.* 8. *Idus Maii anno* 1100. *Indict.* 8. *Epacta* 7. *Concurrente* 7. *Philippo Francorum Rege, Fulcone* * *juniore Andecavensium Comite.*

* Fulco Richinus licet ætate gravis Fulconis Nerræ avi respectu *junior* dictus est. sic in charta Rotæ à Reginando Credonii domino 1096. Febr. 12. datæ *à Fulcone Andegavensi Comite juniore & tenui. & tenes.*

Chron. Turon. *A. D.* 1100. *Henrici Imp.* 44. *Philippi Regis* 40. *Concilium Pictavis celebratur, nec multo post Abbatia Fontis Ebraldi in Pictavensi diœcesi fundatur.*

A. D. 1101. quo sub excommunicatione fuit Philippus Rex.

Charta † Affligem. *Actum ab incarnat. Domini* 1101. *anno, regnante Philippo Francorum Rege, Episcopante Manasse Cameracensi pontifice, Roberto Roberti filio Hierosolymitano in Comitatu agente,* &c. † Affligem.

Charta * S. Benigni Divion. *Actum Divione anno* 1101. *Indict.* 9. *Philippo Rege, Roberto Lingonensi præsule, Iarentone Abbate.* * S. Benigne.

Charta † Lascariensis. *Anno* 1101. *ex quo dominus noster & Redemptor humani generis, de intemeratæ virginis utero nasci dignatus est, præsidente Paschalio Rom. Ecclesiæ Papa, regnante Philippo Francorum Rege.* † Lescar.

Charta S. Hilarii Pictau. *Anno* 1101. *Philippo Francorum Rege:* 4. *Kal. Novembris.*

A. D. 1102. quo communioni restitutus Philippus Rex.

Charta Burgoliensis. *Facta est hæc charta, & firmata in clau-*

*ſtro S. Porcharii anno ab incarnatione Domini Ieſu Chriſti* 1102. *regnante Philippo Francorum Rege.*

Charta Engeriacenſis. *Anno* 1102. *Paſchali Papa, Philippo Rege Francorum, Willelmo Duce Aquitanorum, Ranulfo Epiſcopo Santonenſi, Burdigala viduata paſtore Amato* † *Archiepiſcopo obeunte.*

Charta S. Hilarii. *Paſchali Romæ Apoſtolico, Petro Pictavorum Epiſcopo, in Francia regnante Philippo, in Aquitania principante Willelmo ejus reverſionis à Hieroſolymis anno primo.*

Charta S. Nicolai Andeg. *Anno* 1102. *Paſchalio Papa Philippo Francorum rege Fulcone* * *juniore Andegavorum Comite.*

## A. D. 1103.

Charta Cluniacenſis. *Actum Rhemis anno incarnati verbi* 1103. *Indict.* 11. *regnante Francorum Rege Philippo anno* 43. *Archiepiſcopatus Manaſſe* 9.

Charta † Iotrenſis. *Actum Noviomi Dominicæ incarnationis anno* 1103. *Indict.* 11. *regnante Rege Philippo, Epiſcopante Domino Baldrico anno quinto.*

Charta ‡ Regulæ, *Anno ab incarn. Domini noſtri Ieſu Chriſti* 1103. *Philippo Francorum Rege ſuperſtite, Ludovico tamen filio ſuo Indolis & probitatis memorandæ juvene Franciæ temonem obtinente, Willelmo Pictavienſium Conſule, Vaſconiæ gubernaculo præſidente.*

## A. D. 1104.

Charta S. Martini Campenſis. *Actum anno* 1104. *Indict.* 12. *regnante Philippo Rege, Duce exercitus filio ſuo Ludovico, Conſule Ambianenſi Ingelramno, Epiſcopatus Godefridi anno primo.*

Charta S. Hilarii Pictav. *Charta facta anno* 1104. *Philippo Francorum Rege Regnante, & Petro Epiſcopo Pictavienſi, Eccleſiæ præſidente, & Willelmo Aquitanorum Duce in flore juventutis militiam agente.*

Charta Engeriac. *Actum anno ab incarn. Domini* 1104. *Papa præſidente Paſchali; Rege regnante Philippo cum Ludovico filio.*

Charta

† Deceſſit A N. 1101. Chron. Maleac.

* Id eſt *Richino*. Nam Fulco Hieroſolymitanus *Richini* filius qui poſteà in charta Roncereii A. D. 1119. Indict. 13. data dictus eſt *Iunior*. A.D. 1102. vix annum 12. compleverat nec *Comes* dicebatur; hinc in charta confraternitatis Eccleſiarum Fontis Ebraldi & S. Laudi Andegan. A.D. 1116. Iun. 28. data, *Fulco adoleſcens Conſulatum Andigavorum tunc tenuiſſe* dicitur, in charta Fontis Ebraldi *Fulco junior Fulconis Comitis Andeg. filius* inſcribitur A. D. 1116.

† *Ioarre.*

‡ La Reole.

Charta S. Crucis Pictav. *mense Octobri anno* 1104. *Philippo Francorum Rege, Petro Pictav. pontifice, Guillelmo Aquitan. Duce.*

Charta * Fontis Ebraldi à Fulcone Richino scripta. *Acta Philippo Francorum Rege, Guillelmo Aquitan. Duce, Petro Pictav. Pontifice.* * Fonteurant.

Placitum inter Engeriacenses & S. † Maxentii fratres. *anno* 1104. *Luna* 25. *Indict.* 12. *Papa Paschali Rom. Ecclesiæ præsidente, Ranulfo Episcopo Santonense, Hugone Suessione Petro Burdegalense Archidiacono, post Episcopo Lemovicense, Philippo Rege.* † S. Mairant.

## A. D. 1105.

Charta S. Andreæ propè Brugas. *Actum Brugis anno* 1105. *Indict.* 13. *regnante Rege Philippo, Episcopante Domino Baldrico, Roberto iuniore principante cum uxore sua Clementia.*

Charta S. Cypriani Pictav. *Actum anno ab incarn. Domini* 1105. *quo Cometa apparuit; Philippo Rege in Francia & Willelmo in Aquitania.*

Charta S. Nicolai Andegav. *Anno* 1105. 10. *Kal. Maii die Sabbathi in Vigilia S. Georgii Papa Paschalio, Philippo Francorum Rege.*

Charta * Harlebecensis. *Actum est Tornaci anno ab incarn. Domini* 1105. *Indict.* 13. *regnante Philippo Rege Francorum, Balduino Episcopante, Roberto iuniore principatum Flandriæ obtinente.* * Harlebeq.

## A. D. 1106.

Charta * Aquensis. *Datum est hoc donum Paschali Apostolico, Philippo Rege Francorum regnante, Epacta* 25. *Concurrente* 7. *Indict.* 15. *Raimundo Santensi Aquis Episcopante.* * Aqs.

Charta Attrebat. *Datum Attrebati anno Dei Christi* 1106. *Indict.* 14. 7. *Idus Iunii anno Episcopatus Domini Lamberti Episcopi Attrebatensis* 12, *regnante Philippo Rege Francorum, Roberto Iuniore Comite in Flandria, Eustachio Comite Bononiensium, & Lensensium.* Arras.

Charta Fontis Ebraldi, *tradita Pictavi in Capitulo, Anno ab incarnatione Domini* 1106. *Indict.* 14. *Epacta* 14. *Papa Paschali, Philippo Rege Francorum, Petro Episcopo Pictavorum, Willelmo Duce Aquitanorum.*

Charta alia ejusdem Eccles. *Data Pictavi in camera anno ab incarn. Domini* 1106. *Indict.* 14. *Epacta* 14. *Papa Paschali, Petro Pictavorum Episcopo, Philippo Francorum Rege, Willelmo Aquitanorum Duce.*

Charta alia ejusdem Eccl. *hoc autem Donum factum est, in manu Domini Roberti de Arbresello, regnante Philippo Francorum Rege, Guillelmo Aquitanorum Duce, Petro Pictav. pontifice.*

Charta S. Nicolai Andeg. *Anno* 1106. 6. *Idus Octobris Luna* 7. *feria* 4. *venit Rex Francorum Philippus ad civitatem Andegavam, cum Regina nomine Bertrada, receptus est à Fulcone Comite & Andecavensibus tam Clericis quam Laïcis cum honore maximo & reverentia.*

A. D. 1107.

Charta Aquensis. *Datum est hoc donum Paschali Apostolico, Philippo Rege Francorum regnante, Epacta* 25. *Concurrente* 7. *Indict.* 15.

A. D. 1108. quo Philippus Rex è seculo migravit.

Charta * Hamensis, *Actum anno Dominicæ incarn.* 1108. *Indict.* 1. *regnante Rege Philippo, Episcopante Domino Baldrico Noviomi.*

* Nan.

## XX. *Variorum de Philippo primo sententiæ, earundemque* ἀνάκρισις.

I. Willelmus Malmesburiensis A. D. 1142. denatus, ad A. D. 1095. lib. 4. de gestis Reg. Angl. c. 2: *In Concilio* (Claromontano) *excommunicavit Dominus Papa Philippum Regem*

*Regem Francorum & omnes qui eum vel Regem, vel Dominum suum vocaverint, & ei obedierint, & ei locuti fuerint; nisi quod pertinet ad eum corrigendum. Similiter & illam malè dictam conjugem ejus, & omnes qui eam Reginam vel Dominam vocaverint; quousque ad emendationem venerint; ita ut alter ab altero discedat,* & lib. 5. *Philippus Rex Francorum Regi nostro Henrico I, nes utilis, nec infestus fuit, propterea quod esset ventri magis quam negotiis deditus; nec præterea castellis ejus collimitaneus, pauca enim quæ tunc habebat in Normannia magis Britanniæ quam Franciæ vicina erant. Adde quod (ut superius dixi) Philippus accedente senio, libidine gravis, Comitissæque Andegavensis specie lusus; illicitis ardoribus defœneratus, famulabatur. Quocircà ab Apostolico excommunicatus, cum in villa qua mansitabat nihil divini servitii fieret; sed discedente eo tinnitus signorum undique concreparent, insulsam fatuitatem cachinnis exprimebat.* Audis (*inquiens*) bella quomodo nos effugant? *adeò erat omnibus Episcopis provinciæ suæ derisui, ut nullus eos desponsaret, præter Willelmum Archiepiscopum Rotomagensem. Cujus facti temeritatem luit, multis annis interdictus, & vix tandem per Anselmum Archiepiscopum, Apostolicæ communioni redditus: Philippo intereà nulla mora insanæ temulentiæ satietatem fecit: nisi quod in extremo vitæ tactus morbo, Monachicum apud Floriacum accepit habitum; Pulchrius & fortunatius illa quod ætate & sanitate integra, nec specie rugata apud Fontem Euraldi sanctimonialium appetiit velum, nec multo post præsenti vitæ vale fecit, Deo forsitan providente, non posse delicatæ mulieris corpus religionis laboribus inservire.*

Ανάκρισις. 1. Bertradam licet Philippo Regi solenni more *desponsatam*, quia *vivente* Fulcone *marito* Regis *consanguineo* ducta fuerat, *Reginam* haberi & *dici* Vrbanus II, & Paschalis II noluerant; sed hujus (data anno 1102. *dispensatione*) relanguit rigor; tunc enim Roma totaque Gallia comprobante Bertrada regiis *fulgere* cœpit *honoribus*, *Regina*, anno 1106. Octob. 10. ab Andegavensibus dicta: ut & à Fontis-Ebraldi sanctimonialibus A. D. 1115. post Philippi Regis excessum

ſeptimo, quod ex charta 867. conſtare poteſt, qua *terram de vitrearia* * *à Petro de Monte Seieberti, Adelhaïdi Bertradæ Reginæ, matris Fulconis Comitis, Domicellæ,* (*quæ in Eccleſia Fontis Ebraldi religionis habitum ſuſceperat*) venditam Aprilis 20. teſtatur; & ex 868. quæ à Stephano *Baucan* Comitis Seneſcallo A. D. 1116. Aprilis 8. *teſtibus Fulcone Comite, Aremburge Comitiſſa, Bertrada Regina matre Comitis, Arnulfo Comite, Achardo Eſcarboto,* &c. Iudicium factum, fidem facit. 2. Philippum *Regem* aut *Dominum* dici, eique *obedientiam* præſtari nunquam vetuit Vrbanus; ſed errorem ex errore ſerens Willelmus, Vrbano II tribuit, quæ verius in Gregorium VII cadebant, nudaſque minas, (quas ſemper deſtituit eventus) executioni mandatas fingit; ſcripſerat ad Rodericum Cabilonenſem anno 1073. Decemb. 5. Gregorius, *aut Rex ipſe repudiato turpi Simoniacæ hæreſis mercimonio, idoneas ad ſacrum regimen perſonas promoveri permittet; aut Franci pro certo* (*niſi fidem Chriſtianam abjicere maluerint*) *generalis anathematis mucrone percuſſi, illi ulterius obtemperare recuſabunt.* ad Manaſſem Rhemenſem, &c. A. D. 1074. Septemb. 10. *Rex veſter, qui non Rex ſed Tyrannus dicendus eſt,* & ad Guillelmum Pictau. Comitem Novemb. 13. *Si in perverſitate ſtudiorum ſuorum perduraverit,* &c. *ipſum, & quicunque ſibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, ſine dubio ſequeſtrabimus.* has verò minas (quas ſpontè in fumos abiiſſe à Gregorio ad Richerium Senonenſem A. D. 1076. April. menſe data epiſtola docet) anno poſt 22. ab Vrbano II, qui Philippum Regem, ob *deſponſatam* Bertradam, abſtinuit, executioni mandatas vigilans ſomniavit Willelmus. 3. Vrbanum de *regio* nomine *regnique* poteſtate Philippo *eripiendis* nunquam cogitaſſe, (ut teſtibus aliis deficiamur) unus inſtar omnium fateri vel pervicaciſſimos coget, ille ipſe cujus potiſſimum impulſu injecta regio collo excommunicationis vincula fuerant, Ivo; qui ad magnates, *Regem* ipſum, *Epiſcopos*, Romanæ ſedis Legatos *Papas*; ante *excommunicationem*, pendente

* Verriere.

pendente *excommunicatione*, postquam ea solutus est *Rex*; datis epistolis Philippum, *Regem* & *Dominum*; se *humilem* ejusdem *Clericum*, ad mandata (quæcunque nihil ab officio alienum exigerent) paratum semper agnovit. epist. 13. ad Rainaldum Rhemensem, * *nuper cum à Domino nostro Rege fuissem invitatus*. epist. 14. ad Archiepiscopos, *Exemplar literarum quas misi Domino nostro Regi*. epist. 15. ad Regem, *Domino suo Philippo magnifico Francorum Regi Ivo*, &c. *nec ista contrà fidelitatem vestram, sed pro summa fidelitate dicere, me arbitror*. epist. 16. ad Walterum Meldensem, *quod monetis ut pro pace vobis impetranda Dominum Regem suo tempore conveniam*. epist. 17. ad fratres Ecclesiæ S. Quintini Beluac. *de domino Rege quod mihi infestus sit*; epist. 19. ad Willelmum Fiscanensem, *à Rege cujus illicito conjugio contradiximus*. epist. 22. ad Regem, *Philippo piissimo Francorum Regi*, &c. *Supplico Majestati vestræ, ut regia me interim mansuetudine supportetis*. epistola 23. *Widoni Domini Regis dapifero*, &c. *de componenda pace inter me & Dominum meum Regem*, &c. *dicas Domino nostro Regi*. epist. 26. ad Regem *nolo regni vestri Majestatem minuere*. epist. 28. ad eundem Philippum, &c. *humilis sublimitatis suæ clericus*. epist. 30. ad Fulconem Beluac. *de causa Regis*, &c. *postquam legati Regis nuper discesserunt*. epistola 35. ad Rangerium legatum. *Conductum à Domino meo Rege quæsivi*, &c. *faciat Dominus Rex adversus parvitatem meam prout Domino permittente libuerit*. epist. 43. ad Vrbanum Papam, *electio aliquâ esset à Rege extorta violentiâ*. epist. 46. ad eundem initio anni 1095. *Venturi sunt ad vos in proximo, nuncii ex parte Regis Francorum*, &c. *impunitatem flagitii se impetraturos Regi*, &c. *ex præcepto Regis*, &c. *Archiepiscopi invitaverunt*. epist. 47. ad Widonem, *Rex multa mala dimittere*, &c. *scio consilium Domini Regis*, &c. *dic ergo hæc omnia Domino Regi*, &c. *nullo terrore Regis vel dictæ Reginæ*. epistola 54. ad Hugonem Lugdun. Legatum, &c. *cum consensu Regis habere in Episcopum*, &c. *elegit cum consensu Regis adjunctis precibus Regis*, &c.

* Anno 1093.

*gis*, &c. *Rege postulante Papa præceperat.* epistola 56. ad Regem, *Philippo Dei gratia Serenissimo Regi Francorum; sicut Domino & Regi suo fidele servitium*, &c. *regni vestri Episcopos invitare.* epistola 60. ad Hugonem Legatum, *investituram de manu Regis accepisse.* epistola 62. ad Sancionem Aurelian. *pro Regia honorificentia hoc feci.* epistola 66. ad Hugonem Legatum *Regi contrà interdictum vestrum coronam imponens*, &c. *Rex Francorum publicè mihi testatus est*, &c. *nisi metu Regis comprimeretur*, &c. *juvenis qui Rege jubente*, &c. *per literas Regis & Capituli.* epist. 67. ad Vrbanum Papam, *renovatas Regis inimicitias*, &c. *contrà interdictum Legati vestri in Natali Domini, Regi coronam imposuit.* epistola 84. ad Ioannem Legatum, *à communione Regis abstinuisti*, &c. *contrà interdictum bonæ memoriæ Papæ Vrbani coronam ipsi Regi imposuerint.* epistola 87. ad eundem, *pro voluntate Regis.* epistola 89. ad Paschalem Papam, *sanior pars assensu Regis.* epistola 103. ad eundem, *nec apud Regem tribulationis suæ aliquod invenit remedium.* epistola 104. ad eundem A. D. 1101. data, *Regem adiere Belvacenses*, &c. *propter voluntatem Regis Francorum*, &c. *Rex Romam in proximo se venturum dicit.* epistola 105. ad eundem, *de Regis Francorum in flagitio suo pertinacia*, &c. *si Rex à sanctitate vestra pœnitentiam acceperit.* epist. 132. ad Daimbertum Senonensem, *Regem Regisque filium adierunt.* epistola 137. ad Belvacenses, *legem offenditis, aut Regem*, &c. *si ordinationem regalis Curiæ respuitis, Regem offenditis.* epistola 138. ad Wulgrinum Paris. archidiac. *adversus Regem in præsentia Regis disposuistis*, &c. *plus poterit voluntas Regis.* epistola 139. ad Daimbertum, *ad hanc discussionem à Domino Philippo Rege invitatus eram*, &c. *si conductum promissum Rex mihi dederit.* epistola 141. ad Richardum Alban. A. D. 1102. Legatum; *de excommunicatione Regis graviter doluimus*, &c. *contrà voluntatem Regis cujus odium tolero*, &c. *vel per ipsum Regem vel per Comitissam.* epistola 144. ad Paschalem Papam, *Convenit Rex & lateralis sua*, &c. *Rex clamitans inculcabat se esse malè tractatum*, &c.

*tum*, &c. *pro vestro amore, Rex & Regis filius.* epistola 145. ad Manassem Rhemensem, *pax quæ inter Dominum Regem & Dominum Galonem*, &c. epistola 158. ad Hugonem Lugdun. *Sategimus cum Rex Francorum*, &c. *Constantiam filiam prædicti Regis*, &c. *à Rege ipso audient computationem*, &c.

3. Si Philippum corporis *obesitas* (cujus incommoda posteà Ludovicus filius pertulit) rebus gerendis minus aptum reddidit; si formæ gratia vernantem, quam desponsaverat flagrantius deperiit; non protinus, *ventri deditus, temulentæ insaniæ libidine gravis*, Willelmo dicendus fuit; nec post Paschalis Papæ Clerique Gallicani *licitum* Bertradæ conjugium pronunciantis judicia, *illicitis ardoribus defæneratus* haberi; cum quæcunque contracto post Bertæ repudium matrimonio labes inhæsit, non tam *dispensationis* beneficio utenti, quam idipsum largientibus imputari debuerit.

4. *Despiciendi excommunicationis* auctores fuisse videntur, qui soluto Bertæ matrimonio aliam *superducere* paranti, non modò faverunt, sed mariti (quocunque obtentu) desertricem *desponsare* non erubuerunt.

5. *Episcopis provinciæ suæ derisui* nec esse debuit, nec fuit; cum *ad* Bertradæ *nuptias vocati*, se *non subtraxerint*, sed (prout Ivo epistola 14. monet) *convenerint*, reductaque in *regiam* (quam) inde excommunicatio expulisse videbatur, reducentem (*contrà* Hugonis *Legati* Vrbanique *Papæ interdictum*) non semel, sed bis, ad minimum videlicet in *Natali*, & *Pentecoste coronarint, Turonensis*, & *Belgicæ provinciæ Episcopi*, quos hoc nomine Epistolis 66. 67. 85. sugillat Ivo.

Quis humanæ infirmitatis, divinique judicii memor, vel de trivio scurram perditissimæ vitæ fabulam turpissimo fine concludentem, nedum Regem suum in perniciem præcipitem deridendum putet?

6. Regem non *desponsavit* Willelmus Rotomagensis, si Orderico qui propius abfuit, credamus, sed Odo Bajocensis. 7. *facti temeritatem* neuter *luisse* videtur, *multis annis interdictus.* nam anno 1095. Novembri Odo *Bajocensis*, *Gislebertus Ebroicensis*, & Serlo *Sagiensis*, *legati quoque aliorum de Normannia Præsulum, cum excusatoriis apicibus Arvernensi Concilio interfuerunt.*

Orderic. lib. 9.

*runt.* anno verò 1096. *Februario mense Guillelmus Archiepiscopus Rotomagi Concilium aggregavit ; mense Septembri, cum Roberto Normannorum Comite profectus Odo patruus suus Bajocens. Episcopus*, &c. *Romæ cum Vrbano Papa, Præsul, & Dux locuti sunt ; & percepta benedictione ab eo Tiberim transierunt & in Apulia hyemaverunt ; Inde pontifex in urbem Panormitanam (quam vulgo Palermam vocant) secessit ; ibique Februario mense anni* 1097. *ex hac vita migravit, & in metropolitana S. Dei genitricis Mariæ Basilica Gislebertus Ebroicensis Episcopus eum sepelivit.* Anno 1101. *Gislebertus senex cognomento Maminotus Lexoviensis Episcopus, mense Augusto mortuus est ; atque Fulcherius frater Flambardi ejusdem sedis Præsul à Guillelmo Archiepiscopo mense Iunio consecratus est.*

Orderic. lib. 10.

A. D. 1107. Iun. 15. Basilicæ Fiscannensis *consummatum opus, à Guillelmo Archiepiscopo aliisque 4. præsulibus consecrare fecit* Guillelmus Abbas ; quo defuncto *Rogerius Bajocensis electus est, & à Guillelmo grandævo Metropolita* 11. *Kal. Ianuarii cum aliis* 120. *sacerdotibus consecratus est*, &c. *mense Septembri Serlo* * *Salariensis Ioannem Levitam presbyterum ordinavit, quem paulò post Guillelmus Archiepiscopus Episcopum Lexoviensem consecravit*: pulsis scilicet Ramnulfi Flambardi Dunelmensis Episcopi filiis ; quorum occasione ad eundem & Robertum Mellenti Comitem 153. & 154. epistolas dedit ; imò illum *pro Dei domo stare, murumque pro domo Israël* (quod *à multis annis interdictus* non potuisset) *ponere* protestatus : nec sub *interdicto* positum fuisse, ex eo sequitur quod Guillelmus Ebroïcensis archidiaconus à Lexoviensibus electus, *cum subauditum esset, quod Metropolitanus ab officio Episcopali suspensus esset*, (Ivone anno 1107. consilium dante) *sedem* Romanam *consuluit* ; sed contrarium planè efficitur ; Si enim vel à Romana *sede*, vel ab Hugone Legato *suspensa* ejus, in Augustodunensi Synodo (cui intererat Ivo) *potestas* est, nemo publicum decretum ignorare potuit ; ut deinceps (quod de insusurratis in aurem rumusculis dici solet) conditum esse *subaudiretur*, electionis Lexoviensibus

Orderic. lib. 11.

* Sagiensis Sees.

Ivo epist. 157.

ſibus permittendæ ( quam tamen eo monente *à Comite præceptam* aſſeverat Ivo) auctor eſſe potuit; multo minus, poſt habito (imò damnato) Guillelmo Archidiacono, Ioannem Sagienſem Archidiaconum, cui demandata ab Henrico Rege Lexovienſis Eccleſiæ cura, conſecrare debuit, utrumque tamen ab eo præſtitum fuiſſe Ordericus auctor eſt libro 10; ſcribens, *Guillelmum de Paceio ingenti pretio Comiti dato Præſulatum præoccupare ſategiſſe, ſed pro Simoniaca lue prius Rotomagi, poſteà Romæ condemnatum, temeritatem ſuam miſerè luiſſe:* non ergo ( quod *ſubauditum* notat Ivo ) *ab officio ſuſpenſus* fuit Metropolitanus; ſed (pleno in eum qui *ſuſpenſum* Ivoni dixerat, jure uſus) falſum Guillelmum Malmesburienſem docuit; poteſtatemque ad annum 1110. Februarii 9. exercuit, quo *poſtquam Rotomagenſem Metropolim* 32. *annis laudabiliter rexit in bona ſenectute* (ut Orderici verbis utar) *obiit.*

7. Etſi Guillelmum Archiepiſcopum *ab Officio ſuſpenſum* fuiſſe demus, eundem *per Anſelmum communioni redditum*; nec probabile eſt, nec Eadmerus Anſelmi vitæ ſcriptor ab eo præſtitum refert. 8. Philippum Regem *in extremo vitæ apud Floriacum monachicum habitum accepiſſe* falſum eſt; nam 1. *regiam* ad ſupremum uſque halitum *poteſtatem* retinuit, nec *monachum*, ſed *regem* exuit moriens. Ivo Chron. *regnavit annis* 49. Sigebertus Chronico, *anno regni* 49. *Philippus Rex obiit, Ludovicus filius ejus poſt eum regnavit.* Willelmus Gemmetic. lib. 8. c. 17. *Rex rebus humanis exceſſit.* Orderic. lib. 11. *Rex in lectum decidit ſed Rex anno regni ſui* 49. *mortuus eſt*, &c. *defuncto Philippo Rege Ludovicus regnavit.* Anonymus Floriacenſis, *Rex defungitur*, Andreas, *regni ſceptra relinquens Rex defunctus eſt.* Aimoini continuator, *Rex extremum diem clauſit.* Chron. Mauriniacenſe lib. 2. *Rex rebus humanis exemptus.* Chronicum ſancti Stephani Cadom. *obit Rex.* Sugerius c. 12. *Regem exuens, extremum clauſit diem.* 2. Extrà *Floriacum* deceſſit, hæc enim ei moribundo verba tribuit Ordericus, *in Eccleſia ejus*

S. Benedicti, *ſuper Ligerim tumulari deſidero*; quæ eum non *ſuper Ligeri* ſed *alibi* conſtitutum demonſtrant. Clarius verò Sugerius, *nobile regiæ majeſtatis cadaver ad Eccleſiam B. Mariæ perferentes celebres ei exequias pernoctaverunt* [Epiſcopi] &c. *Sequente verò manè lecticam palliis ſeu quocunque funebri ornatu decenter ornatam, cervicibus majorum ſuorum impoſuit filius, & filiali affectu, (quemadmodum decebat) modo pedes, modo eques, cum (quos habebat) Baronibus, lecticam flendo adjutare ſtudebat*, &c. *cum autem ad nobile monaſterium B. Benedicti ſuper Ligerim fluvium multo Comitatu deportaſſent*, &c. *corpus ſolennibus ſaxis exceperunt.* 3. Meloduni expiravit. Sugerius, apud *Milidunum caſtrum ſuper fluvium Sequanæ præſente Domino Ludovico extremum clauſit diem.* Aimoini continuator iiſdem ferè verbis, *apud Milidunum caſtrum ſuper fluv. Seq: præſente D. Ludov. filio ejus, univerſæ carnis debitum ſolvens extremum diem clauſit* Andreas, *defunctus eſt*, &c. *apud caſtrum Militonenſe.* 9. *Bertradæ delicatæ mulieris corpus religionis laboribus inſervire non potuiſſe*, & falſum, & abſurdum eſt; cum complures aliæ æque *delicatæ* Marcella, Paula, Euſtochium, Melania utraque, Fabiola, Olympias, Radegundis, Agnes Henrici IV mater, potuerint. 10. Si *Sanctimonialium velum appetiit* unquam Bertrada non ſimulac Regem maritum extulit, ſed interjectis ad minimum annis 12. *appetiit*: Philippus enim Medontæ Comes natu major filius, Regis *fratris beneficiis ingratus, recalcitrare nobiliſſimi generis fiducia* (Amalrico ſcilicet *avunculo Barone Potentiſſimo*, Fulcone *Comite fratre, matre omnibus potentiore*, fretus) *præſumpſit*; eoque Medonta expulſo *mater & avunculus alterius honoris videlicet Montis leherii amiſſionem formidarunt*, quod ante annum 1120. à Philippi Regis dormitione duodecimum contingere non potuit; quandoquidem anno 1119. *Philippus & Florus Philippi Regis Francorum filii, & ex Bertrada ſorore, nepotes Amalrici*, &c. adverſus Henricum I Anglorum Regem, *arcem* Ebroïcenſem, Rege fratre (qui eodem tempore *Dangu* combuſſit,

Suger. c.17.

Orderic. lib. 12.

buffit, Novumque caftrum obfedit) comprobante *defenfarunt*: Sed ante annum 1127. evenit; *Ianuario* enim *menfe*, indictione 5. *Adelheis Regina uterinam fororem fuam Guillelmo Clitoni in conjugem dedit, Rainerii fcilicet Marchionis fobolem. Ludovicus autem Rex dedit ei Pontefiam & Calvimontem, atque Medantum*, [Philippi fratris manibus extortum] *totumque Vilcaffinum.* nondum ergo anno 1119. Bertrada quæ annis 1115. & 1116, *Regina* (prout ex ipfis Fontis Ebraldi chartis evicimus) habebatur, imò nondum quo Philippum fratrem perdomuit Ludovicus Rex anno, feculum reliquerat; fed ex eo fortè Willelmo Malmesburienfi eandem Fontis Ebraldi monialibus accenfendi occafio fumpta eft, quod *Altam Brueriam* dotalem fundum Fontis Ebraldi fanctimonialibus donavit, & fepulturæ locum elegit; Sic enim ex Charta Callifti Papæ *Turonis apud majus monafterium per manum Chryfogoni S. R. E. diaconi Card. ac Bibliothecarii* 17. *Kal. Octob. Indict.* 13. *Dominicæ incarn. anno* 1119. *pontificatus autem D. Calixti* II *Papæ anno primo* data habemus. *Claufum Auberii, ex dono Lodoici Regis Franciæ, locum Alta Brueria ex dono prædicti Regis & Bertreæ novercæ ejus, de cujus dote erat, & ea quæ Philippus Rex apud Turonem dederat ei, concedente Lodoico Rege & uxore ejus.* Cum igitur Adelhaidem Callifti Papæ ex Willa forore neptem ad anni 1115. finem duxerit * Ludovicus Rex, ante annum 1116. *Altæ Brueriæ* à Bertrada fieri donatio non potuit; quod autem minimè omnium gratiæ fufpectus Papa, Regis affinis eam *novercam* vocat; quod *dotem* à Rege marito matrimonialibus tabulis affignatam afferit; quod Rege defuncto ab hærede itidem Rege, collatam eandemque *concedentibus Rege & uxore* pleno à vidua jure in Fontis Ebraldi fanctimonialium dominium tranfmiffam refert, (ut alia omnia quæ fuprà allegavimus, defint) Philippi primi *conjugem*, non *pellicem*, anno poft eundem denatum octavo (ab eo cujus potiffimum intererat) habitam Bertradam fuiffe nullo folutum divortio contractum

* Charta S. Dionyfii à Dubleto edita p. 850. *actum publicè anno incarnati Verbi* 1120. *Regni noftri* 12. *Adelhaidis autem reginæ* 6, &c.

ab ea cum Rege Philippo matrimonium fuiſſe, ſiquidem *dotis*, (vel marito vel hæredi, ab ipſo divortii momento reſtituendæ) univerſo jure excidiſſet *pellex*, ratum denique (*diſpenſante* Paſchali Papa) illud ipſum matrimonium fuiſſe (adverſus Willelmum Malmesb. ſimileſque alios obtrectatores) invictè probat.

II. Ordericus lib. 8. *Bertrada Andegavorum Comitiſſa metuens nè vir ſuus, quod jam duabus aliis fecerat, ſibi faceret, & relicta contemptui (ceu vile ſcortum) fieret; conſcia nobilitatis & pulchritudinis ſuæ, fidiſſimum Legatum Philippo Regi Francorum deſtinavit; eique quod in corde tractabat evidenter notificavit. Malebat enim ultro virum relinquere, aliumque appetere; quam à viro relinqui, omniumque patere deſpectui. Denique mollis Princeps, comperta laſcivæ mulieris voluntate, flagitio conſenſit, ipſamque relicto marito Gallias expetentem cum gaudio ſuſcepit. Porro generoſam & religioſam conjugem ſuam nobilis Florentii Ducis Freſionum filiam, quæ Ludovicum & Conſtantiam enixa fuerat ei, dimiſit; & Bertradam quæ ferè 4. annis cum Fulcone Andegavenſi demorata fuerat, ſibi copulavit. Odo Bajocenſis Epiſcopus hanc execrandam deſponſationem fecit, idoneoque dono mœchi Regis pro recompenſatione infauſti famulatûs, Eccleſias Medanti oppidi aliquamdiu habuit. Nullus enim Francorum Præſulum execrabilem conſecrationem dignatus eſt facere; ſed in rigore ſtantes Eccleſiaſticæ rectitudinis, Deo magis quam homini ſtuduerunt placere; & omnes turpem copulam unanimiter deteſtati ſunt pari anathemate. Sic petulans pellex adulterum Comitem reliquit, adulteroque Regi uſque ad mortem ejus adhæſit. Abominabile crimen mœchiæ in ſolio regni Galliæ, proh dolor! perpetratum eſt, unde inter opulentos rivales minarum ingens tumultus & præliorum conatus exortus eſt. Verum verſipellis mulier inter rivales ſimultatem compeſcuit; ingenioque ſuo in tantam pacem eos compaginavit, ut ſplendidum eis convivium præpararet & aptè (prout placuit illis) miniſtraret. Vrbanus Papa Legatos Apoſtolicæ ſedis in Galliam deſtinavit; per epiſtolas, & ſacerdotum prædicationem erroneum Regem arguit,*

*arguit, obsecravit & increpavit, qui legitimam conjugem repudiaverit adulteramque sibi contrà Dei legem sociaverit. Cæterum in flagitio graviter obduratus*, ad instar surdæ aspidis, quæ obturat au- Psal. 57.
res suas ad vocem incantantis, *corripientium hortamenta patrum sprevit, & in adulterii fœtore diu putridus jacuit, & donec filios duos Philippum & Florum ex adultera genuit. Tempore igitur Vrbani & Paschalis Romanorum Pontificum ferè* XV. *annis interdictus fuit, quo tempore nunquam diadema portavit, nec purpuram induit, neque solennitatem regio more celebravit. In quodcunque oppidum vel urbem Galliarum Rex advenisset, mox ut à Clero auditum fuisset, cessabat omnis clangor campanarum, & generalis cantus Clericorum. luctus itaque publicus agebatur, & Dominicus cultus privatim exercebatur, quamdiu transgressor princeps, in eadem diœcesi commorabatur, permissu tamen præsulum quorum Dominus erat, pro regali dignitate Cappellanum suum habebat à quo cum privata familia privatim Missam audiebat.* & lib. 9. *Philippus Rex Francorum Bertradam Andegavensium Comitissam rapuit, suaque nobili conjuge relicta mœcham turpiter desponsavit. A pontificibus Galliæ castigatus, quod ille uxorem, & ipsa maritum ultro deseruerit à fœdo reatu resipere noluit, sed senio & ægritudine tabidus in adulterii stercore flebiliter computruit.*

Ανάκεφσις. *Frontibus adversis pugnantia secum*, componentis Orderici jacta in Philippum & Bertradam convitia movere nos nequaquam debent; si enim Bertradam ad Fulconem maritum relinquendum *despectus*, & infamiæ, qua *ceu vile scortum fieret, metus* compulit; nec *lasciva*, nec *petulans*, nec *pudoris oblita*, aut ejus *flagitiosa* dici *voluntas* debuit, cum *justus* probri *metus* sit; nec cuiquam vitandæ criminationis desiderium crimini verti debeat; si rursus (quod alibi fatetur Ordericus) Philippi *Regis uxor* Bertrada; Si Ludovici Philippo & Bertha nati *noverca*; si versa vice Bertradæ ex priore marito filius Fulco *Regis privignus* fuit; si denique Paschali Papa *dispensante* improbatum initiò matrimonium firmatum est; nec *petulans pellex, mœcha, adultera* Bertrada; nec Rex *mollis, adulter, in flagitio*

*gitio graviter obduratus, in adulterii fœtore diu putridus jacens*, nec *ab eo abominabile mœchiæ crimen in ſolio regni perpetratum*, nec ejus *turpis copula*, aut *execranda deſponſatio*; aut ſi *execranda* fuit, & uterque *mœchus*; cum *quæ initio vitioſa ſunt tractu temporis convaleſcere non poßint*, *diſpenſatione* nulla perpetratum elui potuit ſcelus, aut minus in culpa eſſe qui *admiſſum* continuari ſcientes volentes permiſerunt, quam qui cæco *libidinis* impetu in præceps acti, ex errore *admiſerunt*. Viderint quotquot durius habitum ab Orderico ἀσύστατα loquente Regem gaudent, annon per transfoſſum ſummi principis latus in obvias Romani pontificis totiuſque Gallicani Cleri fauces, infeſtum aculeatæ linguæ mucronem adigant. Sed de ſplendidam in *regium* caput bilem inconſultè effundentis fraterculi contradictionibus ſatis. Alia nunc ejus παροράματα ob Chriſtiani lectoris oculos ſtatuenda ſunt. 1. Vnicam à Fulcone Richino ob conſanguinitatem (jubente Gregorio VII Papa) dimiſſam uxorem, Ermengardim ſcilicet Borboniam, non *derelictas duas* jam ſuprà monuimus. 2. Poſt ſuſceptam mariti *deſertricem*, Bertradam, *Florentii Friſionum Ducis filiam, non dimiſit* Rex, ſed ſolidis antequam Fulconem relinqueret annis octo. 3. Cum *relicto marito*, *Gallias expetentem* Bertradam, *fidißimi* quem *deſtinaverat*, *legati precibus* permotus ſuſceperit Philippus, nec verè nec propriè eandem *rapuiſſe* dictus eſt. 4. Cum *vocati ad* Bertradæ *nuptias*, Præſules (Ivone teſte) *canes muti facti convenerint*; nec deſponſatæ *turpem copulam* judicarunt omnes, nec *anathemate pari* cum Hugone Legato convocataque ab eo apud Auguſtodunum Synodo *deteſtati ſunt*. 5. Bertrada poſt *deſponſationem* cum Rege non ſemper vixit, ab eo anno 1096. ad tempus ſeparata, ſed poſtquam ſub anni 1098. finem in *Regiam* revocata eſt, ei (Paſchali Papa anno 1102. diſpenſante) *uſque ad mortem adhæſit*. 6. *Ad inſtar ſurdæ aſpidis aures obturantis* Vrbani II *hortamenta* nequaquam *ſprevit* Rex; ſed ſe trimeſtri exacto morigerum præbuit,

buit, poſt trimeſtrem excommunicationem anno 1096. Eccleſiaſticæ communionis particeps factus. 7. Non poſtquam *diu in adulterii fœtore putridus jacuit*, ſed proximis à *deſponſatione* annis *filios duos Philippum & Florum* ante annum 1096. quo Guillelmi Rufi infeſtatione agitari regnum cœpit jam natos (Sugerio teſte) *genuit*. 8. Nec 15. nec *ferè* XV. *annis* Vrbani & Paſchalis Romanorum Pontificum tempore interdictus eſt, prius enim *interdictum* anni 1094. Octobri Auguſtoduni promulgatum eſt; poſtremum in annum 1102. deſiit; medium ſpatium annos 8. non exceſſit, nec *octennio integro* communione ſacra caruit Rex: abſtento enim anni 1094. Octobri, Martio ſequente ſuſpenſa excommunicatione, *inducias* dedit, Vrbanus, quæ ad Novembris 18. decucurrerunt; tunc rurſus communione pulſus, ei Martio ſequente redditus eſt; publicatoque tertium anno 1100. jam affecto à Concilii Pictavienſis patribus *interdicto*, eidem per biennium ſubjacuit, nec (ſi ſubducta ſumma ſedulo numeros habeamus) ultrà triennium inter *abſtentos* fuit. 9. eum XV. *ferè annis*, *nec diadema portaſſe*, *nec purpuram induiſſe*, *nec ſolennitatem regio more celebraſſe falſum eſt*, ei enim anno 1098. in *natali Domini* à *Radulfo Turonenſi*; anno 1100. *in Pentecoſte à Provinciæ Belgicæ Epiſcopis impoſitam, contrà interdictum, Coronam* fuiſſe refert Ivo. 10. *Legatos* nullos *in Galliam* Bertradæ deſponſatæ occaſione Roma *deſtinavit Vrbanus*, ſed unum Hugonem Lugdunenſem Romanæ ſedis Legatione fungi per literas juſſit. 11. *abſtentum* Regem, pro *regali dignitate Capellanum ſuum à quo cum privata familia miſſam audiebat habuiſſe*, & falſum eſt & abſurdum, cum extrà ſacrorum communionem poſito *ſacris nullis*, ſive publicis, ſive privatis intereſſe liceat. Cui quomodocunque ſacrorum participem eſſe licet *communio* abſolutè adempta dici non poſſit. 12. *Senio tabidus* non fuit qui anno 1053. natus, 1108. denatus ætatis 56. non exceſſit.

III. Anonymus qui ab anno 997. ad 1110. ſcripſit, *Rex*

*Philippus repudiata Berta matre Ludovici accepit aliam conjugem Bertradam filiam Simonis de Monteforti, quæ Fulconi Andegavensium Comiti nupserat, cui idem Rex eam abstulit, unde multoties à B. memoriæ Papa Vrbano animonitus, nequaquam consensit; quo obeunte successor ipsius Paschalis in Gallias misit duos de suis Cardinalibus probabiles viros Ioannem & Benedictum qui Regem convenientes, & ejus animum obstinatum reperientes Pictavis adunato Concilio totam Franciam pro hac re anathemati subdiderunt, &c. Non post multum temporis idem Rex corde compunctus direxit quosdam suorum Romam, spondens Papæ pariturum sibi quibuscunque juberet, tantum ut absolvi mereretur, Qui direxit illi duos honestæ vitæ viros à latere suo, qui eum à vinculo anathematis solverent, illi Parisios Regem adeuntes, multa optimatum præsente frequentia fecerunt, ut sibi injunctum fuerat, in communione videlicet fidelium recipientes, eo tamen tenore ne Bertradæ ulterius commisceretur, seu cum ea absque duobus boni testimonii viris colloqueretur, susceperat autem jam ex ea Philippum & quam Tancredus postmodum in conjugium sumpsit.*

Ανάκρισις. 1. Non statim *repudiata Berta* sed *Octennio* post, *Bertradam accepit*. 2. non eam propriè *abstulit* sed à viro spontè separatam *duxit*. 3. Vrbani Papæ monitis anno 1096. *consensit*, sed posteà ad Bertradæ *consortium* anno nimirum 1098. *reversus* est Rex. 4. post Concilium Pictavense *unicum* Richardum Albanensem *Legatum* misit Paschalis Papa. 5. *eo tenore in communione fidelium receptus* non est Philippus, *ne Bertradæ ulterius commisceretur*: sed anno 1102. *tactis* Balgentiaci *sacrosanctis Euangeliis se paratum abjurare, absolutè omnem carnalis copulæ cum* Bertrada *consuetudinem*, &c. *usque ad* Papæ *dispensationem* quam paulò post impetravit *Parisiis* absolvendus, testatus est. 6. non solum *Philippum, & quam Tancredus duxit, ex* Bertrada *suscepit*, sed tertium Florum.

IV. Anonymus qui de *Andegavensium Consulum gestis* scripsit. *Libidinosus Fulco sororem Amalrici de Monteforti adamavit, cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit, pro qua matrem*

*Marcelli*

*Martelli dimiſit affirmans eam de genere ſuo fuiſſe*, &c. *Rex libidinoſus Philippus Turonis venit, & cum uxore Fulconis locutus eam fieri Reginam conſtituit; peſſima illa Conſule dimiſſo, nocte ſequenti Regem ſubſequitur, qui Mindraio propè pontem Beuronis milites dimiſerat, qui eam Aurelianis duxerunt, ſicque luxurioſus Rex domum ſuam ſceleratis nuptiis ſub Anathemate factis replevit, & duos ex ea filios Philippum & Florum genuit.*

V. Anonymus qui de *Ambaſienſibus* Regulis ſcripſit. *Fulco* Rechin *amore ſororis Amalrici de Monteforti ſuccenſus, cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit, domum ſuam ſceleratis nuptiis replevit*, &c. *Rex Francorum Philippus Turonis venit, & cum peſſima uxore Fulconis Comitis locutus, eam furto nocte raptam ſecum deduxit & tenuit; Itaque Rex luxurioſus adulterium publicum exercuit.*

*Ανάκρισις*. Ob *adamatam* poſt Ermengardis ſolutum Gregorii VII, juſſu matrimonium Bertradam, nec Fulco *libidinoſus* dici meruit; nec *ſceleratis nuptiis*, (Canonum præſcripto obſecutus & ſacerdotali judicio conjugii vinculis expeditus) *domum replevit*; ſed (ſua ſaltem opinione) liber, liberam ſine noxa duxit; nec Bertrada (quam bene *morigeratam* vocavit gravis auctor Sugerius) *peſſima cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit* habenda fuit; Nec eam quæ dimiſſo ſpontè marito Aurelianos repetentem Regem ſubſecuta eſt, *furto Rex nocte raptam ſecum deduxit*, Nec denique Regiæ *nuptiæ* (quamvis initio dignæ viſæ ſint quæ *anathemate* vindicarentur) poſt quam Paſchalis Papæ & Cleri Gallicani qui eas *diſpenſatione* data ratas habuit, judicio firmatæ ſunt, *ſceleratæ* & *adulterium publicum* fuerunt.

VI. Anonymus Aimoini continuator lib. 5. c.49. & ex eo Nicolaus Ægidius. *Rex Philippus ſuggeſtione diabolica Bertam Reginam repudiavit, & ei ſubtrahens ſui præſentiam, ad Caſtrum quod dicitur Monſterolium ſuprà mare ſitum, quo illam dotaverat eam deſtinavit: & (quod turpe eſt dicere turpius autem facere nec ad*

*tantum pertinet virum) libidini deſerviens Fulconi* Rechin *Andegavenſium Comiti ſuam abſtulit uxorem nomine Bertradam, cum qua pluribus annis adulterans, genuit ex ea duos filios & unam filiam Philippum ſcilicet & Florum & Comitiſſam Tripolitanam. Cum igitur hoc nefandiſſimo more vitam ſuam duceret, & nullius admonitione ab eo deſiſtere vellet, D. Papa ejus ſaluti providens, & timens ne animam ejuſdem Salvator exigeret, ipſum & totam terram ipſius anathematis vinculo obligavit, quam Sententiam Rex motus divina gratia timens, & ad terminum vitæ ſuæ propinquans reſipuit, veniamque poſtulans eam dimiſit, anno* 1106. *diem extremum clauſit.*

*Ανάκρισις.* Cum Bertæ uxori (ut Canonibus conſanguineorum conjugia vetantibus obſequeretur) repudium miſerit Philippus, ejus conſilium ab iis qui Canonum reverentia tanguntur, *ſuggeſtio diabolica,* dici jure nequit. 2. hoc ipſo quod Bertradam, quæ Fulconem ſpontè *deſeruerat, ſuſcepit*; Fulconi propriè eam non *abſtulit.* 3. *Cum Bertrada* (quam liberam putavit & ſolenni more *deſponſavit*) nec ſuo judicio *adulteravit*, nec (ſi conſilium ejuſdem ſpectes) *nefandiſſimo more* vitam duxit. 4. Paſchalis anno 1100. Philippum *& totam terram ejus anathematis vinculo obligavit*; non Vrbanus, qui eum anno 1095. prior abſtinuerat. 5. Impetrata poſt Concilii Pictavienſis poſtremum interdictum, *diſpenſatione*, quinque (& quod excurrit) ante vitæ finem annis, reclamante nullo Bertradam Philippus retinuit, nec de *dimittenda* deinceps cogitavit. 6. deceſſit Iulii 29. feria 4. (quod in annum 1106. non cadit) ſed in 1108.

VII. Anonymus Bedæ continuator *de geſtis Angl.* lib. 3. c. 7. & Vincentius Speculi hiſt. lib. 26. c. 88. *Habuit Fulco uxorem, quæ pruritu altioris nominis allecta, illo relicto Philippo Regi Francorum nupſit, quam is (immemor dicti* non benè conveniunt, nec in una ſede morantur Majeſtas & amor) *tanta venere ardebat, ut cum imperare omnibus aliis cuperet ab ea ſibi imperari æquanimiter ferret. Denique omnium digitis quaſi fatuus notari, ab omni orbe*

*orbe Christiano excommunicari, propter ejus libidinem æquanimiter ferret.*

ἀνάκρισις. Si (quod Ordericus obſervat) *contemptus* (*ne, ceu vile ſcortum fieret*) Bertradam ad relinquendum virum, metus compulit, *altioris nominis pruritu* eundem (quod anonymus affirmat) non *reliquit*: nec Philippus (cui nupſit,) à Concilio ſe Claromontenſi (quod ex univerſo Latino *orbe* congregatum eſt) *excommunicari æquanimiter tulit*, ſiquidem 4. poſt menſe *ſatis humiliter ad ſatisfactionem venit, & in gratiam receptus eſt*, prout Bertholdus eodem ferè tempore ſcriptis mandavit. 2. nemo *Regem* (ut ut præter officium agentem) *digito quaſi fatuum notare*, niſi Apoſtolici mandati, * *Regem honorificate* ſuæque ſortis prorſus immemor, potuit. 3. Regem à Ludovico filio ſubditiſque nec *deſpectum* nec *deſpectu dignum* habitum, quotquot ſuperſunt ætatis illius monumenta vel pervicaciſſimos fateri cogent, hæc in primis. Charta S. Dionyſii anni 1113. *Ego Ludovicus Philippi Regis filius Dei gratia Francorum Rex conſtitutus*, &c. Charta alia ejuſdem monaſterii, *anno paſſionis* 1114. *regnante Ludovico filio Philippi anno 6. regni ejus*, &c. Charta Andrenſis. *Actum Tarvannæ anno* 1122. *regnante in Francia Ludovico Philippi Regis filio*, &c. Charta Aldenburgenſis. *Actum Brugis anno* 1119. 16. *Kal. Auguſti, Rege Francorum Ludovico filio Philippi regnante.* ſi enim Philippi defuncti memoriam recoli, *Philippi Regis filium* dici glorioſum, Ludovicus Rex Francique paſſim duxerunt, *illaudatum* & *deſpicabilem* Principem Philippum ſuis viſum fuiſſe prorſus impoſſibile eſt.

* 1 Pet. 2.17.

VIII. Willelmus, Tyri Archiepiſcopus lib. 11. c. 1. *Cæciliam quam Regi Andegavenſium Comitiſſa (quæ ſpreto marito ad eundem Dominum Regem ſe contulerat) uxore adhuc vivente pepererat, Domino Tancredo nepoti ſuo ex Apulia miſſam* [Boamundus] *deſtinavit uxorem.* lib. 14. c. 1. *Pater Fulconis Turonenſium & Andegavenſium Comes Fulco etiam dictus eſt, & cognominatus* Rechin,

*qui uxorem duxit ſororem D. Amalrici de Montfort, nômine Berteleam, unde duos ſuſcepit filios Fulconem iſtum, unde nobis eſt ſermo, & Gaufridum* Martel, *& filiam unam Hermingardam nomine, quæ prius uxor fuit Pictavenſium Comitis Willelmi, à quo ſpreta, & contrà matrimonii leges abjecta, ad Comitem Britanniæ ſe contulit, eique affectione adhæſit maritali, ex quibus natus eſt Conanus ejuſdem Britanniæ Comes qui cognominatus eſt* Groſſus, *His ergo tribus liberis apud prædictum Fulconem ſeniorem editis, mater ſpreto marito ad Regem Franciæ Philippum ſe contulit, qui etiam abjecta uxore ſua legitima eam ſuſcepit, thori participem, curarum ſociam, & affectione posteà tractans maritali contrà leges Eccleſiaſticas, invitis & multum renitentibus regni ejus Epiſcopis, ſimul & principibus apud ſe detinuit, ex eaque ſuſcepit filios Florum, Philippum & Cæciliam.*

ἀνάκρισις. 1. Quandoquidem Bertradam *divortii*, & *infamiæ metus* ad relinquendum Fulconem maritum (Orderico teſte) impulit, eum *ſpreviſſe* dicenda non fuit. 2. Cæciliam vivente Bertha (quam A. D. 1093. denatam vult Chronicon Senonenſe) natam à vero eò minus abhorret quod anno 1106. ætatis 13. Tancredo nupſit. 3. Bertradam nunquam niſi *ſolenni more deſponſatam thori participem* effecit Philippus Rex. 4. eam licet *invitis* præſulibus *& principibus* multis, *contrà leges Eccleſiaſticas* duxerit, poſtquam tamen Paſchalis Papa à regni Præſulibus exoratus *diſpenſavit*, nullo reclamante *retinuit* idem. 5. Duos ex Bertrada non plures liberos ſuſcepit Fulco *Richinus*, Fulconem ſcilicet *Hieroſolymitanum* & Agnetem Lancelini Balgentiaſenſis uxorem, nam Ermengardim ex Hildegarde Balgenciaſenſi uxore prima, Gaufridum Martellum ex Ermengarde Borbonia ſecunda uxore, jam habuerat. 6. Florus poſt Philippum & Cæciliam Philippo ex Bertrada natus eſt.

IX. Robertus Gaguinus. *Philippus filii cura à negotiis reſpirans, in aliud ſe incommodum intricavit, nam in Bertham odio concepto, eam apud Monſteriolum in arce aſſervari jubens abducta à Fulcone*

*Fulcone Andegavensi Bertrada, quam in pellicem complures annos habuit.*

ἀνάκρισις. Vera divortii, quod cæco Regis *odio* pro arbitrio assignat Gaguinus, causa *consanguinitas* fuit, nec nisi octennio post Bertrada *regii thori particeps* effecta est, non à Fulcone quem spontè deseruerat, *abducta*; nec *in pellicem*, vel ad momentum *assumpta*, quandoquidem quamprimum ea regiâ *suscepta* est, & solenni more *desponsata* fuit.

X. Nicolaus Ægidius, *Annal.* anno 1095. *Vrbanus Papa in Franciam venit, Conciliumque apud Clarummontem in Arvernis congregavit, cui* 310. *Præsules interfuerunt. Philippum Franciæ Regem publicè excommunicavit, quod Bertham Reginam uxorem revocare nollet,& mœchum ageret: Idcircò excommunicationis adversus ipsum promulgatæ metu Bertham prædictam uxorem revocavit, Bertradamque Andeg. comitis uxorem deseruit, quapropter eum Papa absolvit.*

ἀνάκρισις. Concilio Claromontano 13. *Archiepiscopi cum eorum Suffraganeis interfuerunt, &* 205 *pastorales virgæ* (Bertholdo oculato teste referente) *numeratæ sunt.* 2. *excommunicatus est à Papa Rex* Philippus; non, *quod Bertham Reginam revocare nollet* (prout absurdè fingit Nicolaus) biennio enim ante decesserat; sed quia *accusabatur quod Andeg. Comiti consanguineo suo uxorem suam subtraxerat, quam etiam illicitè retinebat*, prout Ivo famosæ illius litis pars magna *epist.* 211. monuit. 3. Bertham præmortuam *revocare* nec jussus est, nec potuit. 4. Bertradam non absolutè sed ad tempus *abjuravit.*

XI. Paulus Æmilius. *uxorem duxerat Bertham Balduini Comitis Hollandiæ filiam, ex eaque filium Ludovicum Crassum in Regem sibi successurum sustulerat, eandem repudiare conatus, ab se ablegarat in maritimum oppidum Montrolium, Bertradamque ex eodem Fulcone Aspero marito matrem Fulconis futuri Hierosolymitanorum Regis sibi thoro junxerat, ac per aliquot jam annos habebat; tam illi deditus ut ejus nutu omnia administrarentur circumagerenturque; nec nisi coactus pellice dimissa uxorem reduxit, cum summus pontifex*

*Vrbanus*

*Vrbanus aqua & igni ei interdixisset, id quod ante Concilium Claromontanum factum Andreas scribit, alii id eo demum Concilio decretum ferunt*, &c. *Insanus Philippi amor mensque sanari non potuit vivo Vrbano*, &c.

ἀνάκρισις. 1. Nullus in tota Hollandiæ Comitum serie *Balduinus* reperitur sed Florentio, & Gertrude Saxonica prognatam Bertham duxit Philippus Rex. 2. Bertham non modo *repudiare conatus est*, sed reipsa *repudiavit*, factumque Clero probavit idem. 3. Bertradam (quo tempore Bertha repudiata est) *jam non habuit*, nec nisi post annos octo *habere* cœpit. 4. Bertradam pro *pellice* nunquam habuit, sed *despondente* Odone Bajocensi *duxit*. 5. Eandem *dimittere* ad tempus coactus, Bertham (quæ biennio ante decesserat) nec *reduxit*, nec *reducere* potuit. 6. Conciliare cum cæteris Andream facile est, anno enim 1094. per Hugonem Legatum Regi *sacris interdixit* Vrbanus, in Concilio Augustodunensi; anno verò 1095. in Claromontensi per seipsum. 7. Bertradam Philippus *vivo Vrbano* (sed ad tempus) *dimisit*; eandem verò *dispensante* anno 1102. Paschali Papa in regiam reductam, pristina caritate fovit, nec quisquam deinceps ejus *amorem insanum* duxit.

XII. Ioannes Bochetus Annal. Aquit. *Cum innotuisset Regi cogendum esse concilium, scripsit Guillelmo Duci Aquitaniæ cognato suo Pictavis agenti, petiitque ne talem sibi sineret injuriam in urbe sua inferri. Tum Guillelmus Legatis denunciavit ut de urbe excederent, Qui cum spatium deliberandi ac respondendi unum diem postulassent & impetrassent; nocte quæ interjecta fuit, visus est astare Legato S. Hilarius & hortari ne minis Willelmi Ducis territus ab incœpto desisteret, non enim passurum Deum ut ea res ei fraudi esset, aut malè succederet; quam visionem cum postridiè Willelmo recitasset Legatus, permisit ille ut pro arbitrio cuncta perficeret. Itaque mox habita quæstione de Regis adulterio, censuris Apostolicis Rex admonitus est ut Bertradam à se ablegaret; quod & fecit.*

ἀνάκρισις. Totam hanc fabellam Gaufridus qui Bernardi Magiſtri *S. Cypriani Quinciacenſis* in Pictonibus, ac exinde *S. Trinitatis de Tironio* in Carnutibus Abbatis vitam ſcripſit, ex profeſſo refellit. *Per idem tempus* (inquit) *duo Cardinales Ioannes atque Benedictus Apoſt. ſedis Legatione fungentes ad urbem Pictavium Concilium convocarunt, In quo* 140. *patres aſſuerunt qui Philippum Regem Francorum propter Fulconis Conſulis Andegavenſium uxorem, quam in adulterio tenebat, anathematis vindicta percuſſerunt; Qua excommunicatione comperta Guillelmus Dux Aquitanorum, qui aderat; totius pudicitiæ ac ſanctitatis inimicus, timens ne ſimilem vindictam pro conſimilibus culpis pateretur, nimio furore ſuccenſus juſſit omnes illos deprædari, flagellari, occidi. Quod miniſtris ſuis facere incipientibus, pontifices & Abbates omnes huc illucque diffugiunt, & ut temporalem vitam retinerent, tuta latibula quærere contendunt; At verò Bernardus atque Robertus Arbreſellenſis qui Concilio intererant fortiſſimi juſtitiæ propugnatores, ac totius iniquitatis & injuſtitiæ expugnatores; aliis turpiter diffugientibus, ita immobiles conſtanteſque perſtiterunt, ut nec ab incœpto excommunicationis deſiſterent: ſed pro Chriſto mortem vel contumeliam pati glorioſiſſimum ducerent, & quamvis eis perſecutores mortem non intulerunt; iſti (quantum in ipſis eſt) martyrium pertulerunt.* Ex ſuperiore enim Gaufridi narratione, adverſus *cogendum* Pictavis *Concilium* Philippi Regis impulſu nihil molitum fuiſſe; ſed poſt *excommunicationis* renovatum decretum, jam coactum diſturbaſſe; legatos, alioſque univerſos (ſi Bernardum Quinciaci, Robertumque Rotæ Abbates excipias) turpiter *diffugiſſe*, nec Legato, ſed Bocheto (Sabinorum more) *quod voluit ſomnianti*, S. Hilarium adſtare viſum fuiſſe, conſtat; Regem verò *ut Bertradam à ſe ablegaret admonitum, quod* injungebatur nunquam *feciſſe*; ſed ad vitæ finem (Paſchali Papa *diſpenſante*, totoque favente Clero) eam *retinuiſſe* aliunde probavimus.

XIII. Ioannes Tilius Meldenſium Epiſcopus Chronico. *A. D.* 1086. *Philippus Bertham Balduini Hollandiæ Comitis filiam*

*repudiavit cujus loco Bertradam amicam quam à Fulcone Aspero marito distraxit publicè duxit , Bertham posteà non revocasset nisi eum Vrbanus & Paschalis Papæ excommunicassent.* A. D. 1097. *à Paschali Rex Philippus absolutus est.*

*Ανάκρισις.* 1. Florentii non *Balduini* filia Bertha fuit. 2. anno 1085. *repudiata* est. 3. Bertradam nec propriè à Fulcone marito *distraxit*, nec unquam *amicæ* loco habuit Philippus. 4. Bertham quæ illo ipso quo Bertradam duxit anno denata est , nec *revocavit* , nec *revocare* jam defunctam potuit ; nec ( si superstes fuisset ) ut ad *revocandum* cogeretur , excommunicationi subjacuisset Rex , qui eam (probante Clero , Romaque ipsa ) ob *consanguinitatem* dimiserat. 5. Eum anno 1097. Ecclesiasticæ communioni non restituit Paschalis qui nondum sedebat; anno 1099. Augusti 13. feria 7. Vrbano II suffectus , Nec Vrbanus ipse, qui *ad satisfactionem venientem in gratiam apud Turones* , A. D. 1096. Martio mense *recepit* : sed posteà tertium à Concilio Pictavensi abstentum A. D. 1102. Paschalis jussu absolvit Richardus Legatus.

XIV. Ioannes Tilius protonotarius in Philippi I vita *Anno* 1100. *Ioannes & Benedictus Cardinales Paschalis* II *Papæ Legati in Franciam missi Augustoduni, Valentiæ, & Pictavis Prælatos congregarunt , cumque Regem de reducenda Bertha Regina, relinquendaque Bertrada monuissent , eos excommunicarunt , & regno interdixerunt , qua de causa iratus Rex est, sed tandem obediit.*

*Ανάκρισις.* 1. unicum Concilium Pictavis anno 1100. jam affecto convocarunt Cardinales Legati. 2. Augustoduni habuit anni 1094. Octobri Hugo Lugdunensis. 3. Valentiæ sub Vrbano aut Paschali congregati nulla apud veteres memoria. 4. de Bertha anno 1093. defuncta, nullum Pictavensis Concilii decretum vel fuit vel esse jure potuit. 5. Bertradam cum nunquam reliquerit Rex , sed ejusdem retinendæ (*dispensante* Paschali Papa) veniam promeruerit , non tam *obedivit* quam Papam clerumque morigeros habuit.

XV. Papi-

XV. Papirius Maſſonus Annal. lib. 3. *Spretis conjugii legibus, rapuit Bertradam uxorem Fulconis Comitis Andegavorum affinis ſui, Fulco per Legatos de ea re queſtus eſt; Cum Rex Pontifici bene monenti non paruiſſet, ipſi in Synodo Claromontana templi aditu & ſacrificio interdicit; coactus Bertradam dimittere aliquanto poſt eam reducit, quam ob cauſam Synodus Pictavis habita eſt à Ioanne & Benedicto Cardinalibus, qui Regem cœtu piorum indignum rurſus pronunciarunt; Epiſcopi aliquot provinciæ Belgicæ ad Bertradæ nuptias invitati ipſi, Regique coronam imponere contrà Vrbani interdictum improbè ſunt auſi. Solus Ivo Carnutum pontifex nec auro corrumpi, nec precibus, nec minis, nec rerum ſuarum amiſſione flecti unquam, aut adduci potuit, ut inceſtum probaret. Regis odium decennio amplius ſuſtinuit pro hoſte habitus exutuſque Epiſcopii ſui fructibus; Philippus per Legatos minabatur niſi Vrbanus ſibi coronam & ſacrorum uſüm reſtitueret ſe cum regno ab ejus & Romanæ Eccleſiæ obſequio diſceſſurum; ne hoc quidem ſanctiſſimum virum inflexit. Paſchalis temporibus Regem, etſi invitum reſipiſcere oportuit; nec enim aliter anathemate liberari poterat, pluſque virium religio, quam ſceptrum, & diadema, & invictum Regis nomen, Majeſtaſque habuit. Balgentiaci ad Ligerim ipſe & Bertrada coram Richardo Albanenſi Epiſcopo tactis ſacroſanctis Euangeliis abjurarunt omnem illicitam conſuetudinem atque adeò mutuam collocutionem.*

*Ανάκρισις.* 1. Philippi Regis non *affinis* propriè, ſed *conſanguineus* fuit Fulco. 2. Bertradam quæ Fulconem maritum prius *reliquerat*, propriè Rex non *rapuit* ſed *ſuſcepit*. 3. *Epiſcopi provinciæ Belgicæ*, non quo tempore *ad* Bertradæ *nuptias invitati ſunt*, id eſt anno 1093. *Regi coronam impoſuerunt*, ſed anno demum 1100. *in Pentecoſte*. 4. *Coronatam* ab ipſis cum Rege Bertradam, nemo veterum ſcripſit. 5. Eorum factum unus ex veteribus Ivo criminatus eſt. 6. Ivonem ſolum Regi adverſatum eo apertius falſum eſt, quod Willelmus Malmesburienſis unum Willelmum Rotomagenſem; Ordericus unum Odonem Bajocenſem Regi *faviſſe*, in aliud extremum

delati, asserunt, æquè (si quis conjecturæ locus sit) falsò; cum favitores in Clero Gallicano multos, Regem habuisse; multos etiam adversarios perpessum fuisse, ex Ivone ipso constare possit. 7. Ivonem *auro tentatum* Massoni somnium est. 8. eundem *ad finem usque inflexum perstitisse* falsum est; cum ipsomet rogante, anno 1102. in Regis causa Paschalis Papa *dispensaverit*. 9. *Regis odio* eundem *ultrà decennium gravatum* gratis dicitur. 10. Regem *minas* ullas per Legatos intentasse ex eo quod (iræ & suspicioni indulgens Ivo) *intentaturum* scripserit, probari non potest. 11. ab Vrbano, qui *datis* Regi *induciis* excommunicationem Augustoduni promulgatam suspendit, *Regem nihil impetrasse* falsum est. 12. Paschalis tempore Rex (quicquid in contrarium fingatur) nihil *invitus* egit, sed (quod unum volebat) à Papa *dispensante impetravit*. 13. Balgentiaci *omnem cum Bertrada consuetudinem* in perpetuum, non *abjuravit* Rex, sed (Ivone ipso teste) *usque ad dispensationem*, quam paulò post concessam, pluribus evici.

XVI. Bernardus Girardus Hallianius in Philippo I. *Bertham Balduini Flandriæ Comitis (ex qua Ludovicum suscepit) anno* 1062. *desponsaverat*, &c. *diu Bertradam tenuit Fulconi marito ablatam, filios duos Philippum & Henricum, filias item duas, quarum altera Stamparum Comiti nupsit ex eadem habuit*, &c. *multi ex Franciæ Episcopis, Regem (quem excommunicatum videbant) deseruerunt sibi cum homine Papæ excommunicationibus onerato nihil commercii esse protestati, id ex quorumdam sententia anno* 1081. *evenit: anno* 1111. *aut* 1110. *ætatis* 57. *decessit Rex.*

ἀνάκρισις. 1. *Florentio Frisionum Duce*, & Hollandorum Comite non *Balduino Flandro* nata Bertha est. 2. Eam anno 1071. non 62. quo vix annos novem excesserat Philippus, duxit. 3. Bertradam quæ prius Fulconem maritum *deseruerat*, ei propriè non *abstulit*. 4. nullum ex Bertrada *Henricum*, sed *Florum* genuit. 5. qua *Stamparum Comitissa* matre nata sit, incertum est. 6. Bertradam nunquam ut *amicam* habuit Rex.

Rex. 7. in eum promulgata primum excommunicatio anni 1094. mense Octobri 8. decessit anno 1108. ætatis 56; cum anno 1059. quo primum vivo patre coronatus est *septennis* fuerit.

XVII. Ioannes Serranus; *Ludovicum quem ex Bertha Balduini Flandriæ Comitis filia susceperat coronari fecit*, &c. *fuit in matrimonio ejus, scandalo plena aberratio, cum enim se Bertradæ (quæ Fulconis Andegavorum Comitis uxor fuit) consuetudini mancipasset; Bertham repudiavit, pulsaque exinde Bertrada Bertham revocavit Ludovici Regis matrem; cui (ubi coronam Aurelianis resignavit) Meloduni anno salutis* 1109. *ætatis* 57. *regni* 49. *decessit.*

ἀνάκρισις. 1. Bertham *Florentii Hollandi filiam*, Roberti Flandri *privignam* fuisse sæpius monuimus. 2. nonnisi 5. *à patris* excessu *die* coronatum Ludovicum docet Sugerius. 3. nunquam ei *coronam* sive Aurelianis, sive alibi, *resignavit* pater. 4. quo tempore Bertham *repudiavit* Rex Bertradæ forma nondum illectus fuerat. 5. Bertradam non nisi ad tempus jam denata Bertha *abjuravit*. 6. post *abjuratam* Bertradam, Bertham jam defunctam, in regiam revocare non potuit. 7. anno salutis 1108. ætatis 56. regni 49. decessit.

XVIII. Franciscus Iuretus in Ivonis epist. 16. *volunt Regem, licet non dissoluto legitimo matrimonio uxoris Bertæ, attamen duxisse Bertradam suam concubinam postquam scilicet audentior factus est responso Rogerii Cardinalis & Legati Papæ; qui (Sylvanectis consultus) responderat posse pellicem licitè nubere suo adultero; quod probabile est; nam Ivo Epistola* 13. *cæteros Episcopos admonet ut convocati regalibus nuptiis se subtrahant. Nec futilis conjectura hunc Legatum corruptum fuisse muneribus, quales illo tempore passim notantur in historiis, nam & auctor eum liberè reprehendit quia solverat anathematis vinculo Simonem Melphensem, qui vivente conjuge adulteram superducebat ut probat epist.* 18. *& in epist.* 144. *postquam anathemate solutus fuit Philippus, sub finem curriculi vitæ Monachalem habitum sumpsisse à nonnullis dicitur, tanquam præteritæ*

*ætatis noxas ea ſpecie aboliturus, quod etiam pellex Bertreda præſtitit, id enim apertè ſonant verba Willelmi Malmesburienſis.*

ἀνάκρισις. 1. Quotquot non diſſoluto Bertæ matrimonio Bertradam ductam volunt; refellunt Ivonis ad Raynaldum Rhemenſem verba Epiſtolâ 13. *cauſam inter ipſum & uxorem ejus, teſtatus eſt Rex pleniter definitam eſſe Apoſtolica auctoritate & veſtra veſtrorumque coëpiſcoporum laudatione.* revera anno 1085. à Bertha diverterat Rex, antequam Carnotenſis Eccleſiæ clavum ſumpſiſſet Ivo; anno verò 1093; Epiſcopatus Ivonis II jam affecto, de ducenda Bertrada cogitavit. 2. Bertradam quam ſolenni more *deſponſaverat* nec *concubinam* nec *pellicem* reputavit Rex; vel reputari deinceps permiſit, *diſpenſans* anno 1102. Paſchalis Papa, Regis Clerique Gallicani precibus flexus. 3. toto Vrbani II Pontificatu, *Rogerius* nullus inter Cardinales fuit, ſed *Rangerius* ex Majoris monaſterii Monacho, Preſbyter Cardinalis, ac deinceps Rhegienſium Archiepiſcopus, libelli *de tribulationibus majoris monaſterii* auctori laudatus & Chartæ monaſterii Rotæ in Andibus anno 1096. Mart. 21. ſubſcriptus; ab Vrbano verò in Cardinalium numerum poſt Berthæ reginæ divortium allectus. 4. Simon ille qui vivente conjuge adulteram ſuperduxit non *Melphenſis* fuit ſed *Nealphenſis*, à *Nealfa* Carnotenſis diœceſis oppido Gallicè, *Neaufle le Chaſteau* in Comitatu Montisfortis ſito dicendus fuit. 5. Simoni huic cum eum communione ſacra ob ſuperinductam vivente uxore pellicem interdixiſſet Ivo; *poſt aliquantum temporis defuncta conjuge, cui alia ſuperinducta* fuerat, *literas ad Papam dedit, ſeriem cauſæ ejus continentes, ut cognita veritate, quod inde vellet ordinaret*, his literis fretus Romam pergere debuerat abſtentus, ſed ad Rangerium Legatum qui Silvanectis Concilium coëgerat perfugium habere maluit, adeoque Rangerium permovit, ut non modo poſſe *ex Rom. Eccl. conſuetudine*, quemvis *illam mulierem in conjugem habere*, quam *prius pellicem habuerat aſſerere*

auderet

auderet (quod illicitum Walterius Meldensis putavit, eoque nomine Ivonem epistola 16. respondentem consuluit,) sed abstentum *ab anathematis vinculo relaxare disponeret*, quod ubi Ivo (sive à Walterio sive à Rangerio ipso monitus) rescivit, à Rangerio eodem, Papalem *Majestatem multum minui famæque suæ non benè consuli* questus est epistola 18. qua se in Simonem *ex Concilii* Silvanectensis, *cui non interfuerat*, imò *cujus scita nec probaverat nec audierat, nequaquam judicasse*, protestatus est, ex professo autem Simonis causam à Regia epistola 16. distinxit, ne cui permiscendorum quæ prorsus dissimilia erant occasionem dedisse videretur. Certè Simonis (qui *concubinam* seu *pellicem*, quam stante matrimonio habuerat, ducere defuncta uxore cogitavit) casus in Rege locum non habuit, qui Bertradam, stante Berthæ matrimonio, nondum *nubilem*, nulli posteà prostitutam, longè post *solutum* prius matrimonium duxerat, suo, Clerique judicio liber. 6. An post Rangerii legati de Simonis causa in Silvanectensi Concilio responsum Rex Bertradam duxerit incertum cum sit, *audentior ea de causa* dici jure non potuit. 7. ex eo quod *vocatos ad nuptias Episcopos convenisse* asserit Ivo Concilii potius quam *nuptiarum* causa Silvanecti non Parisiis convenisse nequaquam sequitur; nec ad rem facit, quod eos *ut se nuptiis subtraherent* admonuit, potuerunt enim Parisios *nuptiarum* causa à Rege convocati *nuptiis* quas non probabant *se subtrahere*. 8. Legatum qui de Simonis *Nealfensis* causa propriè respondit, *Regis*, de quo nihil (quod sciamus) respondit, *auro corruptum* fuisse probabile non est. 9. Eundem non quod revera *solvit*, sed quod *relaxare* tantum *disposuit*, Simonis anathema reprehendit Ivo. 10. Quod hac una eundem de causa (nulla Regis mentione facta) *reprehendit* Ivo, nihil eum Regi vel promisisse vel præstitisse certissimo argumento est. 11. *Monachalem habitum* nunquam Rex (prout suprà probatum est) *suscepit*. 12. de Bertrada an susceperit incertissimum est. 13. *Willelmi*

*Malmes-*

*Malmesburiensis verba* nihil nisi falsum *sonant*, nec quenquam veri amantem movere debent.

XIX. Perronius Cardinalis oratione ad 3. ordinem A. D. 1614. exeunte habita. *cum relicta Bertha uxore Hollandiæ Comitis filia, ejus loco Bertradam Fulconis Andegavorum Comitis, adhuc viventis, uxorem duxit Rex, qua in causa de Sacramento violato, nec simplici adulterio violato (quod morum crimen fuisset) sed de Sacramenti alterius superinductione, publicaque rem licitam faciendi professione, dum (toto regno vidente) viri superstitis uxorem* Reginæ *&* sponsæ *titulo, propriæ adhuc viventis loco in regio thoro tenebat; quantumvis præcedentia matrimonia ab Ecclesia nulla minimè declarata fuissent; quod crimen hæresibus mixtum erat; Vrbanus Papa (licet Antipapam ex adverso haberet) Regem reprehendit agnitaque, post plures monitiones, ejus pertinacia, in trecentorum ferè Episcoporum apud Clarummontem Arvernorum congregatorum, excommunicavit, regnumque ejus sub interdicto posuit.*

ἀνάκρισις. 1. Cum *causa* Berthæ *pleniter* anno 1085. Papali *auctoritate, Episcoporumque laudatione definita*, matrimonium ejus *ob consanguinitatem* nullum declaratum fuerit; suo, Clerique judicio, liber Rex ad secundas nuptias convolavit, nulloque ab iis qui pontificum judicio stare amant, *violati*, sive hoc, sive illo modo Sacramenti crimine jure teneri potuit. 2. Quod *viri viventis* (quam, si non de facto, saltem de jure, liberam putavit) non modo *duxit*, sed *jure duci* potuisse credidit, erratum in se quidem grave fuit; sed quod (quicquid ad invidiam exaggerare Regii nominis obtrectatoribus libeat) venia dignum, imò (quod in se fuit) *nullum* fecit Paschalis Papa *dispensans*, Clerusque Gallicanus *dispensationi* consentiens. 3. *Reginæ* & *uxoris* titulos Bertradæ quam (ne *pellicis* loco haberet) solenni more *desponsatam* duxerat, denegare ex hypothesi non debuit. 4. Cum in Claromontano Concilio *Archiepiscopi* 13. *pastorales* in universum *virgæ* 205. *numeratæ sint* (quas non *Episcopos* solos, sed cum Abbatibus gestasse

clarum

clarum est) longè extra metas excurrunt qui ibidem 300. *ferè Episcopos* convenisse putant: fortè ne 150. convenerunt. 5. *regnum sub interdicto* ab Vrbano Papa *positum* nemo veterum scripsit.

XX. Scipio du Pleix in Philippo primo. *Cum anno* 1091. *Turones (aliò pergens) adiret; Bertradam deperiit, legitimam uxorem Fulconis Andegavorum Comitis, cognomento* Rechin *sive* asperi, *luxuriæ dediti, crudelis, & temerarii, qui ex insidiis capto Gaufrido fratre ad quem Comitatus Andegavensis pertinebat, cum toto vitæ tempore captivum tenuit, in ejus dominia involavit; quòque pœnas, quas Rex interminatus erat, vitaret, & ejus Majestatem placaret, possessione Comitatus Wastinensis à Comite Andegavensi Campanæ familiæ erepti cessit, qua in re, actione unica, vitia duo manifestavit Philippus, Deo tam insignem perfidiam impunem esse permittere nolente, in infamiam Fulconis, amborumque probrum, secuta vindicta est; Rex enim uxorem ejus (nobilis ex aula ministerio) rapuit, impudicique amoris flamma ex consuetudine mulieris invalescente, eam exinde ut concubinam, vivo ipso Comite, retinuit, Reginam Bertam uxorem, Monasteriolum maritimam urbem dotis loco assignatam magno totius Christianitatis scandalo ablegavit,* &c. *Fulco igitur luxuriæ deditus, cum adulteriorum secretorum pœnas daret, adulterio publico multatus, nec illatam à Rege injuriam propulsare posset, paulò post mærore confectus decessit, decrevitque confestim Rex concubinam publicè ducere; sed quia id fieri legitima uxore superstite nequaquam poterat, ad Papam qui dispensationis beneficium exposcerent misit; Legatum, qui de causæ merito cognosceret, in Franciam destinavit. Si sanctitatis Papalis intentio sancta, Legati ficta fuit: congregato enim apud Silvanectum frequenti Prælatorum & Doctorum numero, qui super Regis libello decernerent, sive auctoritas, sive munera à Majestate ejus erogata, adeò veritati & justitiæ prævaluerunt, ut pronunciatum sit, à Rege legitimè Comitissam desponsari posse, non obstante contrario sapientiorum qui conventui interfuerant judicio, inprimis Ivonis Carnotensis Episcopi, qui contrariam sententiam acriter*

*propugnavit*, &c. *Papa quantum Christianitati universæ scandalum pareret audiens, Hugoni Lugdunensium Archiepiscopo dedit in mandatis, ut incestam copulam separaret, Qua de causa Synodi plures frustra convocatæ sunt, Regis auctoritate, novæque sponsæ artibus Prælatorum bona consilia sufflaminantibus*, &c. *Interim Vrbani sanctitate anno* 1095. *Concilium apud Clarummontem habente, prælati quidam ad Regem delegati qui monitis obtinerent, ut peccatum agnosceret, Bertradamque reducta legitima uxore dimitteret, si verò Ecclesiæ decretis parere nollet, ipsum ejusdem communione in quam baptismi porta Christiani universi ingrediuntur excisum declararent. At ille, qui concubinam cariorem habebat, quam Ecclesiasticas censuras metuebat, impudico affectui adhæsit, delegati verò demandato munere animosè perfuncti excommunicatum denunciarunt; eosque qui eundem Regem priusquam Ecclesiæ decreto paruisset, agnoscerent*, &c. *Quicquid sit hoc fulminis ictu adeò perculsus est Philippus, ut Rhemensis & Senonensis provinciarum Episcopos Balgentiaci congregari faceret, quorum ope in Ecclesiæ gremio reponeretur; in eorum conventu ipse & Bertrada absolvi se postularunt, protestati & jurantes nullam unquam inter se consuetudinem futuram. Sed sive Synodus impœnitentiam in ipsis agnosceret, sive id nollet aggredi, ut (quod summus pontifex ligaverat) solveret, non ante subsequentem annum post Vrbani Papæ excessum absolutus est. In hac ceremonia circumstantia notanda est, quod Episcopi postquam die Pentecostes eum absolverunt ejus capiti coronam imposuerunt. Cum Paschalis Vrbani successor id molimen adversus auctoritatem suam interpretaretur, legatum in Franciam destinavit, qui Synodum convocaret, & de causa cognosceret: Rex affectum dissimulans se à Bertrada (à qua revera semotus erat) separatum protestabatur, sed impetrata anno* 1107. *à Legato absolutione, eam majore quam anteà scandalo revocavit. Relapsus hic in causa fuit cur alia Synodus Pictavis cogeretur, in qua Rex rursus excommunicatus est. Paschalis tamen Papa, cum in Franciam venisset, ei in Trecensi Concilio absolutionis beneficium impertivit; postquam Philippus & Bertrada se ab invicem separari, solenni juramento præstito protestati*

*sunt*;

*ſunt; Revera ad Fulconem filium in Andegavis Comitiſſa ſeceſſit, nec eam Rex unquam revocavit.*

*Philippus qui 60. tantum ætatis annum attigerat, ſive enervante, ac expugnante vires luxuria, ſive tædio, ac mœrore ex ſæpius repetitarum Eccleſiæ cenſurarum metu, prælatorum expoſtulationibus, & Vaſſallorum metu ſuboriente ac ſupremum diem accelerante, adeò fractus eſt, ut (concidentibus naturæ viribus) Meloduni in lecto anno ſalutis ſecundum Aimoini ſupplementum* 1106. *deceſſerit; aut* 1109. *ſecundum Tilium. Sed hiſtoriæ Floriacenſis fragmentum (adhibitis circumſtantiis) notat id accidiſſe anno* 1108. *poſtquam annos* 48. *menſes* 2. *dies* 7. *regnavit.*

*Philippus ſponſam legitimam Bertham Florentio Hollandiæ & Friſiæ Comite & Bertrada uxore natam habuit*, &c. *Conſtantia ab Hugone Campaniæ Comite (conſanguinitatis prætextu) ſeparata fortiſſimo Antiochenorum Principi Boemundo, Roberti Guiſcardi fratri, origine Normanno, Calabriæ, Neapolis, & Siciliæ principi nupſit*, &c. *ex Andegavorum Comitiſſa, Bertrada concubina, quam inceſto matrimonio duxit filios* 2. *filiamque habuit Florentium, ſive Florum & Cæciliam*, &c. *poſt mortem Tancredi, Bertrando Tripolis Syriæ Comiti, Cæcilia nupſit*, &c. *Philippus & Ludovicus obviam Paſchali Papæ ad S. Dionyſium proceſſerunt, eique pedes oſculati ſunt; cum iis (erectis ac ſedere juſſis) Papa colloquium inſtituit*, &c. *nullum portentoſius prodigium eo quod Sigebertus annotavit Matronam flumen quodammodo in aëre ſuſpenſum ſiccato Canali propè Abbatiam Suſtulenſem viſum fuiſſe*, &c. *Crediderim Reges hos Philippum & Ludovicum ex æmulatione ſe* Imperatores *inſcripſiſſe propter Alfonſum Aragonum Regem Maurorum debellatorem ad quem cum (Vrracæ uxoris jure) regni Caſtellenſis ſucceſſio deveniſſet ſe* Hiſpaniarum Imperatorem *inſcripſit.*

ἀνάκρισις. 1. anno domini 1093. *Turones profectus* Philippus (Orderico & anonymo qui *de Conſulum Andegavenſium geſtis* ſcripſit teſtibus) Bertradam deperiit. 2. *Repudiatas* à Fulcone *Richino* (qui unicam Ermengardim Borboniam conſangui-

neam Gregorii VII jussu dimisit) *duas uxores* falsis rumoribus deceptus Ordericus scripsit, nec (si verum scripsit) *secreta* eidem *adulteria* objicienda fuerunt, sed *aperta*. 3. *ex insidiis* Gaufridum fratrem non *cepit* Fulco, sed *bello* anno 1068. *devictum*, *aperta vi* in potestatem redegit. 4. Gaufridum *toto vitæ tempore captivum* non *tenuit*, quandoquidem eum, (Cainonensi custodia eductum) anno 1096. in libertatem (qua ad vitæ finem potitus est) asseruit Vrbanus II Papa. 5. Nullas Rex Fulconi, ob bello petitum fratrem, *minas* vel intentavit, vel intentare (vix tredecim annos natus) potuit, sed permittente eo, proceribus in partes (Wastinensis Comitatus cessione) pellectis, Gaufridum omni metu solutus invasit. 6. *Wastinensis pagus* quem, avito jure, Albericus Fulconis pater possedit, *Campanæ familiæ ereptus* non est; sed *Turonensis*, cujus possessione Theobaldum Comitem anno 1044. Gaufridus Martellus Fulconis avunculus exuit. 7. Bertradam nec per se, nec per ministros *rapuit* Philippus, sed *ad Beuronis pontem* reliquit, qui eam clam Turonibus excedentem, Aurelianos usque deducerent; & ab omni injuria vindicarent. 8. eadem *ut concubina* nunquam abusus est. 9. ejusdem occasione *Bertham*, ante annos octo dimissam, non *ablegavit*. 10. Fulco *mærore* ob adamatam à Rege Bertradam nec *confectus est*, nec paulò postquam Aurelianos eadem concessit denatus est, in annum decimum quartum superstes. 11. eandem *post Fulconem* è vivis sublatum *publicè ducere non decrevit*, sed illo ipso anno quo Turonibus aufugientem suscepit nimirum 1093. ante Fulconis mortem 14. 12. *Legatos* tunc nullos *ad Papam* (qui ducendæ Bertradæ potestatem fieri peterent) *misit*. 13. Legatum nullum (qui *de causæ merito* ante desponsationem *cognosceret*) *in Franciam destinavit* Papa; sed, post Bertradæ *nuptias*, mandata ad Hugonem Lugdunensem adversus Regem dedit. 14. Rangerii Legati (qui Silvanecti Synodum habuit) *ficta intentio* gratis dicitur; cum nihil in causa

causa *Regis* moverit. 15. nulla *munerum erogatione* corruptos à Rege Synodi Silvanectensis patres, aut *actam* in eorum conventu *ejusdem causam*, aut denique ibidem à quoquam *pronunciatum, à Rege legitimè Comitissam Bertradam desponsari posse*, nemo veterum scripsit. 16. Silvanectensi Concilio nequaquam interfuit Ivo. 17. plures ab Hugone Legato Regis occasione convocatæ Synodi non fuerunt, sed unica Augustodunensis; cujus paucis post mensibus judicium rogante Rege in suspenso tenuit Vrbanus Papa. 18. Prælati nulli Concilii Claromontensis tempore à Papa (quod sciamus) *delegati sunt*, qui Regi monita spernenti minarentur, sed ipse Papa in Concilio Regem (per Legatos auditum) *excommunicavit*. 19. *excommunicatos qui Regem* impœnitentem *agnoscerent*, temerè falsoque scripsit Guillelmus Malmesburiensis. 20. Concilium Balgenciaci nec à Rege,nec sub Vrbano congregatum est, sed anno ab ejus excessu tertio exeunte. 21. Coram Conventu Balgentiacensi Bertradam non in perpetuum *abjuravit* Rex, sed *usque ad dispensationem*. 22. *In Regis absolutione* Episcopi ei *coronam non imposuerunt*. 23. *die Pentecostes* absolutus non est. 24. Quarto post Synodum Claromontanā mense ab Vrbano Papa Turonibus Rex excommunicationis vinculis (Bertholdo teste) solutus est,quæ ei anno demum 1100. quo Synodus Pictavis habita est rursus injecta sunt. 25. Semel à Legato Richardo anno 1102. exeunte absolutionem promeruit. 26. anno 1107. nulla anathematis relaxatione opus habuit, ab anno 1102. desinente pace Ecclesiastica donatus. 27. Synodus Pictaviensis anno 1100. Septembri biennio ferè ante Balgentiacensem congregata est. 28. quatuor (& quod excurrit) annis antequam *Paschalis Papa in Franciam venisset*, communioni restitutus est Rex, nisi fortè cum Orderico bis venisse velimus; anno nimirum 1103; qui Synodum Balgentiacensem proximè secutus, & 1107. quo apud Trecas ipsemet Concilium congregavit, sic

enim ille libro 11. *Anno ab incarn. Dom.* 1103. *Paschalis Papa in Gallias venit, & à Gallis honorificè susceptus divinam servitutem fideliter exercuit. Tunc venerabilis Ivo Carnotenæ urbis Episcopus inter præcipuos Franciæ Doctores, eruditione literarum tam divinarum, quam secularium floruit, à quo invitatus Papa solennitatem Paschæ apud Carnotum celebravit. Adela quoque Comitissa largas ad ministerium Papæ impensas contulit, & benedictionem sibi domuique suæ in æternum à sede Apostolica promeruit.* Rursusque libro x. nulla anni mentione facta. *Tempore Philippi Regis Francorum in Gallias venit, Paschale festum apud Carnotum celebravit, & privilegia ejusdem Ecclesiæ venerabilis Ivonis Episcopi petitione confirmavit.* nec fortè abludit à verò Paschalem (qui anno 1102. Richardo Legato reconciliandi Regis provinciam demandaverat) anno sequenti per se præsentem, quæ Legatus gesserat confirmasse; sed vereor ne in annum 1103. perperam contulerit Ordericus, quæ ad annum 1107. *Boamundi repatriationis sequentem* pertinebant, eo enim anno *Cluniaco ad charitatem cum venisset*, ac *Turonis apud S. Martinum (ut mos est Romanus) Frygium ferens, Lætare Hierusalem* id est Dominicam 4. Quadragesimæ, *celebrasset*; *ad B. Dionysii locum tandem devenit*; quid enim probabilius animo effingi possit, quam Paschalem (qui 4. Quadragesimæ Dominicam apud Turones transegerat,) dum *ad sancti Dionysii locum* contenderet; non per Aurelianos sed per Carnutes, id est compendiosiore via, iter fecisse; ibidemque Pascha celebrasse? 29. nullum quale fingitur à Philippo Rege *juramentum* exegit, qui in ejus cum Bertrada matrimonio *dispensaverat* Paschalis Papa. 30. nunquam anno 1098. à Rege marito discessit Bertrada, nec *ad Fulconem filium secessit*, nisi fortè post annum 1108. quo mortalitatem explevit Philippus. 31. nunquam annum ætatis 60. attigit qui 56. non excessit idem. 32. an vires expugnaverit *luxuria*, ac nimio *libidinis ardore*, Deus scit; sed certissimum est nullum à censuris Ecclesiasticis ipsi periculum impendis-

Suger. c. 9.

pendisse, ex quo *dispensante* Papa Bertradæ matrimonium firmatum est; solido videlicet ante obitum sexennio. 33. nec anno 1106. nec 1109. fatis concessit, sed 1108, qui regni 48. desinens fuit. decessit enim Henricus pater anno 1060. Augusti 4. obdormivit ipse anno 1108. Iulii 29. feria 4. intercedunt anni 47. menses xi. dies 26. 34. Florentii Hollandiæ Comitis uxor *Gertrudis* fuit non *Bertrada*. 35. Boëmundus Roberti Guiscardi & Alberadæ prioris uxoris *filius* fuit, non *frater*. 36. *Siciliæ princeps* propriè Guiscardus non fuit, sed sub ejus clientela, Rogerius natu minor frater. 37. nullum ex Bertrada *Florentium* Rex suscepit, sed Philippum & Florum. 38. *Cæcilia Pontio* Bertranni Tripolitani filio *nupsit*, non *Bertranno* ipsi. 39. revera *ad S. Dionysium occurrerunt* Philippus & Ludovicus *Majestatem regiam* Paschalis pedibus *incurvantes*; sed de *pedum osculo* nihil aut vidit, aut scripsit hujusmodi pompæ spectator Sugerius. 40. *sedere jussos* Regem ac filium non dixit Sugerius idem, sed Papam qui *manu erexerat*, eos *ante se redire fecisse*. 41. de *exsiccato Matronæ in aëre suspensæ alveo*, nihil in Sigeberti Chronico, sed de Mosa ad A.D. 1118. in continuatore legere est. 42. Alfonsi Aragonum Regis æmulatione se *Imperatorem* inscribere non potuit Philippus †, annoque ante ejusdem natalem 25. Christi 1029. *Imperator* dictus erat Robertus avus; cujus *Imperatoria jussione evocati* Episcopi leguntur *Tom. 4. script. Franc.* p. 147.

† Antequam Vrracam duxisset Alfonsus denatus: successit enim Petro fratri anno 1104. Sept. 28. Vrracam desponsavit anno 1109. decesserat anno præcedente Philippus.

XXI. Sammarthani fratres. *A majorum virtute & candore devians Philippus se adeò intemperato in Bertradam de Monteforti Fulconis cognomento* Richini *Andegavorum Comitis uxorem affectu transversum duci sivit, ut eam Regia exceperit ejusque contubernio pluribus annis abusus sit, inhumanè relegata Monsterolium ad mare legitima uxore Regina Bertha Hollandica, non Balduini Flandrorum Comitis (quod P. Matthæus scripsit) sed Florentii* I *Hollandiæ & Frisiæ Comitis: Principissam hanc Bertham ex Gertrude Saxonica uxore Gemmeticensis refert Balduinum Flandriæ Comitem qui Gertrudem*

*trudem duxerat principissam, hanc Bertham uxoris filiam relegasse longè à patria eam elocando, quò facilius interim Frisiæ possessione gauderet; quoniam penes principissæ matrem mansit, unde* Frisio *cognominatus est; sed Gemmeticensem falli verisimile est; Dominium istud Monasteriolense dotis loco, quo tempore eam anno* 1067. *desponsavit, Berthæ Rex assignaverat: aliquanto post conjugalis affectus penitus oblitus se totum à Bertrada ita mancipari ac deludi sivit, ut domum regnumque turba & scandalo repleret, cum nihil nisi ex impudicæ mulieris libidine ageret, nec tam violentum inordinatumque affectum precibus & monitis gravibus, avertere Episcopi & optimates possent: adeò publico adulterio offensos supra modum subditos cum videret, id velare conatus; à Papa quo eam desponsaret dispensationem promereri se posse credidit; licet nulla ob legitimam causam ab uxore separatio præcessisset; Quarè repulsam passus congregato apud Silvanectum addictorum quorundam Episcoporum conventu ex eorum sententia ac permissione nimium facili Bertradam ducere se posse putavit, idque ipsum effecit, quantumvis magnus ille, doctusque Præsul Ivo Carnotensis, Episcopis aliis ad similia officia excitatis, nullum quo eum ab hujusmodi consilio abduceret non lapidem moveret. Quoniam verò in Conciliis, apud Clarummontem Arvernorum, & Pictavos censuris actum adversus ipsum fuerat, conscientiæ morsu lancinatus, culpam tandem confessus est; de reducenda legitima uxore consilium sumpsit, ac post alium quorumdam Episcoporum Balgentiaci propè Aurelianos ad Ligerim congregatum conventum in quo carnali consuetudine penitus abjurata se ab invicem separandos Philippus & Bertrada spoponderunt; eam post susceptos aliquot liberos annorumque quinque ( & quod excurrit ) contubernium, domum Rex remisit. Quod absolutioni à præsulibus apud Senones congregatis datæ, & à Paschali* II *Papa in Concilio Trecensi confirmatæ, viam munivit. Ad id Concilium à Richardo Papæ Legato invitatus Ivo, id sibi integrum nisi impetrato Regis ( in cujus à decem annis odium incurrerat) conductu negavit.*

Ανάκρισις. 1. Bertradam nec ante dimissam Bertham, nec ad

ad *plures* ante desponsationem *annos*, nec ad momentum *pellicis* loco habuit Philippus. 2. si quid *inhumanum* Bertham *relegans* admisit, conscio, imò auctore Clero qui divortium probavit admisit. 3. Quod *de relegata*, (*quo facilius Frisiæ possessionem sibi vindicaret Gertrudis*) Gemmeticensis refert, absurdum est; cum provinciam tutorio nomine administraverit Gertrudis maritus tantisperdum legitimus hæres Berthæ Reginæ frater Theodoricus V adolesceret. 4. à *Balduino* (qui quadriennio ante decesserat) *relegatam* Bertham non scripsit Gemmeticensis; sed à *Roberto* Balduini filio juniore, qui *Gertrudis* maritus Berthæque *reginæ* & Theodorici Comitis, *vitricus* fuit. 5. non nisi post fusum ad S. Audomarum anno 1071. Febr. 20. in ipsa Septuagesimæ Dominica regium exercitum Bertham duxit Philippus, nec ante annum 1093. à Berthæ repudio octavum, Bertradam deperiit idem. 6. ducendæ sive soluto, sive stante Berthæ matrimonio Bertradæ, nec potestatem sibi à Papa fieri unquam rogavit, nec *repulsam passus est* Rex. 7. *pleniter definita* Gregorii VII *auctoritate* Gallicanorumque Episcoporum laudatione anno 1085. inter Regem & uxorem Bertham *causa*. 7. In Concilio Silvanectensi *Simonis Nealfensis*, non *Regis* causa ventilata est. 8. ullo congregatorum apud Silvanectum præsulum consilio usum Regem non constat. 9. quarto post Claromontani Concilii decretum mense, quinto ante Pictavense Concilium anno *ad satisfactionem venit Rex*; sed tertio post anno nempe 1098. *ad Bertradæ consortium* rediit. 10. *de* † *reducenda* (quæ anno 1093 decesserat) Bertha, *consilium* post annum sive 1095. (quo apud Clarummontem habita Synodus) sive 1100. (quo Pictavis celebrata est) nec *sumpsit*, nec *sumere potuit* Rex. 11. *in Balgentiacensi conventu* non in perpetuum; sed *usque ad dispensationem*, Bertradæ consortium abjuravit. 12. eam post Balgentiacensem conventum nunquam *domum remisit*. 13. *absolutio* postrema apud Senones *data* non est, sed *Parisiis*. 14. *ad*

† Consimili errore *ad Clarummontem decretam adversus Regem nisi cum uxore legitima in gratiam rediret excommunicationem* scripsit, *disquisit.* lib. 3. c. 17. Stephanus Paschasius, cum ea enim, quæ jam nulla erat, nec Rex *in gratiam redire*, nec à quoquam ut *rediret* cogi potuit.

R r *Conci-*

*Concilium Trecense* ( quod Paſchalis Papa congregavit ) *à Richardo Legato* Ivo nequaquam *invitatus eſt* , habita enim Trecenſis Synodus à Papa anno qui proximè *Boëmundi repatriationem ſecutus eſt* ; videlicet 1107. Legationem obivit Richardus anno 1102. qui *decimus* fuit à prima Regis in Ivonem indignatione.

| Anni Christi | Anni Henrici Regis à prima coronat. | Anni Henrici à patris exceſſu | XXI. *Præcipuarum ſub Philippo primo, &c. geſtarum rerum hiſtorica Synopſis.* |
|---|---|---|---|
| 1053 | 26 | 23 | Philippus I natus eſt. |
| 1059 | 32 | 28 | *Indictione* 12. 10. *Kal. Iunii die ſancto Pentecoſtes* , *ſeptennis* à Gervaſio Archiepiſcopo Rhemis (jubente & præſente patre) primum coronatus eſt. |
| 1060 | 33 Philippi | 29 | Henrico patri Auguſti 4. denato ſuccedit. |
| 1071 | 11 | | Ad S. Audomarum Febr. 20. in ipſa Septuageſimæ dominica à Roberto Friſio fuſus , eodem anno Bertham, Friſionis conſobrini, privignam ducit. |
| 1080 | 20 | | Conſecratus A. D. 1080. Decembr. 18. feria 1. Arnulfus Sueſſionenſis , Berthæ reginæ , Ludovici (qui poſteà regnavit) conceptionem prædicit, *Liſiard.* |
| 1081 | 21 deſinẽs. 22 iniens. | | Ab Ermengardi Borbonia ( Gregorii VII juſſu ) divertit Fulco *Richinus* Andeg. Comes, *Greg.* 7. *lib.* 9. *epiſt.* 22. Berthæ Reginæ natus (qui poſteà regnavit) Ludovicus, *Liſiard. vita Arnulfi Sueſſ.* |
| 1085 | 25 | | A Bertha Regina ob conſanguinitatem Eccl. Romanæ *auctoritate* divertit Philippus , *Ivo epiſt.* 13. Emmam Rogerii Siciliæ Comitis & Eremburgis Mori- |

| | | Anni Philippi | Anni Christi |
|---|---|---|---|
| Moritoniensis filiam ambit idem : quæ posteà Roberto III Arvernorum Comiti nupsit. *Gaufrid. Malaterra.* | | | |
| Bertradam Simone Montisfortis domino, & Agnete Ebroïcensi natam duxit tertiis nuptiis Fulco *Richinus* eodemque ferè tempore Willelmus Dux Ermengardim Fulcone *Richino* & Hildegarde Balgentiacensi natam, repudiavit, quam posteà Conanus Britonum Comes duxit *Orderic.* | | 29 | 1089 |
| Ivo Carnotensium Episcopus Romæ Novemb. 23. feria 1. ab Vrbano II Papa consecratus, Rege, Cleroque (qui Gallicanæ Ecclesiæ hac in parte libertatem minui causabantur) improbantibus. | | 32 iniens. | 1091 |
| Factum excusat Ivo, coram Richerio Archiepiscopo se sistere paratus, sive Senonibus, sive Stampis, si *conductus* detur, *epist.* 8. 12. | | 32 exiens. | 1092 |
| Bertradam (quæ Fulconem maritum reliquerat) desponsante Odone Bajocensi ducit Rex. *Orderic.* Rangerius Card. Legatus à Simone Nealfensi, eam *quam, vivente uxore, pellicem habuerat*, post ejusdem dormitionem duci in Silvanectensi Concilio probat; eo, ab Ivone, nomine castigatus. *Epist.* 16. 18. Regis matrimonium palam improbat, & Coëpiscopos, Papamque ipsum adversus eum excitat Ivo: Bertha Regina decedit. *Chron. Senon.* | Indignationis regiæ in Ivonem I | 33 | 1093 |
| Hugo Lugdunensis Legatus Octob. 16. Augustoduni Concilium cogit, & Regem excommunicat; eodem ferè tempore vel paulò ante, in Ivonem à Carnotensium Vicecomite manus injectæ, libertati redditur: à Rege, *cum manu militum occurrere*, à Præsu- | 2 | 35 iniens. | 1094 |

 libus

| Anni Christi | Anni Philippi | Anni indignat. reg. in Ivonem | |
|---|---|---|---|
| | | | libus *coram Synodo* se sistere jubetur idem; sed utrobique præsentiam negat. Ad Calvummontem Rex cum Guillelmo Anglorum Rege conventum habet. |
| 1095 | 35 | 3 | Rex ad Papam legatos mittit qui inducias impetrent; eos quantum potest suspectos reddit Ivo; sed benignius excipit Papa, & excommunicationem Augustoduni promulgatam suspendit. Regis in Ecclesiam Mauziacensem munificentiam confirmat Hugo Legatus, qui excommunicationis decretum condiderat. <br> Post Placentinum Concilium Martii 4. congregatum, Papa Podium advenit Augusti 15; apud Clarummontem Novembris 18. Concilium cogit: de injuriis à rege illatis querente Fulcone; Regem *quod prædicto Comiti consanguineo uxorem subtraxerit, quam etiam illicitè retinebat* excommunicat Vrbanus: Arelate natale domini celebrat idem. *Berthold.* |
| 1096 | 36 | 4 | Andegavis Febr. 11. Sancti Nicolai Basilicam dedicat. Turonibus Concilium Martii 16. cogit, Regem à Bertrada divertentem paci restituit, Gaufridum Barbatum Fulconis Richini natu majorem fratrem è Carnotensi custodia educit, Pictavos ad Martii finem petit Ivone comitante, Lemonicas, Tolosam, Montem pessulanum, Nemausum adit: Hortarium circà Septembris 4. appellit; Romam Novembri mense repetit. *Berthold. Orderic. Ivo.* <br> Guillelmo Regi Wilcassinum invadenti resistit Ludovicus quindecennis. *Suger.* |
| 1098 | 38 | 6 | Cum Rege in gratiam redit Fulco Comes eo minimè reclamante, Bertradam in regiam reducit Philippus. |

Regi

| | Anni indig. in Ivonem | Anni Philippi | Anni Christi |
|---|---|---|---|
| Regi *contrà* Hugonis *Legati interdictum in Natali Domini* imposita à Radulfo Turonensi *corona*. | | | |
| Diem ultimum obit Vrbanus Iulii 29. succedit Paschalis Augusti 14. feria 1. | 7 | 40 iniens. | 1099 |
| *Provinciæ Belgicæ Episcopi* Regem in *Pentecoste* coronant.<br>Benedictus *Eudoxiæ*, seu *S. Petri ad vincula*, & Ioannes *S. Anastasiæ* presbyteri Cardinales Paschalis Papæ Legati, Regis communionem vitant; Concilium Pictavis ad Iulii 29. designant, Ivone ne *intrà provinciam Belgicam*, vel *Celticam* celebraretur, sed *in caput Autumni* differretur rogante; Concilii decreto Rex excommunicatur, regnum *sub interdicto* ponitur, Guillelmus Pictaviensium Comes concilium disturbat.<br>Guillelmo Regi succedit Henricus frater Augusti 2. feria 5; coronatus apud Westmonasterium, Augusti 8. feria 1. | 8 | 40 | 1100 |
| Rex ad Papam missis Legatis pacem sibi restitui rogat. | 9 | 41 | 1101 |
| Richardus Albanensis Episcopus Paschalis Papæ Legatus *ad faciendam Regis absolutionem in Franciam missus*, *Ivonis*, (qui alibi quam *Senonis* eam fieri desiderabat, nec *Trecas* ire audebat) rogatu, Balgentiaci Iulii 30. Concilium congregat; Rex & *Bertrada carnalem copulam, imò mutuam collocutionem abjurare usque ad Papæ dispensationem, paratos esse se protestantur*; Re *infecta Concilium*, ( *Rege se malè esse tractatum clamitante* ) solvitur. Rex *per se*, *& per Ivonem ac coëpiscopos dispensationem* probantes, ad Paschalis Papæ *aures pulsat*, *causam suam temperari* rogans: Parisiis jubente Papa absolvitur: | 10 | 42 | 1102 |

| Anni Chriſti | Anni Philippi | Anni indig. in Ivonem 10 | |
|---|---|---|---|
| | | | tur: Gaufrido *Barbato* patruo tradente, Andegavos regendos ſuſcipit *Martellus. Ivo, Orderic.* |
| 1103 | 43 | | Ludovicus *Rex deſignatus in Angliam transfretat*; Henricum Regem adverſus eum concitare conatur Bertrada *noverca*; Henricus eum *ad Patrem remittit*; veneno poſt reditum tentatur; cum Bertrada in gratiam redit, in Pontiſaræ totiuſque Vulcaſſini poſſeſſionem mittitur. *Orderic.* |
| 1104 | 44 | | Lucianam Guidonis de Rupeforti filiam ipſe ſibi; Elizabetham Guidonis Trucelli Montiſleherii Domini filiam Philippo fratri ex Bertrada nato deſponſat. *Suger.* |
| 1106 | 46 | | Conſtantiam Regis ex Bertha filiam ducit Boamondus; Cæciliam Bertrada natam Tancredus, poſt Paſcha. *Orderic.*<br>Majo menſe ad Condatum caſtrum vulnere concidit Gaufridus Martellus. Andegavenſem Comitatum Fulconi *privigno* tradit Rex; Fulconem eundem fidei ſuæ à Rege commiſſum anni ſpatio in carcere tenet Guillelmus Aquit. Dux. *Orderic.*<br>Henricus Imp. Auguſti 1. Leodii decedit. Octobris 10. Philippus Rex cum Bertrada *Regina*, ad civitatem Andegaven. venit. |
| 1107 | 47 | | Paſchalis Papa *in Franciam venit* Cluniaco, ad Charitatem, Turones, Carnutes, Pariſios, S. Dionyſium progreſſus; quo loco Philippus Rex & Ludovicus filius ei *occurrunt*, Catalanni cum Henrici V Legatis agit; Trecis circa Domini Aſcenſionem Concilium habet; ejus auctoritate fretus à Luciana divertit Ludovicus. |

Melo-

| | Anni Philippi | Anni Chriſti |
|---|---|---|
| Meloduni Iulii 29. feria 4. diem ultimum obit Philippus Rex, Floriaci tumulandus; quinto poſt die, Ludovicus, in feſtivitate Inventionis S. Stephani Auſti 3. feria 2. Aurelianis conſecratur, contrà proteſtantibus Rhemenſibus. | 48 | 1108 |
| | Ludovici | |
| Aprilis 14. decedit Fulco *Richinus*. | 1 | 1109 |
| Aprili menſe Boemundus decedit. | 3 | 1111 |
| Tancredus mortalitatem explet, paulò poſt Pontio Bertranni Tripolitanorũ Comitis filio nubit Cæcilia. | 4 | 1112 |
| Adelhaïdem Humberto Mauriennæ Comite, & Willa Burgundica natam ducit Ludovicus Rex. | 7 | 1115 |
| Robertus Arbriſellus ex Rotæ Abbate Fontis Ebraldi fundator Feb. 26. diem ultimum claudit, ut & Ivo Carnotenſis Decembris ſequentis 23. | 8 | 1116 |
| Hoc circiter anno *Altam Brueriam* dotalem à Rege Philippo aſſignatum in Carnutibus, fundum, Ludovico Rege & Adelheïde uxore *concedentibus*, Fontis Ebraldi ſanctimonialibus donat *Bertrada Regina*. | 9 | 1117 |
| Ebroïcenſem munitionem, adverſus Henrici I Anglorum Regis impetum, tuendam ſuſcipiunt Philippus & Florus fratres, Philippo Rege & Bertrada geniti. | 11 | 1119 |
| Hoc circiter anno adverſus Ludovicum Regem fratrem rebellat Philippus Medontæ Comes. | 13 | 1123 |
| Guillelmo Clitoni qui Adelheïdis *Reginæ* ſororem uterinam duxerat Medontæ, &c. poſſeſſionem tradit Ludovicus Rex. | 17 | 1127 |

SECTIO

## SECTIO III.

*Eorum qui dimissæ à Philippo Augusto Ingeburgis occasione formulam* Regnante Christo *actis adscriptam fuisse asseverant sententiam non modo falsam, sed penitus improbabilem esse.*



PVrgatis quæcunque de Philippi primi nomine inciderant suspicionibus, justas pro Philippo secundo pronepote vindicias dare, eo promptius est, quo certius constat à lineis excidisse, quotquot formulam *regnante Christo* actis ullis ob vibratum in *regium* caput anathematis fulmen appositam fuisse oscitanter scripserunt. Cum Philippum secundum, ne ad momentum quidem inter *abstentos* fuisse negare nequeant; eosque vel invitos indubitati veri spontè oculis affulgens lux adigat, ut eversa, quam sibi temerè præfixerant hypothesi, promiscuum formulæ de qua agitur, ubi anathema nullum fuit, usum deprehendi, nec veram ejusdem à se assignatam causam fuisse fateantur. Ne quis igitur apertè falsa regioque nomini injuria propugnandi deinceps color quæratur, investigandum primum,

### I. *Quo tempore & consilio ab Ingeburge uxore divertit Philippus secundus.*

ELizabethâ (quam anno 1180. 4. *Kal. Iunii ea die qua Dominus noster Iesus Christus bajulis nubibus cælos ascendit* duxerat) anno 1189, sive (secundum nostrum computandi morem) 1190. *Martii Idibus* defunctâ, anno 1193. *Philippus Rex misit Stephanum Noviomensem Episcopum virum venerabilem ad Kanu-*

*Kanutium Regem Danorum; rogans eum, & deprecans quod unam de ſororibus ſuis, quam ipſe legitimam haberet; uxorem ei mittere dignaretur. Quo audito, Rex Danorum Kanutius gratanter accepit, & Ingeburgem ſororem ſuam pulcherrimam puellam, ſanctam, & bonis moribus ornatam, nunciis Regis Francorum tradidit, & muneribus ſuis honoravit: & accepta licentia, ventis & mari ſe committentes apud Attrebatum venerunt; ubi Rex Francorum Philippus, cum Epiſcopis, & regni proceribus, cum maximo accurrens gaudio Ingeburgem diu deſideratam in legitimam duxit uxorem; & in Reginam Francorum coronari fecit; ſed mirum, eadem die, inſtigante diabolo, ipſe Rex quibuſdam (ut dicitur) maleficiis per ſortiarias impeditus uxorem tam longo tempore cupitam, exoſam habere cœpit, & paucis revolutis diebus linea conſanguinitatis per Karolum Comitem Flandrenſium ab Epiſcopis & Baronibus computata, per cenſuram Eccleſiaſticam hujuſmodi matrimonium eſt ſeparatum, Regina tamen Ingeburgis ad Danos redire nolens, in partibus Galliarum in locis religioſis manere decrevit, malens continentiam conjugalem cum orationibus toto tempore vitæ ſuæ ſervare, quam alteri juncta, prima matrimonii fœdera maculare.* Hæc Rigordus, ex cujus teſtificatione 4. notatu digniſſima habemus. 1. Philippi animum *maleficiis* tentatum. 2. ejuſdem cum Ingeburge cognationem *ab Epiſcopis & Baronibus* computatam. 3. *publico* Cleri *judicio* matrimonium cum Ingeburge initum ſeparatum, quod cap. *per venerab.* expreſſe notat Innocentius Papa, *Regem ipſum à Regina per Rhemenſem Archiepiſcopum Apoſtolicæ ſedis Legatum fuiſſe per ſententiam ſeparatum* ſcribens. 4. ſeparationis culpam (ſi qua fuit) non in *Regem*, qui Cleri judicio ſtetit, ſed in Epiſcopos judices rejiciendam fuiſſe. Rigordo ſuccinunt Matthæus Weſtmonaſterienſis ad annum 1192. *Rex Francorum, filiam Regis Daniæ deſponſavit & ſtatim repudiavit*: ad 1193. *Rex Francorum Reginam ſuam repudiatam cuſtodiæ quaſi carcerali mancipavit.* ad 1195. *admonitus eſt Rex Francorum frequenter ut reginam ſuam modo quo deceret tractaret.* & * Matthæus

Rigordus natione Gothus, profeſſione Phyſicus, Regis Chronographus, S. Dionyſii monachus ſcripſit A. D. 1223.

In annum 1307. definit.

* Definit in 1250.

Paris in Richardo, ad annum 1193. *Rex Francorum ſororem Regis Daciæ Ingeburgem nomine, puellam mirabili decore præditam, accepit uxorem, quam poſt nuptias repudians, inter ſanctimoniales apud Sueſſionem collocavit; Dacoſque omnes qui cum illa venerant repatriare præcepit.* Rogerius verò de Hoveden qui in annum 1202. deſinit, ait *per Sacramentum Reginaldi Carnotenſis, & Philippi Belvacenſis Epiſcoporum, & per Sacramentum Roberti Comitis* de Drues, * *& Comitis* de Nevers, *& Walteri Camerarii Regis Franciæ & aliorum multorum, qui juraverunt quod prædicta filia Regis Dacorum erat conſanguinea Comitis* de Hanou, *cujus filiam idem Rex Franciæ habuerat,* divortium factum. Revera (Innocentio Papa loco dicto teſte) *Rex ipſe contrà matrimonium Ingeburgis impedimentum affinitatis objecit, & coram Archiepiſcopo teſtes induxit.* Non tamen *Balduini Comitis* quo parente prior Philippi uxor Elizabetha nata eſt, *conſanguinea* (quod Rogerius credidit) fuit Ingeburgis; *per Karolum Comitem Flandrenſem*, ejuſdem *ab Epiſcopis & Baronibus conſanguinitas* (quod putavit Rigordus & ſequens tabella evincit) nec *computata eſt*, nec *computanda* fuit.

* Dreux.


Hainaut.

Robertus

Robertus Rex Conſtantiæ maritus

- Henricus I Annæ maritus — Adela Balduini V *Inſulani* dicti uxor
  - Philippus I Bertæ Florentiô I & Gertrude (quam poſteà Robertus *Friſio* duxit) natæ maritus
    - Ludovicus VI Adelheidis marit.
      - Ludovicus VII Adelheidis Camp. maritus
        - Philippus II Elizabethæ marit.
  - Balduinus VI Richildis maritus — Robertus *Friſio* Gertrudis Florentii I viduæ maritus
    - Balduinus VI:
      - Arnulfus. — Balduinus VII Hannon. Idæ Lothar. maritus
        - Balduinus IIX Yolendis Geldricæ maritus
          - Balduinus IX Adelheidis Namurc. maritus
            - Balduinus X Margaretæ Flandr. maritus
              - Elizabeth Philippi Regis uxor
    - Robertus *Friſio*:
      - Adelhais Canuti Regis uxor — Gertrudis Theodorici ducis Lotharing. uxor — Robertus Hieroſolym. Clementiæ Burg. maritus
        - Adelhais:
          - Carolus Comes ſinè liberis denatus Roberti ſecuris hæres. — Ingoberta Cæcilia
        - Gertrudis:
          - Theodoricus Sibyllæ Andeg. maritus Caroli hæres
            - Philippus ſinè liberis denatus — Margareta Balduini X uxor
              - Elizabeth Philippi Regis uxor.
        - Robertus Hieroſolym.:
          - Robertus *ſecuris*, ſinè liberis denatus.

Hinc Elizabetham Philippi Augusti per Adelam, & Gertrudem, *consanguineam* fuisse nec ab eo nisi *dispensatione* Canonum impetrata, duci potuisse patet.




Hinc rursus nec Ingeburgem Balduini Hannoniensis Elizabethæ patris *consanguineam fuisse*, nec ejusdem cum Philippo Rege *consanguinitatem per Carolum* Comitem *computari* debuisse, patet. Veram nunc (quam forte non animadvertit Rigordus) ob oculos ponere nostrum est, cum præsertim Capite *per Venerabilem* tit. *Qui filii sint legitimi*, ex professo statuat Innocentius III. *Si affinitas fuerit comprobata, prædictam Reginam non esse Regis conjugem apparere, & per consequens aliam* [Agnetem] *videri sibi legitime copulatam, & filios ei legitimos peperisse.*

Wlodi-

Wlodimerus Cedreno Βλαδιμηρὸς, Danis *Voldemarus Baſilius* in baptiſmate dictus; priore conjuge defuncta, Annam Baſilii Imp. ſororem duxit, quam Helinam Ditmarus vocavit.

Iaroſlaus ex priore conjugio Wlodimeri

| | |
|---|---|
| Izoſlaus — | Anna Henrici I Regis, 2 Radulfi Criſpeii Comitis uxor, cui *Annæ* nomen in memoriam ſecundæ conjugis, avi Wlodimeri datum. |
| Wlodimerus ſeu Iaroſlaus II. | Philippus I Bertæ maritus |
| Ingeburgis Canuti IV Danorum regis uxor | Ludovicus VI Adelheïdis maritus |
| Voldemarus Sophiæ maritus | Ludovicus VII Adelheïdis Campan. maritus |
| Canutus V. — Ingeburgis Philippi II uxor 2. | Philippus II Ingeburgis maritus. |

Hinc juſtam ſecundum Canones Philippum Regem ab Ingeburge uxore divertendi, Epiſcopos probandi divortii, cauſam habuiſſe clarum eſt; Similia nunc divortiorum Philippi ſeculo & proxime ſequenti occurrentium, ſelecta è multis exempla aliquot promere juvat, quæ nihil novum, aut præter morem, à tanto Rege, cleroque Gallicano admiſſum doceant.

Eodem ſæculo Raimundi VII Tolos. Comitis cum Ermeſinde Raimundi *Pelez*, & Beatricis Melgorienſium Comitiſſæ filia: ut & Mariæ Montiſpeſſulani dominæ cum N. Convenarum Comite, contracta, ob conſanguinitatem, ſoluta ſunt matrimonia.

I. Robertus Rex Conſtantiæ marit.

| | |
|---|---|
| Henricus Rex Annæ maritus | Robertus Burg. Dux Helæ marit. |
| Philippus Rex Bertæ maritus | Aldeardis Guillelmi VII Aquit. Ducis uxor 3. |
| Ludovicus VI Adelheïdis maritus | Guillelmus IIX Philippæ Toloſanæ maritus |
| Ludovicus VII Alienordis maritus, à qua A. D. 1151 divertit. | Guillelmus IX Alienordis de Caſtro Heraldi maritus. |
| | Alienor Ludovici VII uxor prior. |

II. Radulfus Criſpeii Comes

| | | |
|---|---|---|
| Radulfus II | Adelheis Theobaldi II Campan. Comitis uxor | |
| | Henricus Stephanus Adelæ Anglicanæ maritus | |
| Adelhais Herberti IV Veromand. Comit, uxor | | |
| Adelhais Hugonis magni uxor | Theobaldus III Matthildis maritus. | Leonora Radulfi uxor ab eodem dimiſſa. |
| Radulphus Leonoræ maritus à qua anno circiter 1142 divertit. | | |

III. Henricus I Angliæ Rex Matthildis Scoticæ maritus

| | |
|---|---|
| Matthildis uxor Henrici V Imp. 2. Gaufridi Comitis | Robertus ex concubina natus Gloverniæ ſeu Gloceſtriç Comes |
| Henricus II Anglorum Rex Alienordis Aquit. maritus | Guillelmus Comes cognomento *Maſovache* |
| Ioannes Rex Harviſiæ maritus | Harviſia Ioannis Regis ab A. D. 1188 uxor repudium paſſa A. D. 1200. |

IV. Adalmodis Hugonis Liſiniacenſis II. Pontii III Toloſani uxor

| 1 nupt. | 2 nupt. |
|---|---|
| Hugo VI *Diabolus* dictus | Raimundus IV Elviræ maritus |
| Hugo VII | Alphonſus Faididæ maritus |
| Hugo IIX | Raymundus V Conſtantiæ maritus |
| Hugo IX Iſabellæ Ioannis Regis viduæ maritus | Raimundus VI Ioannæ maritus |
| Iſabella, cujus cum Raimundo VII ſoluta ſponſalia. | Raimundus VII Iſabellæ ſponſus. |

V. Giſlebertus

V. VI. Giflebertus Provinciæ Comes Tiburgis maritus.

Dulcia Berengarii Barcinon. Comitis uxor — Faidida Alfonfi Tolof. Comitis uxor

Raimundus Berengarius Petronillæ Arag. maritus

Alphonfus II Rex Sanciæ maritus

Petrus II Rex Mariæ marit. — Alphonfus Comes Garfendis maritus — Sancia Raimundi VII uxor.

Iacobus.

Raimundus II Beatricis Sabaud. marit.

Beatrix Raimundi VII Tolofani fponfa, cujus matrimonio Ludovicus IX Rex, & Alphonfus frater intercefferunt.

Raimundus V. Conftantiæ maritus

Raimundus VI Ioannæ maritus

Raimundus VII Sanciæ quam anno 1241. dimittere decrevit, maritus, Beatricis (quæ poftea Carolo Sicil. regi nupfit) fponfus.

VII. Richardus Normannorum Dux maritus Gonnor

Richardus II Iudithæ Conani Britonum Comitis filiæ maritus — Robertus Erlevæ marit. Rotomag. Archiepifcopus

Robertus II ex Erlevâ Concubina fufcepit

Guillelmum Regem Matthildis Flandricæ maritum

Robertus Dux Sibyllæ Converfanç marit. — Henricus Rex Matildis Scoticç marit.

Guillelmus Clito cujus fponfalia cum Sibyllâ Andeg. confanguinitatis obtentu foluta funt.

Guillelmus Adelinus Matthildis Andeg. mar.

Richardus Ebroicenfium Comes, Viduæ Rogerii de Toëneiô maritus

Agnes Simonis de Monteforti uxor 2.

Bertrada Fulconis *Richini* Andeg. Comitis uxor 3.

Fulco Hierofolymitanus Eremburgis Cenomanicæ maritus

Matthildis Guillel. Adelini uxor. — Sibylla Guillelmi Clitonis fponfa, ab eo feparata.

IIX. Henricus Roberti I Burgundionum Ducis filius Sibyllæ Rainaldô Burgundiæ Comite, & Adeliciâ Normannicâ natæ maritus

Odo I Burg. Dux Matthildis maritus. A. D. 1102 denatus

Hugo II Matthildis maritus A.D. 1132 defunctus

Odo II Mariæ Campan. maritus A. D. 1163 denatus.

Hugo III Adelhaïdis Matthæô I Lothar. natæ marit. anno 1192 defunctus

Odo III cujus matrimonium cum Terefiâ confanguinea & Philippi confanguinei vidua contractum folutum eft.

Henricus Portugalliæ Comes, Terefiæ Alphonfi VI (ex Semenâ Munionis) filiæ maritus A. D. 1112 denatus

Alphonfus Rex, Mattildis Amedei III Saband. Comitis & Mattildis Albonenfis filiæ maritus natus A. D. 1094. 1185. denatus

Terefia feu Matthildis Philippi Flandriæ Comitis qui anno 1191 deceffit, & Odonis III (à quo divertere juffa eft) uxor.

Non

Non igitur mirum si (computata, quæ negari non poterat, Ingeburgis consanguinitate) ingrati & contra Canones initi matrimonii semet pedicis exuere conatus sit Philippus, obvia certe & ante & post fuerunt cognatorum conjugia; hæc in primis

## I. *Gaufridi Comitis & Constantiæ Britan. duplex cognatio.*

Fulco Andeg. Comes Hildegardis de Balgentiaco, & Bertradæ de Monteforti maritus


| 1 nupt. | 3 nupt. |
|---|---|
| Ermengardis Alani Fergani uxor | Fulgo Hierosol. Eremburgis marit. |
| Conanus Matthildis Henrici I filiæ è concubina maritus | Gaufridus Matthildis Henrici I & Matthildis filiæ maritus |
| Berta Odonis Pentebrensis uxor | Henricus II Rex Alienordis marit. |
| Conanus parvus Marg. maritus | Gaufridus Constantiæ maritus |
| Constantia Gaufridi uxor. | |

## II. *Friderici Barbarossæ & Beatricis Burgund. cognatio.*


Otto Guillelmus Burgund. Comes Ermentrudis Rociacensis maritus

| | |
|---|---|
| Rainaldus I Adeliciæ Norman. maritus | Agnes Guillelmi IV Aquit. Ducis uxor |
| Guillelmus II Gertrudis Matiscon. maritus | Agnes Henrici II Imp. uxor 2. |
| Rainaldus II | Henricus III Berthæ marit. |
| Rainaldus III Agathæ Simone I Lothar. Duce natæ, maritus | Agnes Friderici Sueviæ Ducis uxor |
| Beatrix Friderici *Barbarossæ* uxor secunda. | Fridericus Dux Iudithæ Bavaricæ maritus |
| | Fridericus *Barbarossa* Beatricis maritus. |

### III. *Alphonsi Pictau. Comitis & Ioannæ Tolosanæ cognatio duplex.*




### IV. *Raimundi VI Tolosani & Ioannæ Anglic. cognatio.*




## II. *Quid ex Ingeburgis repudio sibi regnoque incommodi creaverit Philippus Rex.*

QVia Ingeburgis *matrimonium injuste dicebatur fuisse dissolutum, Romanus pontifex Celestinus, ad conquestionem Danorum misit legatos suos in Franciam Meliorem scilicet presbyterum Cardinalem, & Censium subdiaconum, qui Parisios venientes, convocaverunt Concilium omnium Archiepiscoporum & Episcoporum, nec non Abbatum totius regni, in quo tractaverunt de reformando matrimonio inter Philippum Regem, & uxorem ejus Ingeburgem. Sed quia facti sunt* Canes muti non valentes latrare, *timentes pelli suæ, nihil ad per-* Esa. 56. 11.
*fectum deduxerunt.* Hæc ad annum 1193. Rigordus, alieno (ni

T t fallor)

fallor) loco, quandoquidem Rogerius Hovedenus ad annum 1195. Canutum Danorum Regem Celeſtino *conqueſtum* refert *de Stephano* de Noyon *& Philippo Belvac. & Reginaldo Carnot. & Guidone Aurelian. & Retrodo* de Chalons *Epiſcopis, & de Roberto* de Drues, *& Ludovico* de Blais *& Theobaldo de Campania, & Stephano* de Nevers *Comitibus, & de Simone Caſtellano de Inſula, & Petro* de Mainil, *& Waltero Camerario Regis Franciæ Baronibus.* Sed duo hic corrigenda occurrunt; alterum quod anno 1195. poſt ſuperductam Agnetem Meranicam, Canutum Regem *conqueſtum* vult. Si enim anno 1195. querimoniam habuit, anno qui Agnetis conjugium proximè præceſſit; non poſt, legatos miſit; ſi poſt ſuperductam Agnetem (quod in dubium revocare nos vetat Cap. *per venerab.* Innocentius Papa *priuſquam ad Regem prohibitio de non contrahendo cum altera perveniſſet, aliam ſuperduxiſſe, ex qua prolem geminam ſuſcepiſſet,* ſcribens) anno demum 1196. non 1195. legationem inſtituit. Alterum quod Stephanum, qui de Philippi & Ingeburgis *conſanguinitate* teſtimonium dixit adjuratus, Comitem fuiſſe aſſeverat; non enim proprie *Comes*, ſed *Comitiſſæ maritus* fuit, quod ex ſequenti diagrammate manifeſtum fiet.

| | |
|---|---|
| Gaufridus III Donziaci Dominus | |
| Herveus II Matthildis Guillelmô Goëthô & Elizabethâ Campan. natæ marit. | |
| Guillelmus. A. D. 1191 ad Ptolemaïdem cæſus, Alienordis Viromand. maritus 2. | Herveus III Matthildis PetrôCortenacenſi & Agnete Nivernenſium Comitiſſa natæ nec niſi poſt A. D. 1253. defunctæ maritus. |

| | | |
|---|---|---|
| Theobaldus IV cognomento *Magnus* Campan. Comes Matthildis Carinthiacæ maritus | | |
| Henricus Camp. Comes | Theobaldus Carnot. Comes | Stephanus Sancer. &c. Comes |
| Guillel. Sancer. Comes. | Stephanus Alienordis Veromandenſis, (quam Godefridus Hannonicus Guillelmus IV Nivern. Comes Matthæus Alſat. Matthæus III Bellimontis Comes ordine duxerant) maritus. | |

*Anno igitur* 1196. *menſe Iunio Philippus Rex duxit uxorem nomine Mariam filiam Ducis Moraviæ & Bohemiæ, Marchioniſque Hiſtriæ*, prout monumentis conſignavit Rigordus qui tamen in reginæ & familiæ nomine falſus videtur, prout ex tabella ſequenti conſtare poteſt.

Bertholdus IV Meraniæ & Dalmatiæ Dux, Hiſtriæ Marchio; Agnetis Tecone Landsbergæ Marchione, Comite in Rotlechs, & Matthilde Heinsbergica natæ maritus, anno 1204. denatus

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Otto Magnus Beatricis Burgundicæ maritus | Bertholdus Aquileienſ. patriarcha | Ecbertus Bamberg. Epiſcopus | Henricus Hiſtriæ Marchio | Agnes Philippi II uxor 3. | Gertrudis Andreæ Hung. Regis uxor | Hedwigis Henrici Poloniæ & Sileſiæ Ducis uxor | N. Abbatiſſa in Lutzinghen Franconiæ. |

Suo etiam more gentiles *Meranicæ* familiæ titulos efferens, in hæc verba Rogerius. A. D. 1195. ſcribit, *Philippus Rex Franciæ duxit ſibi in uxorem filiam Ducis de Geneſt in Alemannia; quo facto, Cnut Rex Dacorum, frater prædictæ* Botildæ *Reginæ Francorum conqueſtus eſt Celeſtino Papæ de injuria. Botildam* Canuti Regis ſororem vocat, vel prudens (ſi forte binominis fuit Ingeburgis) vel imprudens ſi eam cum Botilda proavia Erici *boni* uxore confudit. *Geneſt* verò, ne in Alamannia propriè dicta, ſive Suevia, quæramus, obſtat Matthæus Paris, qui (Rogerium κατὰ πόδας ſecutus) ait anno 1192. Richardum Regem *fame urgente ad quandam villam nomine Gynatiam in Auſtria propè Danubium divertiſſe ubi tunc temporis (ad cumulum omnium malorum Dux Auſtriæ morabatur*: eoque *in Auſtria appulſo, miſiſſe puerum ad eſcambium in civitatem Gynatiam*, ut ex Alamannia in *Auſtriam*, ad *Gynatiam* inveſtigandam decurrere neceſſe ſit, quo (*naufragium inter Aquileiam & Venetias paſſus* Richardus per Cormones Carnorum, & *Friſacam* vel potius *Friſingam in Salisburgenſi Archiepiſcopatu*) delatus fuerat, nec ulla ad Danubium ſtat, vel ſtetit unquam, ſive *Gynatia*, ſive

*Geneſt*, ſed Auſtriæ totius metropolis *Vienna juxta* quam ( Rigordo teſte ) *Richardum Regem inventum Auſtriæ Dux Lupoldus captivavit*, quod rurſus Auſtrale & Auguſtenſe Chronica hoc ipſo confirmant, quod Richardum *peditem apud Viennam civitatem à Duce Auſtriæ Leupoldo captum* tradunt, *Viennæ* igitur deprehenſus Richardus hærere coactus eſt; nec alium ( ab *Auſtriaco*, ſeu *Viennenſi* ) Ducem * *Geneſt* novit Rogerius, ſed *Geneſt* ( quam in *Gynatiam* transformavit Matthæus ) pro *Vienna* ſeu *Wienna* corruptè ſcripſit familiamque Auſtriacam cum *Meranica*, cui nihil cum priore commune, malè permiſcuit, nec felicius *Mariam* ſuam *Moraviæ & Bohemiæ Ducis filiam putavit* Rigordus, quæ *Bertholdo* I V *Meraniæ Duce parente nata*, eo tempore Philippo noſtro nupſit, quo Bohemia ( ab anno 1086. regio titulo inſignis ) Primiſlao Vladiſlai filio parebat. Quicquid ſit Canutum Regem de ſororis *injuria conquerentem noluit Celeſtinus Papa hac in parte audire*; nec ulla ſub ejus pontificio Philippum Regem cenſura vexavit.

* Lupoldũ V I Auſtriæ ſeu *Viennæ* quam corruptè *Geneſt* vocat, cum Bertholdo I V Meraniæ Duce eo planè modo confudit Rogerius, quo Fridericum Sueviæ Ducem, cum Bohemorum Rege, Moravorum & Bohemorum principes confuderat Rigordus.

Sed anno 1199. poſt coronatum in Aſcenſione Domini ab Anglis Ioannem, † *Philippus Comes Namurii, frater Comitis Flandrenſis, captus eſt à Roberto de Beleſio, & ab Euſtachio de Nova villa cum duodecim militibus menſe Majo juxta caſtrum quod Lentium vocant, & Regi Philippo traditus cum Petro de Doaio Clerico, qui multa mala Regi machinatus fuerat; electus vero Cameracenſis captus fuerat ab Hugone* Damelencorte *pro quo Petrus* [Capuenſis ſanctæ Mariæ in via lata Diaconus Card. ad reformandam pacem inter Philippum Regem Francorum & Regem Angliæ Richardum in Franciam anno 1198. miſſus, ] *totam Franciam ſub interdicto poſuit. Sed revolutis tribus menſibus habito Rex ſaniori conſilio Eccleſiæ ſanctæ Petrum prædictum liberum reddidit*, &c. *menſe Octobri treugæ ſub juramento firmatæ ſunt, inter duos Reges, uſque ad ſequens feſtum ſancti Ioannis. Similiter inter Comitem Flandriæ Balduinum & Regem Francorum.* Rogerius paulò aliter nec ſine errore: *Henricus* (inquit) *Comes* de Namur *frater Philippi Comitis Flan-*

† Rigord.

*tis Flandriæ, & Petrus* de Duay *miles optimus, & familiaris Comitis Flandriæ, & electus* de Cambray *frater prædicti Petri, capti ſunt à familia Regis Franciæ & traditi ſunt illi. Petrus autem de Capua Card. & Apoſtolicæ Sedis legatus in Francia , in adventu ſuo interdixit Franciam propter captionem prædicti electi* de Cambray , &c. *Interventu Petri de Capua ſtatutæ treugæ inter Reges uſque ad feſtum S. Hilarii.* nam nec *Henricus Namurci Comes captus fuit* ſed Philippus ; nec *Philippus Flandriæ Comes*, ſed *Comitis frater* ; nec *Petrus de* Douay *miles*, ſed *Clericus* Archidiaconatu Eboracenſi ab Innocentio III ( qui ejus auditor fuerat ) anno 1198. donatus , nec *alius ab* electo *Cameracenſi* Petrus fuit , nec *una* Philippus & Petrus *capti ſunt* nec *à familia Regis* , ſed à *limitis cuſtodibus* comprehenſi ; nec *in adventu legati Interdicta Francia*, ſed *anno vertente*: venerat enim in Franciam circa *Nativitatem Domini* 1198. octavo Idus Martias feria 3. anni ſequentis , fatis conceſſit Richardus Majo menſe jam affecto , Philippus & Petrus *capti ſunt* , ac paulò poſt Francia *ſub interdicto poſita* ; nec denique *uſque ad feſtum S. Hilarii* id eſt Ianuarii 13. *treugæ* ſtatui potuerunt , ſed *uſque ad feſtum S. Ioannis* ſive Decembris 27. firmatæ ſunt. verius itaque Matth. Paris , *per idem tempus Petrus de Capua Card. & Apoſtolicæ ſedis Legatus , regnum Francorum ſub interdicto concluſit propter captionem fratris Petri* de Duai *Cambracenſis electi* ; *ſed antequam ſententia relaxaretur , Rex Francorum præfatum electum ab omni cuſtodia liberavit* ; & Matth. Weſtmonaſt. *illis diebus propter captionem fratris Petri* de Duaii *Cambracenſis electi interdicta eſt Francia* à Iunio ſcilicet ad Septembrem.

Balduinus X Flandriæ, Hannoniæ, & Namurci Comes, Balduino IX Hannoniæ Comite & Adelheide Namurci Comitiſſa prognatus, Margaretæ Flandriæ Comitiſſæ maritus

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Balduinus XI Flandriæ Comes & Imp. Conſtantinop. | Philippus Namurci Comes Mariæ Philippi II & Agnetis filiæ maritus | Henricus Imp. poſt fratrem | Yolendis Petri de Cortenæo Antiſiod. Comitis ac exinde Imp. uxor | Elizabeth Philippi Auguſti uxor prior. | Sibylla Gerardi Comitis uxor. |

Hactenus de primo interdicto vidimus; nunc de ſecundo. Rigordus ad A. D. 1199. *Eodem anno menſe Decembri in feſto S. Nicolai convocatum eſt Concilium apud Divionem à Petro prædicto Card. omnium Epiſcoporum, Abbatum, & Priorum totius regni, ſed quia contra Regem Franciæ regnum ipſius ſub interdicto ponere moliebatur; à nuntiis Regis ad Rom. ſedem eſt appellatum; tamen ipſe Card. appellationi non deferens in eodem loco adſtantibus Epiſcopis univerſis, ſententiam protulit, ſed uſque ad* XX *dies poſt Nativitatem* Domini non eſſe publicandam præcepit. Transactis verò* XX *diebus à Nativitate tota terra Regis Francorum interdicto ſubjacuit. Quo audito, Rex vehementer iratus, quia Epiſcopi ſui interdicto faciendo conſenſerant, ipſos Epiſcopos à propriis ſedibus perturbavit, & Canonicos ipſorum ſeu Clericos, omnibus rebus ſuis expoliatos de terra ſua ejici præcepit, & bona eorum confiſcavit. Presbyteros etiam qui parochiis manebant, omnes ejecit, & bona eorum diripuit. Ad cumulum verò totius mali Ingeburgem uxorem ſuam legitimam, reginam ſanctam, omnibus bonis moribus, & virtutibus ornatam, omniumque ſuorum ſolatio deſtitutam apud Stampas in caſtro ſuo recluſit.* Rogerius ad A. D. 1199. *Cnut Rex Dacorum miſit nuntios ſuos Romam ad Innocentium Papam, & conqueſtus eſt ei de Philippo Rege Franciæ qui Botildam ſponſam ſuam ſororem illius injuſtè reliquerat,* &c. *conqueſtus eſt,* &c. *de Willelmo Rhemenſi,* &c. *& Baronibus Franciæ per quos divortium factum fuit, inter ipſum Regem Franciæ & Botildam reginam, poſt appellationem ab ipſa ad Dominum Papam factam.*

* Id eſt Ianuar. 15. A. D. 1200.

*factam. Ad instantiam igitur Cnut Regis Dacorum D. Papa Innocentius dedit in mandatis Petro de Capua Card. & Apostolicæ sedis Legato, ut ipse omnibus modis induceret Philippum Regem Franciæ ad dimittendam adulteram suam, & ad resumendam Botildam uxorem suam, & (ni fecerit) daret sententiam interdicti in Regnum Franciæ.* Idem ad annum 1200. *Eodem anno cum induratum esset cor Philippi Regis Franciæ, nec blandis, nec asperis posset emolliri, ut adulteram suam dimitteret, & legitimam sponsam suam resumeret, prædictus Petrus de Capua Card. & Apostolicæ sedis Legatus, dedit sententiam interdicti in regnum Franciæ, & abiit, præcipiens Clero in virtute obedientiæ, ut nulla divina permitteret celebrari præter baptismata & pœnitentias,* &c. *Cum autem Rex Franciæ in proposito maligno immobilis persisteret, proposuit D. Papa sententiam illam interdicti relaxare, & ipsum Regem Franciæ excommunicare dicens,* Melius * est unus *puniatur* quam tota gens pereat. *Quo audito* Rex Franciæ frequenter misit nuncios suos ad summum pontificem petens, ut sententia interdicti relaxaretur; & quamvis primò & secundò repulsam pateretur, tamen tandem à Domino Papa definitum est (mediantibus nunciis Regis Franciæ) coram D. Papa & Cardd. quod ipse Rex Franciæ adulteram suam dimitteret, & sponsam suam Botildam resumeret, & honorificè sicut Reginam & sponsam suam tractaret; si autem infrà annum voluerit Rex Franciæ divortium fieri inter illos, hoc significabitur Regi Dacorum, & cæteris amicis prædictæ reginæ, ubi & quando Rex voluerit divortium illud fieri, si de jure fieri debeat, ut amici Reginæ interesse possint, & idem scribatur Domino Papæ & Curiæ Romanæ, ut ex parte eorum intersint viri discreti ut tam solenne divortium justè fiat.*

* Alludit ad Ioan. 11. 50.

Complura hîc observanda veniunt. 1. utrinque se gravari partes questas esse; Ingeburgem, quod (insuper habita quam interposuerat *appellatione*) Concilii Gallicani decreto regiâ excedere compulsa esset: Philippum, quod Innocentium appellans à Petro Legato auditus non fuisset, id verò C. *novit ille.* tit. *de appellationibus* excusat Papa quod Petrus senten-

*sententiæ non dictator sed verius executor fuerit.* 2. Innocentium Celestino asperiorem nihil propriè in *Regem*, quem nocentem putabat, sed in *regnum* innoxium statuisse; cum enim sacra sub propria Philippi ditione celebrare vetuisset, eidem liberum reliquit, non absolutè *extra regnum*, sed *extra possessiones proprias* in Vassallorum territorio sacris (si vellet) interesse: hinc Matth. Paris ex Rogerio ad A. D. 1200. *puella Blanca desponsata est apud* Purmor *in Normannia ab Archiepiscopo Burdegalensi, erat enim tunc regnum Francorum interdictum propter Botildam reginam quam Rex Francorum dimiserat.* nec *desponsationem* absente Philippo Rege factam suspicari licet, quandoquidem *convenerant Reges ad colloquium inter* * Gulutune & Butavant 2. *Kal. Iulii, ubi Rex Francorum reddidit Regi Anglorum civitatem Ebroicarum, & totum Comitatum atque terras universas,* † *quæ bello occupaverat in Normannia & aliis terris Regis Anglorum,* &c. *in crastino verò facta desponsatio.* 3. destinato Papam consilio Regi pepercisse, ut eum populorum præter meritum Censuræ subditorum, justo dolore extortis clamoribus, percellendum objiceret. 4. dilatum in *diem vicesimam* à Legato sumptum de *interdicendo regno* consilium, ne in regno deprehensus, quid irati principis indignatio parturiret experiri cogeretur; jam enim extra Francici regni fines constitutus in Burgundico degebat, cum *interdicti sententiam* promulgari passus est; quod rursus capite *Novit ille*, &c. *de officio legati*, excusandum putavit Innocentius Papa, hæc ad Regem scribens, *ex parte tua querimoniam accepimus, quod cum tibi Legatus esset certa ratione suspectus, extra fines regni Francorum in terram tuam interdicti sententiam promulgavit*, &c. *tuæ magnificentiæ respondemus quod etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos suæ Legationis egressus, cum non solum in regno Francorum sed in Viennensi, Lugdunensi, & Bisuntina provinciis, injunctam sibi à nobis Legationis solicitudinem suscepisset.* 5. Legatum (dum suæ securitati prospicit) de alieno periculo parum sollicitum

* Gaillon.

† Fortè *quas.*

ticitum fuiſſe. 6. Vtut de abſtinendo Rege cogitaverit, quid animo agitaret Innocentium nequaquam aperuiſſe; quandoquidem omni *excommunicationis* metu ſolutus Rex de ſola *interdicti* relaxatione, cum eo per legatos egit. 7. Papam durius habiti *regni* pœnitentem de repoſcenda ab uno Rege (quam commeritus videbatur, nec exſolverat) pœna conſilium ſumpſiſſe. 8. nihil à Papa in Ingeburgis gratiam effectum, niſi ut *in integrum* ad tempus *reſtituta* & proximorum conſiliis munita, ad propriam iterum cauſam proſequendam vocaretur. 9. Divortii actionem quam non improbaverat Celeſtinus, nec Innocentio ipſi abſolute diſplicuiſſe; ſiquidem Guillelmi Rhemenſium Archiepiſcopi *ſententiâ ſolummodo propter judiciarium ordinem non ſervatum* (prout nos capite *per venerab.* diſertè monet) *caſſatâ* Philippo Regi liberum fuit coram Danis, & curiæ pontificiæ delegatis inſtitutam pridem adverſus Ingeburgem litem renovare. Quî verò renovata eſt? Rigordum alioſque coætaneos audiamus.

Rigord. Anno Domini 1200. *in Nativitate B. Virginis Octavianus Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus venit in Franciam Legatus, per cujus admonitionem Dominus Rex Ingeburgem uxorem ſuam in qualemcumque gratiam recepit, & ſuperinductam ad tempus à ſe ſeparavit.* Chron. Autiſiod. *A. D.* 1200. *erat in toto regno lugubris Eccleſiæ facies, quia nulla celebrabantur in Eccleſiis Sacramenta vel divina officia, præter viaticum & baptiſma; nec modo in Eccleſiis, ſed & in monaſteriis, ceſſatum eſt à divinis; negabatur mortuis ſepultura; erat igitur ubique per regnum mœſtitia circumfuſa, cum hîc Eccleſiæ ſilerent organa, & ora canentium Dominum clauderentur. Octavianus Oſtienſis Epiſcopus à Domino Papa legatus in Franciam regnum abſolvit, Regem ad hoc inducit, ut Reginam quam expulerat in regnum reducat; non tamen debito honore ſuſceptam nec thoro redditam maritali.* Rogerius. *Eodem anno Octavianus Epiſcopus Card. & Apoſtolicæ ſedis Legatus venit in Franciam miſſus à latere D. Innocentii Papæ, ad cognoſcendum de divortio facto inter Philippum*

*Regem Franciæ & Botildam Reginam sponsam suam, & ut ipse imprimis (ante ingressum litis) compelleret prædictum Regem Franciæ dimittere adulteram suam Teutonicam & resumere Botildam sponsam suam & modo debito tractare: Factum est autem in Vigilia Nativitatis B. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ prædicto Cardinali & Archiepiscopis & Episcopis, & Clero Franciæ convenientibus apud S. Leodegarium in* * Nivelle, *Philippus Rex Franciæ & Botilda Regina, & adultera ejus Teutonica convenerunt illic, & Rex Franciæ admonitione præfati Cardinalis & consilio suorum dimisit adulteram suam & Botildam sponsam suam recepit, & statim conquestus est de ea Cardinali dicens, quod ipse eam de jure habere sibi in conjugium non debet, quia multum erant affines in consanguinitate; & hoc probare modis omnibus præsto erat; & ideò petebat divortium inter illos fieri, statuit ergo eis prædictus Cardinalis spatium sex mensium, & sex hebdomadarum, & 6. dierum, & 6. horarum, à vigilia illa nativitatis B. Mariæ ad deliberandum super hoc, & locum placitandi statuit eis, apud* Sessuns *electione Reginæ Botildæ, eodem die scilicet in Vigilia Nativitatis S. Mariæ, postquam Rex Franciæ adulteram suam dimiserat, & Botildam sponsam suam receperat, statim relaxata est sententia interdicti Ecclesiarum de regno Franciæ, & pulsatis Campanis facta est lætitia magna in Clero & populo, quia interdictum illud jam duraverat plusquam per triginta hebdomadas*, &c. duraverat scilicet à Ianuarii 15. ad Septembris 7. per menses 7. dies 24. sive per hebdomadas 33. dies 5. Agnetem verò *adulteram* vocat; non quod revera vel fuerit, vel esse potuerit, quæ soluto per *Censuram Ecclesiasticam* priore Regis matrimonio solenni more *nupserat*; sed quod *adulteræ* loco, ab Ingeburge & Danis habita sit; ejusdem certè qui *adulterii* ipsam insimulare ausus est judicio *adultera* dici non debuit, cujus necdum cognita ad plenum causa fuerat, si quidem *ad cognoscendum de divortio* Octavianus missus Regi qui eam *superduxerat*, & Ingeburgi diem dixit. Rex verò post Octaviani legati adventum, nec Agnetem à se in perpetuum, sed *ad tempus*

* Iveline in Montisfortis Comitatu.

Soissons.

*tempus separavit*, nec Ingeburgem pro legitima conjuge habuit, aut thoro reddidit; sed *ad qualemcunque gratiam recepit* eam sibi quæ non modo *affinis* (quod Rogerius scripsit) sed *consanguinea* esset conjugem habere non licere statim protestatus.

Rigordus. *Tunc verò* (id est *post mensium, hebdomadum, dierum, horarum sex, inducias*) *convocatum est Concilium Suessionis ab Octaviano & Ioanne de S. Paulo presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legatis; cui interfuit Philippus Rex cum Archiepiscopis, Episcopis, & totius regni principibus, mense Aprili tractatum fuit * per* XV. *dies de matrimonio Ingeburgis reginæ confirmando, vel separando. Post varias & multas disputationes Iurisperitorum, Rex (longa mora tædio affectus) relictis ibi Cardinalibus & Episcopis, cum Ingeburge uxore sua summo manè, ipsis insalutatis, recessit; mandans illis per nuncios suos quod uxorem suam secum ducebat, sicut suam; nec separari tunc ab ea volebat. Quo audito solutum est Concilium, stupefactis Cardinalibus & Episcopis, qui ad divortium faciendum convenerant: & tunc Ioannes de S. Paulo cum nimia erubescentia penitus † recessit. Octavianus autem in Francia remansit & sic Philippus Rex, hac vice manus Romanorum evasit.* Historiam paululum variat Rogerius. *In medio* (inquit) *quadragesimæ mense Martio Philippus Rex Franciæ & Botilda regina uxor ejus, convenerunt cum partibus suis, apud* Sessuns *coram Octaviano Ostiensi Episcopo à Domino Papa judice delegato, ex parte autem prædictæ reginæ interfuerunt ibi Episcopi & alii honesti viri & discreti, missi à Cnut Rege Dacorum fratre prædictæ reginæ, & ante ingressum litis petiverunt à Rege Franciæ securitatem liberè respondendi & allegandi, & à terra sua recedendi; & his concessis Rex Franciæ constanter petebat divortium fieri inter ipsum & Botildam sponsam suam, dicendo quod ita affines erant in consanguinitatis linea, quod eam de jure non deberet cognoscere, Ad hoc responderunt nuntii Regis Dacorum*: Nos cognovimus, audivimus, & vidimus quod cùm venerabiles viri, nuncii vestri, quos excellentia vestra misit ad dominum nostrum Cnut Re-

A. D. 1201. April. 18. fer. 1.

* Ad Maii 2.

† Fortè *penitus*.

gem Dacorum pro matrimonio contrahendo, inter vos & Botildam ſororem ſuam, eſſent in præſentia illius, & proponerent quod deſiderio deſideraſtis ducere vobis in uxorem Botildam, regiæ ſtirpis egregiam puellam ſororem ſuam, & eam conſtanter petiiſſent vobis tranſmitti, Dominus noſter Cnut Rex Dacorum hoſtium ſuorum magnificus triumphator, cui nemo impunè reſiſtit, communicato magnatum regni ſui conſilio, dignum judicavit petitionem veſtram exaudiri; juraverunt ergo prædicti nuncii veſtri, in animam veſtram, juraveruntque in animas ſuas, quod vos præfatam Botildam, ſtatim ex quo ipſa fines regni veſtri intraret, eam vobis deſponſari, & in Reginam coronari faceretis, & eam ſicut Reginam & ſponſam veſtram honorificè tractaretis, quamdiu vos duo vixeritis, & ſuper hoc miſiſtis Domino noſtro Regi Dacorum chartam veſtram quam hic præ manibus habemus; habemus etiam Chartas magnatum veſtrorum qui hoc idem juraverunt. Et quia vos (ſecus quam magnates veſtri juraverunt) præfatam Botildam Reginam ſponſam veſtram tractaſtis, nos appellamus eos de perjurio, & fide læſa, coram D. Papa; appellamus etiam ad D. Papam à judice iſto D. Octaviano Oſtienſi Epiſcopo qui nobis ſuſpectus eſt, utpotè qui conſanguineus veſter eſt (ut dicit) & cauſam veſtram nimio favore proſequitur. *Similiter & ipſa Botilda Regina appellavit pro ſeipſa, à judice illo ad Dom. Papam. Octavianus igitur Oſtienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, audiens quod appellatum eſſet ab eo ad ſummum pontificem, dixit ad Nuncios Regis Dacorum*, expectate donec Collega meus quem aſſociavit mihi D. Papa veniat, qui in proximo venturus eſt, & quod ab eo judicatum fuerit recipite. *Illi autem abierunt dicentes*, Appellavimus. *Poſt triduum venit ille alius Legatus de cujus ſanctitate & juſtitia D. Papa plenam habebat fiduciam, & ſedens pro tribunali, nullam invenit cauſam quare divortium fieret inter Philippum Regem Franciæ & Botildam Reginam ſponſam ſuam;*

Quæ conſanguinitas illa fuerit divinet qui poteſt.

*&*

*& cum ille ſuper hoc vellet dare definitivam ſententiam contra Regem Franciæ; Rex Franciæ inde præmunitus ante ſententiæ pronunciationem abiit, & duxit ſecum Botildam Reginam uxorem ſuam, & poſuit eam in arctiori cuſtodia.*

Cum anno 1201. (quo Paſcha *Martii* 25. celebratum) *media Quadrageſima* in *Martii* 4. inciderit, nec probabile ſit *ſeptem* ferè ſeptimanis ſeu *diebus* 46. antequam præſtituta ab Octaviano legato dies illuxiſſet, conventum habitum; vel memoria lapſum Rogerium, qui datas *ſex menſium*, totidemque *hebdomadum*, *dierum*, *horarum*, inducias à *Septembris* 7. inchoandas, ſcripſerat fuiſſe; vel Philippum, Ingeburgem, Octavianum, longè antequam neceſſe eſſet Sueſſionas confluxiſſe, ibidemque diutius Danicam legationem & Cleri Gallicani adventum expectaſſe oportet: difficile etiam eſt quomodo Octavianus Philippi Regis conſanguineus fuerit capere; ſed fortè priorem Sueſſionas veniſſe, *divortium* probare paratum, Ingeburgi & Danis ſuſpicionem feciſſe; à Collega Regi iniquiore ſive revera, ſive in ſpeciem diſſenſiſſe verum eſt; *Cum de matrimonio Ingeburgis vel confirmando vel ſeparando per* XV *dies tractatum* fuiſſe; *Cardinales & Epiſcopos ad divortium faciendum conveniſſe*, Ioannem de S. Paulo Legatorum alterum *(remanente in Francia* Octaviano collega*) cum nimia erubeſcentia penitus receſſiſſe*, conceptis verbis ſcribat Rigordus; unde enim tanta Ioanni *erubeſcendi* cauſa, niſi ex immoderato, ſive oſtentandæ poteſtatis ſive venditandæ operæ ſtudio, nimioque in Regem rigore, qui *Romanorum manus evaſiſſe* viſus eſt, dum Ioannis ſpes fruſtratus, *corvum* quodammodo *deluſit hiantem?*

Rogerius. ] *Eodem anno obiit Teutonica filia Ducis de* Geneſt, *uxor Philippi Regis Franciæ, quam Papa Innocentius in literis ſuis* adulteram *nominabat*; Rigordus. *eodem anno antequam Octavianus Legatus Romam rediret Maria ſuperinducta (Domino vocante) viam univerſæ carnis ingreſſa eſt de qua Rex Francorum ſuſceperat*

 *filium*

*filium nomine Philippum & filiam nomine Ioannam. Quinque enim annis (contra legem, & Dei decretum) eam habuit & tenuit, post mortem verò ipsius Mariæ, ad petitionem Regis Francorum Innocentius Papa tertius infantes prædictos legitimos hæredes esse mandavit, & postmodum literis suis confirmavit, Quod factum eo tempore pluribus displicuit.* Sic inopinata in Agnetis (quam ex errore *Mariam* vocare pergit Rigordus) dormitione redintegrandæ cum Ingeburge gratiæ oblata Regi occasio est, quam licet ut amplecteretur à se (nisi tempore intercedente) impetrare non potuit; posteà tamen (& remittente pristini doloris sensu, & Agnetis evanescente desiderio) tenuit. Sed hic nonnulla in transcursu observanda sunt, 1. Si (quod Rogerius asseverat) *adultera* Agnes Innocentio dicta est, ex aliorum hypothesi locutus est, non ex sua, quandoquidem *comprobata* (quod indubitatæ veritatis fuisse, & difficultate caruisse docuimus) Ingeburgis *consanguinitate*, eam *Regis conjugem non fuisse*, & per consequens aliam (Agnetem nimirum) Regi *legitimè copulatam* videri; capite *Per venerabilem* confessus est. 2. Temerè (si Canonum rationem ullam habeamus) falsoque *contra legem, & Dei decretum*, Agnetem à Rege desponsatam, domoque ac thalamo receptam pronunciat Rigordus; cum (Innocentio ipsomet auctore) *comprobata* per Guillelmum Rhemensem, Clerumque Gallicanum Ingeburgis *consanguinitate*, legitimè *copulata* fuerit Agnes; nec unquam ab Innocentio Celestinoque proximo decessore absolutè damnata est ejus *copulatio*; sed *cassata solummodo propter judiciarium ordinem non servatum*, *Archiepiscopi* Rhemensis *sententia*; ter deputati à sede Romana cognitores, quorum primi & postremi nihil (sive consulto, sive casu) pronunciaverunt. 3. *Ioannam* nullam Philippo Regi ex Agnete natam sed *Mariam*, quam Philippus Namurci Marchio, ac exinde Henricus I. Brabantinorum Dux conjugem habuerunt; Alexander Guillelmi Scotorum Regis filius, Arturus Britannorum cisinari-

norum

norum Dux, & Petrus II Aragonum Rex ambierunt. 4. susceptos; Innocentius, ex Agnete à Philippo Rege liberos *legitimos esse mandavit*, natalium statum non mutando, sed *declarando*, idque non suo motu sed *ad petitionem* nulla ad *petendum* necessitate adacti Regis, quem *superiorem in temporalibus minimè recognovisse*, imò *per seipsum* (si Agnete oriundos spurios credidisset, *non tanquam patrem cum filiis sed tanquam principem cum subditis*) *potuisse dispensare* ipsemet spontè laudato sæpius capite professus est. 5. Quod à Papa *ad Regis petitionem* factum est, *multis displicuisse*, non quod Franci (qui *computata consanguinitatis linea, per censuram Ecclesiasticam separatum* Ingeburgis *matrimonium* noverant ad unum omnes) Agnetis post *separationem* illam solenni more ductæ liberos, à quocunque *legitimos* haberi, & dici improbarent; sed quod *læsam* à Rege imprudente Majestatem propriam, nec sine noxa decussum summum principatus apicem, alienam (in re quæ tota *regii juris* erat) opem implorando, putarent: nec dignitati propriæ *derogasse* negavit, ille ipse cujus tiaræ diadema substravisse videbatur Philippus; eundem *sine juris alterius læsione in eo se jurisdictioni pontificiæ subjicere potuisse* scribens; si quidem *sibi* propriè non *aliis* nocet, quem propriæ dignitatis quomodocunque oblivio capit. Hinc autem quid de venditata à Romanæ sedis assentatoribus, ejusdem *in temporalia omnia potestate* Franci nostri seculo XII & XIII ineunte senserint, judicare facile est, si enim Innocentium de regiorum liberorum statu (Rege patre rogante) sententiam dicere *non placuit*, quanto minus eundem *de deponendis à regno principibus* cogitare *placuisset*?

Idipsum ex proximè sequentis anni historia certius constare potest, *Anno domini* 1202. (inquit Rigordus) *infra* 15. *dies post Pascha* * *Rex Francorum collecto exercitu Aquitaniam intravit, & adjunctis sibi in auxilium Pictavensibus, & Britonibus, multas munitiones cepit: & tunc Philippo Regi Comes de Alencione confœde-*

* April. 28. Pascha enim in April. 14. incidit.

*confæderatus est, & totam terram suam Regi tradidit custodiendam. Reversus verò in Normanniam cum exercitu suo Conchas cepit, & Insulam Andelici, & vallem Ruelii. Sed dum hæc in Francia agebantur Innocentius Papa* III *misit Abbatem de Casamarii ad Regem Francorum & Regem Angliæ pro pace inter eos reformanda. Qui (de mandato D. Papæ adjuncto sibi Abbate Trium fontium) mandatum Apostolicum utrique Regi proposuerunt, præcipientes quod convocatis Archiepiscopis, Episcopis, totiusque regni principibus, salva utriusque Regis justitia pacem facerent, & Abbatias monachorum seu monialium, & alias Ecclesias propter guerras eorum destructas, ad pristinum reformarent statum. Audito apud Medontam hujusmodi*
Augusti 22. *mandato, in octavis Assumptionis B. Virginis Mariæ à Domino Rege appellatione interposita convenientibus Episcopis, Abbatibus, & Baronibus, ad examen summi pontificis hujusmodi causam revocaverunt.* Iusta *delegationis* hujusmodi causa videri poterat, quid enim sibi Christianæ pacis procuratione optatius esse putent piæ mentes? ne quid tamen de summa Francici principatus dignitate à Romana Ecclesia quomodocunque delibatum quisquam causaretur, noluit Rex, noluere Franci, delegati ab eadem Abbatis mandata suscipere; frustrà se *Iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare aut minuere*, seu *de feudo cujus ad* Regem *spectaret judicium judicare non intendere; sed decernere de peccato, cujus ad se pertineret censura; posse* se *super quolibet criminali peccato procedere; deque juramenti religione cognoscere;* nec *injuriosum sibi regiam dignitatem reputare debere, si se super hoc Apostolico judicio committeret*; Francorum Prælatis, Capite *novit ille* tit. *de judicii* protestante Innocentio Papa, aliud enim Regi regnoque persuasum fuit; nec quod ultimo loco Casæ Marii Abbati in mandatis datum fuerat, ut *nisi Rex pacem cum Anglo reformaret, aut pateretur ut Abbas idem & Archiepiscopus Bituricensis de plano cognoscerent, utrum justa esset quam contrà eum proposuerat Rex Anglorum querimonia; juxtà datam sibi formam procedere non omitteret*; admittere nequaquam dignati, à bello perse-

persequendo, ne ad momentum, destiterunt, sed Ioannem tota Normanniæ, Andegaviæ, Turonicæ & Pictaviæ possessione (Roma vidente, nec reclamare aut minari ausa) in perpetuum depulerunt; nec hilum profuit Casæ Marii Abbatis *delegatio*, quæ cum Petri Capuani Cardinalis præcedanea legatione confundenda non est, nec sequenda rursus Capitis *Novit ille*: titulo *de judiciis*; depravata à Collectore Decretalium lectio; ubi enim, *nisi forsitan ipse coram nobis vel delegato nostro*; & paulò post, *dilecto filio Casæ Marii Abbati dedimus in præceptis*, scripserat Innocentius; hic interpolato textu, *coram nobis vel legato nostro*, Item, *legato nostro dedimus in præceptis* scripsit, quò facilius lectoribus incautis imponeret, *Abbatem* cum *Cardinali diacono*; *Legatum*, qui anno 1199. toto ante Agnetis reginæ dormitionem biennio in Concilio Divionensi de ponendo sub interdicto regno decretum condidit, cum *delegato* (cui anno 1202. ab Agnetis dormitione proximo adversus Regem regnumque ne hiscere quidem licuit) in unum compingendo..

Concors post hæc Ecclesia Romana cum Philippo Rege semper fuit, nec ex clero quisquam se in eam necessitatem devenisse questus est, ut ei obluctari cogeretur. Quod cum apud omnes etiam regio nomini infensiores in confesso sit; si quas ob *repudiatam* anno 1193. Ingeburgem, & *superductam* solido post biennio Agnetem Romanis pontificibus pœnas dedit, eas ante annum 1201. quo vivis excessit Agnes passus, nec extrema unquam anathematis pœna plexus est; cujus solius occasione appositam olim Actis *regnante Christo* formulam, scribunt quibus somniare suave est, nec si plexum demus, *exregem* ideò factum fuisse necesse est; Quanto minus durante *interdicto*, sub quo (ejus causa) Francia bis posita est, avulsum regni gubernaculis credere fas est? esto itaque novus adversus enatæ nudiustertius sententiæ patronos titulus.

## III. *Philippum Regem, quamdiu Francia ſub interdicto fuit, regni clavum nunquam abjeciſſe.*

PEtrum de Duaco Cameracenſis Eccleſiæ Epiſcopum deſignatum anni 1199. Majo menſe *ab Hugone* d'Amelencourt *captum & propter ejus captionem* poſitam à Petro Capuano legato ad trimeſtre tempus ſub interdicto Franciam diximus : Interdicta igitur Iunio, Iulio & Auguſto menſibus fuit, quo toto tempore à clavo nunquam abſceſſit Philippus Rex. Rigordus ad A. D. 1199. *Alienordis quondam Angliæ regina apud Turonis Philippo Regi fecit hominium pro Comitatu Pictavenſium, qui jure hæreditario eam contingebat; & tunc Rex adduxit Arturum ſecum Pariſios 5. Kal.* * *Auguſti, tertia verò die ſequenti, videlicet 3. Kal. Auguſti Eccleſiam B. Dionyſii humiliter cauſa peregrinationis adiit ubi in pignus charitatis & devotionis pallium ſericum Deo & Beatis Martyribus humiliter ſuper altare obtulit.* Rogerius ad eundem annum, *Philippus Rex Franciæ fecit Arturum Ducem Britanniæ militem & homagium ſuum recepit*, &c. *In craſtina aſſumptionis ſanctæ Mariæ Colloquium inter Regem Angliæ & Regem Franciæ.* Matth. Paris ad A. D. 1199. *Inſtante deinceps feſto B. Ioannis Baptiſtæ* † *quo ejus Nativitas celebratur in Normanniam transfretavit Ioannes Rex, & cum veniſſet Rothomagum confluebat ad eum multitudo equeſtris exercitus & pedeſtris, quos in ſervitio ſuo omnes lætus retinuit. Deinde habitum eſt Colloquium inter Regem Francorum & ipſum, in quo ſtatutæ ſunt induciæ uſque in craſtinum Aſſumptionis B. Mariæ, ut medio tempore de pace tractarent*, &c. *Eodem tempore Rex Francorum Arturum Comitem Britanniæ cingulo militari donavit in craſtino Aſſumptionis B. Mariæ & idem Arturus continuò fecit homagium Regi Francorum de Andegavia, Pictavia, Turonica, Cenomannia, Britannia & Normannia, & Rex promiſit Arturo fidele auxilium ſuum ad hæc omnia perquirenda. Deinde Reges ſæpè dicti die ſequenti conveniunt ad Colloquium inter*

Buta-

*Turonis* Rigordo indeclinabile vocabulum.

* Iul. 28. & 30.

Auguſti 16.

† Iunii 24.

Auguſti 16.

Butavant *castellum &* Wailim * *ubi segregatis omnibus utriusque regni magnatibus collocuti sunt ore ad os, quasi unius horæ spatio, nemine præter ipsos duos eorum colloquium audiente; In quo colloquio petiit Rex Francorum ad opus suum, totum Vegesinum* †, *id est quicquid continetur inter forestam Lunis* ‡ *& Sequanam ex una parte, & riveras de* Andeli, *& de* Cethe, *ex altera; dicens quod Gaufridus* Plantagenest *Comes Andegaviæ avus ejus dederat illud Ludovico Grosso pro auxilio suo habendo contrà Regem Stephanum, in Normanniam acquirendo. Postulavit prætereà ad opus Arturi Pictaviam, Andegaviam, Cenomannicam, Turonicam, & Normanniam, & alia multa quæ Rex Ioannes concedere noluit, nec debuit; & sic soluto colloquio discordes ab invicem recesserunt: Requisitus igitur à suis Rex Francorum, quarè se adeò iratum exhibuit adversus Regem Ioannem, qui nunquam illi malum fecerat, respondit, quod sine licentia ejus occupaverat Normanniam, & cæteras terras supradictas, cum imprimis mortuo Rege Richardo debuerat ad eum venisse & de jure suo illi homagium obtulisse: Recedente in hunc modum Francorum Rege, Willelmus de Rupibus vir nobilis Arturum callidè de custodia Regis Francorum eripiens pacificavit eum cum Rege Anglorum, tradens eidem Regi Cenomaniæ civitatem, quam Rex Francorum prædicto Willelmo in custodia tradiderat cum Arturo. Sed die eadem dictum fuit Arturo quod Rex Anglorum ipsum caperet, & perpetuo carceri manciparet: undè idem Arturus denuo ad Francorum Regem latenter recessit,* Matth. Westmonasteriensis A. D. 1199. *Constantia mater Arturi ipsum Regi Francorum commendavit custodiendum.* Toto ergo prioris interdicti tempore, tantam regni curam quantam Majorum quivis habuit, Wassallos *militari cingulo* donavit, eorum *hominia* suscepit, de *pace belloque* tractavit, *inducias* pepigit, eorum quæ domorum religiosarum decorem spectare videbantur memor, Dionysianum monasterium donariis cohonestavit, nec quisquam repertus est, qui congressum ejus aut convictum vitandum putaret, aut imperia detrectaret.

* Gaillon.
† Vexin.
‡ Lions.

Anno rursus 1200. Ianuarii 15. promulgato Divionensis

conventus decreto, Francia, *per* 33. *septimanas interdicto* subjacuit; nec protinus, vel seipsum deseruit Philippus, vel à subditis desertus, ullum Regiæ potestatis detrimentum sensit: Rigordus ad A. D. 1200. *Mense Majo in* * *Ascensione Domini, pax reformata est inter Regem Francorum Philippum, & Ioannem Angliæ Regem inter Vernonem & insulam Andeliaci. Qualiter aut quomodo inter eos sit illa pax confirmata vel terra inter eosdem fuerit divisa, authenticis instrumentis ab ipsis confectis & sigillatis plenius continetur. Porrò sequenti feria secunda Ludovicus Regis Francorum unigenitus duxit uxorem in eodem loco Blanchiam filiam Hildefonsi Regis Castellæ, neptem Ioannis Regis Angliæ, & pro illo matrimonio Ioannes Rex Angliæ, quittavit omnes munitiones & civitates & castella & totam terram quam Rex Francorum ceperat, Ludovico prædicto & hæredibus suis in perpetuum; & post decessum suum totam terram cismarinam, si sine hærede legitimo ipsum mori contingeret, omni contradictione postposita eidem Ludovico concessit.* Rogerius. *Convenerunt Reges ad colloquium inter* Butavant *&* † Guletum 11. *Kal. Iunii feria* 2. *Ioannes devenit homo Philippi Regis* 10. *Kal. Iunii feria* 3. *desponsata Blanca Ludovico apud* Purmor *in Normannia: regnum enim Franciæ erat tunc temporis sub interdicto propter Botildam reginam, quam Rex Franciæ dimiserat; Colloquium apud Vernon.* Robertus de Monteappend. ad Sigebertum *anno* 1200. *Ioannes Rex Anglorum pacem fecit cum Philippo Rege Francorum hoc modo. Dedit illi triginta millia marcarum argenti, tria quoque castella in Biturico, Castellum Radulphi de Doloribus, Isodunum & Crasscianni; partem quoque Normanniæ quam præfatus Philippus Rex occupaverat & in pace dimisit, videlicet Gisortium, Vernonem, Gaillonium, Paceïum, Vrbem Ebroicensem cum omnibus pertinentiis suis, Ibreium, & Nonancurtum. Neptem quoque suam filiam Regis Castellæ, honestissimam corpore & moribus Virginem Blancam nomine, Ludovico filio præfati Regis Francorum in conjugem dedit, hebdomada Dominicæ Ascensionis. Eodem quoque die*

Marginal notes: * Maii 18. — Anno 1187. Sept. 5. fer. 6. natus. — † Gaillon. — Maii 21. fer. 1. 22. fer. 3. — Chasteauraoul de Deols.

*die Philippus Rex Francorum Ioanni Regi Anglorum reddidit Arturum nepotem suum principem Britonum, qui hominium patruo suo Ioanni Regi fecit, & Britanniæ Armoricanæ Ducatum ab eo accepit.*

Matth. Paris. *anno gratiæ*, 1200 *Rex Francorum Philippus, & Rex Anglorum Ioannes, post festum S. Hilarii inter* Wailun *&* Butavant *castella ad colloquium convenerunt. Vbi convenit inter eosdem Reges, cum consilio principum utriusque regni, quod videlicet Lodowicus filius Regis Francorum & hæres, duceret uxorem filiam Aldephonsi Regis Castellæ & neptem Regis Ioannis; & Rex Anglorum pro hoc matrimonio contrahendo daret Lodowico cum nepte sua nomine Blanca, in maritagio civitatem Ebroïcarum, cum toto Comitatu, & insuper triginta millia Marcarum argenti, petiit prætereà Rex Francorum ab Anglorum Rege ut faceret sibi securitatem, quod nullum Ottoni nepoti suo faceret auxilium, neque hominibus, neque pecunia ad imperium obtinendum; dictum est enim quod Dux Suaviæ Philippus per convenientiam Regis Francorum & auxilium, præfatum Ottonem persecutione gravissima infestabat; nec propter excommunicationis sententiam qua fuerat à Papa innodatus, ab ejus impugnatione cessabat. Denique inter Reges (ut præmissum est) fœdere confirmato, terminum ad sequens festum S. Ioannis Baptistæ statuerunt, ut tunc ea quæ prælocuta sunt irrefragabiliter sortiantur effectum. Sicque soluto colloquio Rex Ioannes sperans se per hoc matrimonium diutina pace gavisurum, misit matrem suam Alienor Reginam propter puellam memoratam, ut salvo conductu cum ipsa ad terminum præfixum rediret*, &c. *His ita gestis rediit Alienor Regina cum præfata puella Lodowico maritanda, & eam Anglorum Regi præsentavit; deinde Reges conveniunt ad colloquium inter* Gulutune & Butavant 11. *Kal. Iunii, ubi Rex Francorum reddidit Regi Anglorum civitatem Ebroicarum, & totum Comitatum atque terras universas quas bello occupaverat in Normannia, & aliis terris Regis Anglorum, & Rex Ioannes in continenti inde fecit homagium Regi Francorum; &*

 *sic*

*ſic dedit univerſa illa Lodowico cum nepte ſua in maritagio, & homagium inde à Lodowico ſuſcepit. Quo facto puella in craſtino deſponſata eſt Lodowico apud* Purmor, *in Normannia, ab Archiepiſcopo Burdegalenſi. Erat enim tunc regnum Francorum interdictum propter Botildam Reginam quam Rex Francorum dimiſerat; Atque protinus poſt deſponſationem Lodowicus duxit Pariſios ſponſam ſuam in lætitia & exultatione tam cleri quam populi utriuſque regni.* Matth. Weſtmonaſterienſis A. D. 1200. *pax facta eſt inter Ioannem Regem Angliæ & Philippum Regem Francorum*, &c. Valſingham. ad A. D. 1200. *facta pax & homagium à Ioanne*, &c. Regni itaque ſolito more ( tantiſperdum *interdictum* duravit ) commodis providit, belli paciſque ex æquo arbiter, ſumma cum auctoritate fœdera percuſſit, Vaſſallis concordiæ leges dixit, vicinos piâ curâ protexit; ſubditos omnes in officio continuit, morigeros fovit, obniti auſos compeſcuit, quod ſuo damno, ( ferente, nec vindicem ſe profitente Papa ) experti ſunt, quotquot *de interdicendo* regno conſilium cum Petro Legato ſumpſerant.

## IV. *Interruptum durante interdicto conſignandorum Philippi Regis annis Actorum, morem nequaquam fuiſſe.*

SVmmam quam ( ab initio ad avitum ſolium evectus) jure ſucceſſionis nactus erat, poteſtatem, Philippum Regem conſtanter tenuiſſe ex ſuperioribus liquet; ejuſdem nunc ipſum (durante *interdicto*) exercendæ jure nunquam excidiſſe probandum ſupereſt; ac ne quis populos ſervili ut plurimum ingenio præditos, *ſubacta jugum cervice* patienter tuliſſe cauſetur; ab exterorum quibus Regum noſtrorum poteſtatem abjudicare liberum ſemper fuit, magnatumque & Cleri quos Regia benignitas liberali jamdudum cauſa manu aſſeruit, profeſſionibus argumenta petenda ſunt. Charta Ioannis Anglorum Regis, *Ioannes Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ,*

*Dux*

*Dux Normann. Aquit. Comes Andegav. omnibus ad quos præsens Charta pervenerit salutem, Noverits quod hæc est forma pacis factæ inter Dominum nostrum Philippum, illustrem Regem Francorum & nos*, &c. *Quod ut perpetuum robur obtineat præsentem paginam sigilli nostri auctoritate roboravimus. Actum apud Guleton. anno ab Incarnatione Domini* 1200. *mense Majo.* ab interdicti promulgatione 4. Charta Amalrici Glocestriæ Comitis. *Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod ego Amalricus Comes Glocestr. Domino Philippo, illustri Regi Francorum, & hæredibus de propria voluntate mea, & de mandato Domini mei illustris Regis Angliæ, in præsentia ipsorum Regum, & Baronum suorum, quittavi Civitatem Ebroic.* &c. *Actum Goleton. anno incarnati Verbi* 1200. *mense Majo.* Charta Balduini * Albæmarlæ Comitis. *Ego Bal-* * Aumale.
*dewinus Comes Albæmarlæ, notum facio universis ad quos præsens scriptum pervenerit quod ego (de mandato Domini mei illustris Regis Angliæ) juravi super sanctas Reliquias, quod si ipse Philippo, illustri Regi Francorum non tenet pacem, sicuti charta sua quam idem Rex Francorum habet, testatur; Ego infra primum diem competentem priusquam exinde supermonitus fuero, continebo me super hujus erga dictum Regem Francorum secundum tenorem chartæ super illa pace facta à Domino Rege Anglorum, Quod ut firmum sit & stabile, sigillo meo confirmo. Actum Goleton. anno incarn. Verbi* 1200. *mense Majo.* Charta Manasserii Mali vicini & aliorum de Ibriaci Ivry.
forteritia. *Ego Manaserius Malus vicinus, & ego Petrus Malus vicinus, & ego Rogerius de Maula, & ego Philippus de Blaru, & ego* Maule.
*Guido Malus vicinus, & ego Petrus de Richebore, Notum facimus præsentibus & futuris nos Domino Philippo Regi Franc. promisisse*, &c. *Quod ut ratum sit & firmum præsentem paginam sigillis nostris signavimus. Actum anno* 1200. *mense Iulio.* à promulgato interdicto sexto. Charta Odonis III Burgundiæ Ducis *Ego Odo Dux Burgund. notum facio universis ad quos præsens scriptum pervenerit, quod de placito inter Herveum Comitem Autisiod. & Guill. de Chanlita, si idem Guillelmus defecerit de recto in Curia*

*Domini*

*Domini regis mei Philippi, illustris Francorum Regis*, &c. *Actum Senon. anno gratiæ* 1200. *mense Ianuario*, quo promulgatum interdictum. ex quibus omnibus Philippum Regem durante *interdicto Curiam* (more solito) tenuisse, *Regiasque* omnes functiones adimplevisse, à principibus vicinis pro *verò Rege*, à subditis pro *legitimo Domino*, constanter habitum fuisse conficitur. Sed cleri nunc professiones audiamus.

* Ordin. S. August.

Pleni pedis in Biturigibus * conventus cum Rege (cujus occasione Francia interdicto subjacebat) pacisci, tutelaremque eidem associationem, vulgo *droit de pariage* offerre (quod sequens charta confirmat) nequaquam renuit. *Ego Stephanus Abbas, totusque Plenipedensis Ecclesiæ conventus, notum facimus universis, ad quos præsens Charta pervenit, quod nos Dominum Regem Franciæ Philippum, & Reges Franciæ successores ipsius, associavimus*, &c. *Concessit autem Dominus Rex nobis, quod ipse extrà manum suam, hæc non mittet; sed personæ suæ propriæ, & Regibus Franciæ successoribus suis, semper adhærebunt. Quod ut perpetuum robur obtineat præsentem chartam sigillo nostro fecimus confirmari, teste Nicolao priore S. Fulgentii, Nicolao priore de Coloberio. Galterio priore nostro, Capellano, Helia de Coloberio. Stephano Clerico de Coloberio. Actum apud Dunum anno gratiæ* 1200.

Dun le Roy.

Rursus Aurelianensis Ecclesiæ Episcopus & Capitulum, quod Rex pendente *interdicto* voluerat, pro lege se habere professi, chartis suis (adversus eorum somnium qui tantisper dum vel *Rex* abstentus est, vel *regnum interdictum* acta omnia sola *Regnante Christo* formula consignanda esse putant) annum *Regis* ejusdem *Vicesimum secundum* uno consensu apposuerunt. Charta Episcopi: *Hugo Dei gratia Aurelianensis Episcopus, omnibus in Domino salutem. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quod Rex voluit*, &c. *Actum apud Capellam anno gratiæ* 1200. *regni sui anno Vicesimo secundo. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri munimine fecimus roborari.* Charta capituli: *Ericus Decanus, & universum Capitulum S. Crucis Aurelianensis, omnibus*

*omnibus in Domino salutem. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quod Rex voluit*, &c. *Actum apud Capellam anno gratiæ* 1200. *regni sui vicesimo secundo. Quod ut perpetuum*, &c. Aliis alia exempla occurrent.

## V. *Guillelmi Neubrigensis de Philippi Regis divortio judicium, ejusdemque ἀνάκρισις.*

POterat, quæ in vicinia (ipso vivo ac propemodum vidente) gesta sunt, ex vero scribere nisi ipsum implacabile in Philippum Augustum odium transversum egisset, qui ad annum 1197. maledicam historiam perduxit Guill. Neu- Lib.4.c.26.
brigensis; quantum is affectui indulserit videamus. *Rex* (inquit) *Francorum missis ad Regem Danorum viris honoratis, germanæ ejus laudatissimæ virginis, nuptias solenniter expetivit; Rex autem Dacorum magnificè legatos suscipiens, petitionem quoque de optimatum suorum consilio libenter amplexus est; &* quid (*inquit*) Dominus vester vult sibi dari dotis nomine? *Illi verò (prout in mandatis acceperant)* Antiquum (*inquiunt*) jus Regis Dacorum in regno Anglorum, & ad hoc assequendum, classem exercitumque Daciæ in annum, *Tum ille*, Rem (*inquit*) difficilem postulat veruntamen deliberabo, an concedi debeat; *Cumque super hoc regni sui inclitos seorsim consuleret, responderunt*, satis nobis negotii est contrà Paganam & nostris vicinam finibus gentem Wandalorum, illisne ergo dimissis, hostiliter aggrediemur Anglorum gentem Christianam atque innoxiam, duplici nosmetipsos periculo immergentes? nam si Anglos aggredimur, ferocissimis qui juxtà nos sunt barbaris fines nostros exponimus, porrò Anglorum gens magna & valida, opibusque famosa, propriæ vel saluti, vel libertati, contra omnem vim externam tuendæ sufficere creditur; proinde aliud petat Rex Francorum (si voluerit) dotis nomine; cum tu, Rex, non debeas cum propriæ gentis periculo germanæ

tuæ honorabiles nuptias providere. *Placuit Regi sobrium consilium, jussitque legatos aliud dicere, si quid haberent, illi verò expirante conditione primâ decem marcarum argenti millia petiverunt. Ad hæc Rex magnanimus* Rem (*inquit*) Rex Francorum, à Rege Danorum nunc petit pertenuem, ratione negotii & personarum; petitionem ejus gratè suscipimus, & votum maturè implebimus. *Tunc pactis initis, & Sacramento à Legatis præstito, pro completione pactorum ornatam (ut decuit) cum summa postulata, tradit virginem; de suis honoratos quosdam qui prosequerentur eam usque in Franciam direxit: Rex autem Francorum occurrit ei Ambianis, ibique solenniter nuptiali sibi fœdere copulatam etiam thoro accivit. Verum post initi fœderis (ut dicitur) noctem unam (incertum unde offensus) abjecit eam, rem planè faciens non tantum illicitam, sed etiam personæ Regiæ multum indecoram. Causæ sanè pudendæ levitatis hujus variæ assignantur; dicunt enim quidam, quod propter fœtidum oris spiritum; alii quod propter latentem quamdam fœditatem, repudiaverit eam; vel quia non invenit eam virginem. Indignæ procul dubio causæ hujusmodi, atque ad dirimendum conjugium Christianum invalidæ. Verum cum præcipitati repudii causa sit*
* Prov. 26.27. Eccles. 10. 8. *incerta, incertum tamen non est eum* * qui fodit foveam incidisse
Eccles. 27. 29. in eam, *scilicet illum qui (sub prætextu nuptiarum) gentis innoxiæ & Christianæ sitivit impiè sanguinem, perspicuo Dei judicio ex ipsis nuptiis sempiterni dedecoris reportasse mercedem. Porrò ut infami facto honestæ speciei colorem superduceret, & vel ad homines, (quod utique ad Deum non poterat) contracti matrimonii fœdus abrumperet, Romano Pontifici per responsales callidos insinuare curavit surreptione quadam, propriam se duxisse affinem, postulans à vinculo minus legitimo eximi. At ille delegavit judices ex regno postulantis, forti tamen mandato adstrictos, uti in hoc negotio juxtà integritatem Canonicæ procedere sanctionis. Illi autem Regis sui injusto desiderio plus æquo faventes, assinitate perjurio Beluacensis, & Carnotensis Episco-*
Lib. 5. c. 36. *porum asserta, divortium fieri debere decreverunt.* & alio loco. *Rex Danorum repudiatæ sororis dedecus ægrè ferens divortium non ritè celebra-*

*celebratum, sed concinnatum mendaciter in gratiam Regis Francorum, per responsales idoneos in audientia sedis Apostolicæ allegavit; & digesta præcedentium temporum serie adstruens Reges Francorum & Danorum nulla se consanguinitate vel affinitate contingere; de concinnato in fraudem divinæ sanctionis divortio judicium fieri pertinaci instantia postulavit; verum id frustra, cum Regis Francorum vel metus vel gratia plus valeret. Denique postmodum idem Rex absque omni divini timoris vel Ecclesiastici vigoris obstaculo cujusdam Ducis Teutonici filiam duxit uxorem, si tamen uxorem, cum pellex potius fuisse videatur, & superducta magis quam ducta.*

Ἀνάκρισις. Eo fine expetitam à Philippo Rege Ingeburgem, ut per eam sibi viam ad assequendum Anglorum regnum muniret, ineptus, sibique parum constans fingendi artifex, commentus est Guillelmus, qui jus illud quod *antiquum* vocat verius *antiquatum* dicere debuit; cum ab anno 1040. Angliæ possessione penitus exciderint, nec eam Regibus suis deberi Danorum proceres sensisse referat imprudens, certè si *Anglorum Christianam & innoxiam gentem* anno 1193. *aggredi* nefas fuit, eam Suenoni anno 1013. subigere non licuit, nec ab eo *jus* ullum in Danos manavit, quod in alios transfunderent. 2. *Anglorum gentem* quam anno 1013. à Suenone Rege Danicis, anno 1066. à Guillelmo conquæstore Nortmannicis armis edomitam noverant, *propriæ, vel saluti vel libertati, contra omnem vim externam tuendæ sufficere*, vel credere vel Regi suo insinuare verè non potuerunt Danorum proceres. 3. Wandalorum nec Paganorum; nec *Barbarorum* magis; nec *finibus* (quàm Suenonis Angliæ domitoris tempore fuerant) *viciniorum* metu frangi non potuerunt Dani, ne Anglos *jure* (si Guillelmum audiamus) *antiquo* subditos aggrederentur, *veteresque Dominos* agnoscere cogerent. 4. Ingeburgi sponsæ non *Ambianis*, sed *Attrebati* occurrit Philippus Rex, potuit tamen (Parisios post repudium repetens) *Ambianos* adire. 5. assignatæ ab ipsomet Guillelmo repudii cau-

ſæ, nec *pudendæ levitatis* nec *indignæ*, nec *regiæ perſonæ indecoræ* fuerunt, cum enim * *à Domino ipſo cauſa fornicationis excepta ſit & ubicumque fornicatio eſt, liberè uxor dimittatur*, violati ante ſponſalia pudoris rea Ingeburgis, jure ab Auguſto noſtro abjici potuit; Imo † (Hieronymo auctore) *teneri non debuit.* 6. *propriam ſe duxiſſe affinem*, imo *conſanguineam* non fruſtra Philippus cauſatus eſt. 7. nullo Regis & Ingeburgis *affinitas Beluacenſis & Carnotenſis perjurio aſſerta eſt.* 8. *juxta integritatem Canonicæ ſanctionis* (contrà quàm putavit Guillelmus) delegati judices nequaquam *proceſſerunt.* 9. *Reges Francorum & Danorum nulla ſe conſanguinitate contingere*, Canutus verè *allegare* non potuit. 10. *poſt poſtulatum* ab eo *pertinaci inſtantia de divortio judicium, Teutonici Ducis filiam* non *duxit* Philippus, ſed *priuſquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera perveniſſet, alteram ſuperduxit*, quæ *pellex*, nec ex hypotheſi fuit, nec haberi (Innocentio III Papa judice) debuit. 11. Verè tamen Guillelmus Canutum *pertinaci inſtantia* à Celeſtino Papa *de divortio ſororis judicium fieri poſtulantem*, *fruſtrà fuiſſe* ſcripſit.

* Auguſt. de ſerm. dom. in Monte lib. 1. c.25. cauſ. 32. q. 7. c. 6.

† Hieron. in Matt. 19. cauſ. 32. q. 1. c. 2.

## VI. *Recentiorum de Philippi Regis iteratis conjugiis judicium, ejuſdemque* ἀνάκρισις.

QVod de repetitis Philippi Regis matrimoniis, ad perpetuam à coætaneis memoriam, ſcriptis mandatum fuerat, cum variè à neotericis expreſſum, inductiſque certatim coloribus incruſtatum ſit, eorum errores (ne cuiquam in poſterum fucum faciant) indicare neceſſe eſt. Robertus Gaguinus ordinis *S. Trinitatis de redemptione captivorum miniſter generalis*, Pariſiis anno 1501. Maii 22. denatus, libro 6. *Philippo & toti regno* Papam *ſacris & communione hominum interdixiſſe* & falsò, & imperitè ſcripſit; quid enim abſurdius, quam ſi *regnum*, quod *hominum*, (*ſub uno capite* Rege) *viventium, ſocietas* eſt,

eſt, *communione hominum interdictum* dicatur? revera tota Regi immediatè ſubdita ditione ſacra celebrare anno 1199. menſe Majo & 1200. menſe Ianuario celebrare vetitum fuit, ſed Regi nihil (propriè loquendo) *interdictum*, qui ſubditorum & exterorum perpetua communione gaviſus eſt, imò religioſa loca (ſi qua Rigordo fides) quandocunque libuit frequentavit. Falſa rurſus Gaguini aſſertio, *alterum à pontifice Romano Legatum Othonem Oſtienſem Epiſcopum in Franciam veniſſe, attributoque ſibi Collega Burdegalenſi Archiepiſcopo, alterum Romam ſe contuliſſe, alterum in Franciam reverſum eſſe.* Nam 1. toto Philippi II tempore, *Otto* nullus inter Cardinales fuit. 2. Ex quo *Ottoni* de Caſtellione (qui poſteà *Vrbanus* II dictus eſt) anno 1088. ad Pontificatum aſſumpto, Otto alius ſuffectus eſt, *Otto* nullus Oſtienſem Epiſcopatum adminiſtravit. 3. *Ottonem* nullum Papa Legatum habuit, ſed *Octavianum*, cui paulò poſt *Ioannem de S. Paulo* adjunxit. 4. *Octavianus* nullum ſibi Collegam attribuit, ſed à Papa delectum, admiſit. 5. pugnantia ſecum ſunt Legatum qui in *Franciam venerat* (ubi *collegam ſibi Burdegalenſem Archiepiſcopum attribuit*) *in Franciam reverſum* eſſe, cum *in Franciam reverti* non poſſit qui *Francia* pedem non extulit, ſed in ea ſemper conſtitit. 6. nulla *Burdegalenſi Archiepiſcopo* ſive à Papa ſive à Legatis delegata poteſtas, ſed *Bituricenſi*, quem cum Abbate Caſæmarii de *Ioannis Regis querimonia* anno 1202. cognoſcere juſſerat (Cap. *Novit ille* tit. *de judiciis*) Innocentius Papa. 7. *Octaviani* (quem malè *Ottonem* vocat) Collegam cum Abbate Caſæmarii, Archiepiſcopum *Bituricenſem* cum *Burdegalenſi* confundit Gaguinus, quæ Ioanni de S. Paulo (quo tempore Octavianus *in Francia remanebat*) *cum nimia erubeſcentia penitus recedenti* evenerant, ad *Burdegalenſis Archiepiſcopi*, (quem ſibi animo finxit) *collegam* perperam transferens.

2. Nicolaus Ægidius ad A. D. 1195. *Ad Ioannem Hungariæ Regem Legatos qui Dominam Iſambergam ſororem ipſi deſponſan-*

*dam peterent, misit Rex Philippus*, &c. *ea in B. Mariæ Parisiis desponsata ibidemque à Guillelmo Rhemensium Archiepiscopo Cardinale Regis avunculo coronata*, &c. *à quibusdam regni Prælatis ab Isamberga (ob generis propinquitatem, quæ inter eam & Isabellam priorem uxorem intercesserat) Rex separatus est*, &c. *Dominam Mariam Moraviæ & Bohemiæ Ducis filiam post separationem duxit*, &c. *Rogante Hungariæ Rege Papa Cardinales duos Legatos misit, qui Regi displicere ausi non sunt. Id ubi Papa (qui tunc Celestinus dicebatur) rescivit, Franciæ regnum interdixit.* ad A. D. 1199. *Circa festum S. Michaelis Petrus de Chappes Cardinalis Legatus occasione Isambergæ Regis Hungariæ sororis.* ad A. D. 1201. *Octavianum Ostiensem Episcopum & Ioannem de S. Paulo Velitrensem Episcopum Cardinales, Legatos in Franciam rursus misit Innocentius Papa.*

Ανάκρισις. Nullus ad Philippi II tempora Hungariæ Rex *Ioannes*; ad *Canutum* Danorum Regem Legatum misit Philippus: Ingeburgem non *Isambergam* desponsavit idem: Ingeburgis Attrebati (non *Parisiis*) *est desponsata*: nulla Ingeburgis cum Isabella fuit cognatio; Nec *Maria* dicta est, nec *Moraviæ Bohemiæque Ducis filia* fuit, quam Rex superduxit, sed *Meraniæ Ducis filia* nomine *Agnes.* Nunquam regno *interdixit*, aut Legatorum factum improbavit Celestinus: Nec Petrus *de Chappes*, sed *Capuensis* dictus est Innocentii Papæ Legatus prior; nec circà sancti Michaelis festum anno 1199. sed circà Nativitatem Dominicam anno 1198. in Franciam venit, nec *ad reformandum regis matrimonium*, sed *ad reformandam, inter Philippum & Richardum Reges, pacem* Petrus missus est: nec denique *Velitrensium Episcopus* fuit *Ioannes de S. Paulo*, sed Card. *presbyter* tituli *S. Priscæ*, Octavianus verò *Ostiensium & Velitrensium Episcopus.*

3. Paulus Æmilius, (qui Francicam historiam Francisco primo circà A. D. 1515. dicavit) de *Ingeburge*, quam corrupta voce *Gelbergam* vocat, ejusque cum Philippo II cognatione verba faciens, hæc habet, *Primi Philippi filia nupserat Dano*

*Dano Regi, unde Gelbergam aliquot ætatum ſerie progenitam fides ſit:* quæ manifeſta falſitate laborant; quandoquidem unicam ex Bertha Conſtantiam Hugoni Trecenſium Comiti, eodemque repudiato * Boemundo Antiochenonun principi nuptam ſuſcepit Philippus Rex, unicam ex Bertrada Cæciliam, quam Tancredus Tabarienſium princeps, ac exinde Pontius Tripolitanorum Comes duxerunt, aliaque tum Regibus noſtris cum Danis affinitas ab ea quam Sectionis hujus cap. 1. retulimus, nulla fuit: Addit Paulus, *Dano Rege per oratores apud Pontificem maximum agente, duos ampliſſimi ordinis Patres in Galliam Legatos veniſſe, Regique denunciaviſſe ut à Mariæ Moraviæ Ducis filiæ conſuetudine temperaret; dicto Rege non parente Divione Concilium patrum habitum; Sueſſione nemine pro Regina perorante adfuiſſe ignotum qui ejus cauſam ageret.* At hæc omnia vel ἀπροσδιόνυσα prorſus, vel falſa ſunt. Nam 1. ea quam *ſuperduxit* Philippus Rex, nec *Maria* dici debuit, nec *Moraviæ Ducis filia*; ſed *Agnes Meraniæ Ducis* (cui cum Moravis affinitas nulla) *filia*. 2. Legati à Celeſtino Papa *Melior* & *Cencius* non *denunciaverunt ut à conſuetudine* ſuperductæ Rex *temperaret*; ſed in examen vocata Ingeburgis cauſa, in Agnetis partes tranſierunt, & Celeſtinum Papam permoverunt ut † *conquerentem* Danum, deinceps *nollet audire*. 3. Melioris & Cencii (quos favitores habebat) monita non ſprevit Rex, ſed Petri *Capuani*, qui ſub Innocentio anno 1199. in Franciam primum appulit, eumque (convocato apud Divionem patrum Concilio) gravius pupugit. 4. *Ignotus* ille (quem pro Ingeburge verba feciſſe Paulus fingit) planè nullus eſt: Sueſſione enim † *ex reginæ parte interfuerunt Epiſcopi, & alii honeſti viri, & diſcreti miſſi à Cnut Rege*, quos *ignota nomina*, & *elingues patronos* reputare, abſurdiſſimum eſt.

* Repudiatus Elizabetham Burgundicam duxit, ex ea ſuſceptos liberos abdicavit, ad militum templi ſodalitium tranſiit.

† Roger.

† Roger.

4. Perperam etiam Ioannes Tilius, Iſabella mortua ductam *Engerbergam*, ac paulò poſt ſuperductam *Moraviæ Ducis filiam*, anno 1198. Divione, *circà feſtum Michaelis*, anno 1201. *Sueſſione*

*Sueßione Octob.* 7. habitum Concilium asseverat : nam *Ingeburgis* non *Engerberga* dicta Regis uxor, superducta *Meraniæ Ducis filia.* anno 1199. die *S. Nicolai* seu Decembris 6. Divione; anno 1201. *Aprilis* 18. Sueßione congregatum Concilium fuit.

5. Papyrius Massonus. *Celestinus illam divortii sententiam contra juris ordinem prolatam rescidit, ac per Meliorem presbyterum Cardinalem & Cincium subdiaconum, Regem monuit ne aliam uxorem superinduceret; Nihilominus Mariam Ducis Bohemiæ Moraviæque filiam duxit, quam ob causam non solum Regi, sed Regno quoque sacrificiis est interdictum* à Synodo Divione coacta; *post solutum Concilium Sueßionense Isburgem Rex Stampas relegavit.* At 1. rescissa A. D. 1199. ab Innocentio primùm sententia est. 2. Melior & Cencius ad disceptandum an *rescindenda esset* à Celestino missi, eandem hoc ipso confirmarunt, quod ne *mutire* quidem adversus Regem ausi sunt. 3. Regem ne *aliam uxorem superinduceret monere*, non potuerunt; post *superinductam* missi, quod sequentia Innocentii Papæ capite *per venerabilem* titulo *Qui filii sint legitimi* verba evincunt : *Ipse Rex priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera pervenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse.* 4. superinducta Agnes *Bertholdi* IV *Meraniæ Ducis* non *Bohemiæ Regis*, aut *Moraviæ Ducis* filia. 5. Regi propriè nihil *interdictum* sed *regno.* 6. *regno* ex Synodi Divionensis sententia *interdicta sacra*, sed duobus ( & quod excurrit ) post Synodum solutam mensibus. 7. A.D.1200. mense Ianuario simulac *interdictum promulgatum* est; solidis ante Synodum Sueßionensem mensibus 14, non post *relegata Stampas Ingeburgis.*

6. Bernardus Girardus Hallianus. *Rex post* Ælix *uxoris mortem anno* 1197. *aut* 1198. *Gelbergam sive Isembergam desponsavit, Daniæ Regis ( alii Hungariæ dicunt ) sororem, ea à Guillelmo Rhemorum Archiepiscopo in Ecclesia B. Mariæ Parisiis coronata est, in generis proximitate quam Rex inter prædictam Gelbergam prioremque*

*remque uxorem Elisam esse dicebat, separationis causa fundata est. Mariam Moraviæ, alii Bohemiæ Ducis filiam, duxisse dicunt. Cardinales duos Legatos Papa in Franciam misit qui Concilium Parisiis coëgerunt, in quo de hac repudii causa matrimoniique reformatione actum est. Alii Cardinales à Rege in partem pellectos de hoc repudio, quod illegitimum injustumque esse agnoscebant, sententiam ferre noluisse dicunt, alii Papam de conniventia Legatorum suorum certiorem factum regno interdixisse, alii Legatos sub interdicto regnum posuisse asserunt. Rex prolatæ à legatis sententiæ obtemperare noluit, eaque de causa congregatum Divione Episcoporum Concilium; in quo Franciæ regnum interdicto supponendum esse decretum est. Regis (quem ad Concilium destinaverat) Legatus, Papam appellavit; illi nihilominus Legati dictum interdictum pronunciarunt; Octavianum Cardinalem novum Legatum misit Papa.* Gelberga *ex utroque latere Regis consanguinea fuit Philippi primi Regis filia Regi Danorum nupserat*, &c.

Ανάκρισις. Nec *Ælix* nec *Eliza* sed *Elizabeth* prima Regis uxor dicta est; nec secunda *Gelberga* aut *Isemberga*, sed *Ingeburgis*; nec *Ingeburgem* anno 1197. aut 1198. duxit Rex; sed 1196. nec ea Hungarica fuit sed *Danica*; nec *Parisiis*, sed *Attrebati* coronata: nec ulla inter *Ingeburgem*, & *Elizabetham* generis propinquitas fuit, nec in hac *propinquitate* separationem Rex fundavit: Nec *Maria Bohemica* aut *Moravica* superducta est, sed *Agnes Meranica*: Melior & Cencius Cardinales à Celestino missi, *illegitimum injustumque* sibi *repudium* videri, nunquam testati sunt, revera *sententiam ferre noluerunt*; Id Celestinum improbavisse, aut *interdicti* publicatione vindicasse falsum est. Legatos ipsos *Franciam interdicto* supposuisse æquè falsum est: Ob spretam (quæ nulla fuit) Legatorum illorum *sententiam Concilium Divione congregatum* non est; sed ob neglecta Innocentii Petrique Legati monita: unicus Legatus Petrus regiam *appellationem* insuper habuit; *interdictum* ipse non promulgavit, sed Prælati qui cum eo senserant, Non

unum Octavianum, ſed cum eo Ioannem de S. Paulo iterata Legatione miſit Papa, nulla *Philippi primi filia, Danorum Regi nupſit.*

7. Ioannes Serranus. *Iſabellam ac exinde Aliſam Hungariæ Regis filiam, quæ cum ipſo diu non vixit, repudiaverat; eâ defunctâ Gelbergam, ſive Iſembergam Daniæ Regis ſororem duxit, quam etiam repudiavit; ejuſque loco Mariam Moraviæ Ducis filiam deſponſavit, cum diu, & acriter ſuper Gelbergæ repudio diſputatum fuiſſet, Rexque in illud pertinaciter animum obfirmaſſet, eam contra ſpem omnem denuo ſuſcepit cumque ea dies ſuos complevit. Maria cum honorifico apparatu, in hoc ſolitariæ vitæ genus conjecta, quæ ipſi velut viduitas eſſet,* &c. *Daniæ Rege apud Romanam Curiam pro honore & quiete repudium paſſæ ſororis acriter diſceptante, in majore Epiſcopi Pariſienſis aula, cauſa coram Legato agenda erat: nemine verò pro Gelberga (licet id ter poſtulatum fuiſſet) verba faciente; ignotus adoleſcens tanta cum dignitate cauſam egit, ut Regem ipſum ad relegatam in Vicennenſi nemore, uxorem in regiam revocandam permoveret, patronus turbæ immiſtus ultra non comparuit.*

ἀνάκρισις. Nec *Iſabellam* quæ cum eo à die Aſcenſionis Maii 29. anni 1080; ad anni 1190. Idus Martias vixit *repudiavit*, nec *Aliſam* ullam *Hungaricam* duxit; nec Daniæ Regis ſororem *Gelbergam*, aut *Iſembergam*; ſed *Ingeburgem* nomine duxit; nec ullam *Mariam Moravicam*, ſed *Agnetem Meranicam* deſponſavit, nec revocatam in regiam *Ingeburgem* ſtatim, ſed poſt annos 12. thoro Rex dignatus eſt. nec *Pariſiis* ſed *Sueſſione* expugnatus Regis (ut *Iugeburgi* reconciliaretur) animus fuit; nec *ignotus pro ea* peroravit; nec ex *Vicennarum* (quod poſteà Carolus Valeſius Philippi II abnepos ædificavit) caſtro in regiam revocata *Ingeburgis*, aut poſt Sueſſione habitum Concilium; nam anni 1200. menſe Septembri, ſeptem (& quod excurrit) ante Sueſſionenſe Concilium menſibus, Ingeburgem Stampis evocatam, *in qualemcunque gratiam receperat* Rex, nec denique *ignoti* oratione delinitus;

ſed

ſed *longa mora tædio affectus* eidem reconciliatus eſt.

8. Iacobus Card. Perronius oratione ad tertium ordinem, *Cum Philippus Auguſtus Philippi primi nepos, in Engebergæ uxoris, Daniæ Regis ſororis, contemptum illi parem (quo permotus Bertham uxorem Philippus avus dimiſerat) incidiſſet, ſolutoque eo rogante (à Guillelmo Cardinali avunculo qui Rhemenſium Archiepiſcopus erat & in Francia Legatus) matrimonio, in primi conjugii præjudicium Moraviæ Ducis filiam deſponſaſſet, cauſæ (ceu violati, religionis prætextu, Sacramenti) cognitionem ad ſe revocavit Papa, viſaque Regis renitentia, eum excommunicavit, & regnum interdicto ſuppoſuit.*

Ανάκρισις. 1. Philippus primus, ſecundi propriè *avus* non fuit, ſed *proavus*, Auguſtus verò prioris *pronepos* non *nepos*, dici debuit. 2. *Ingeburgis* non *Engeberga* dicta eſt Danici Regis ſoror. 3. eandem *ſecundis* non *primis* duxit Auguſtus nuptiis. 4. *Meraniæ*, non *Moraviæ* Ducis filia fuit, quam ejuſdem loco duxit Philippus. 5. nec *à Papa*, nec à Legato Petro Capuano Rex unquam *excommunicatus eſt*, ſed Francia à Legato, jubente Papa, *interdicta.*

9. Scipio du Pleix: *Stephanum Noviomenſem ad Kanutum Regem qui ab eo Iſambergam ſive Engelbergam ſororem peteret, Rex Philippus*, &c. *matrimonium ſolutum à quibuſdam Epiſcopis cujuſdam affinitatis obtentu, quam inter ipſum & ſponſam fuiſſe ex Karoli Flandrenſium Comitis parte dicebat*, &c. *triennio poſt ſolutum matrimonium Engelbergæ Mariam Ducis Meraniæ & Bohemiæ filiam magna Franciæ totius Engelbergæ condolentis indignatione duxit*, &c. *Kanuto iterato conquerente, Petrum S. Mariæ Cardinalem qui regno interdiceret delegavit Papa*, &c. *dilata interdicti à Synodo Divionenſi decreti in diem* 20. *publicatio*, &c. *Fuxenſe Chronicon notat pendente interdicto (quod ſex circiter menſes duravit) aſcriptum actis publicis* regnante Chriſto *non* regnante Philippo, *prout in pari cauſa ſub Philippo Auguſti proavo factum fuerat*, &c. *Cardinales rurſus duos Octavianum & Ioannem (Canuto inſtante) delegavit Papa, cui vis Clero à Rege facta intolerabilis videbatur*, &c. *Legati*

*heroïco Philippi animo vim nequaquam faciendam rati, id monitis impetrarunt ut Engelbergam pro uxore legitima haberet, ſed eam confeſtim amandavit, & Mariam revocavit*, &c. *Legitimas duas uxores habuit Iſabellam, & Engerbergam ſive Iſamburgam Canuti Daniæ Regis filiam*, &c. *Interim cum Thuringiæ Lantgravii filia matrimonium contraxit, quod conſummatum non eſt, ejus loco Agnetem Meraniæ Ducis in Bohemia duxit*, &c. *Maria ex Agnete ſuſcepta, Philippo Namurci Comiti, eoque mortuo Henrico Lotharingiæ Duci nupſit, licet alii Henrico Lovanii ſive Brabantiæ Duci nupſiſſe ſcribant.*

Ἀνάκρισις. Kanuti Regis *ſoror* nec *Iſamberga*, nec *Engelberga*, nec *Engerberga*, dicta eſt, ſed *Ingeburgis*: Philippo ea *conſanguinea per Carolum Flandrenſium Comitem* non fuit: nec *Maria* ſed *Agnes* dicta eſt, quam ſuperduxit Rex; nec patre *Bohemiæ Duce* genita eſt, nec Merania *in Bohemia* quærenda, ſed (ſi Aventinum audiamus) *in Dalmatiæ* * *confinio*, nec ob ſuperductam Agnetem Francia Philippo Regi (cujus matrimonium *cenſura Eccleſiaſtica*, & ex Canonum præſcripto ſolutum noverat) *indignata* eſt. Petrus Card. non *ut Franciam ſub interdicto poneret*, ſed *ut pacem* inter Reges *reformaret*, ab Innocentio delegatus, poſteà novum de *interdicendo regno* mandatum accepit, & dilata Concilii Divionenſis ſententia *in 20 diem*, non à decreto condito ſed à *Natali Domini*, quæ poſt tres ſeptimanas illuxit; *interdictum* non 6 ſed 7 *menſes, dieſque* 24 duravit. Fuxenſe Chronicon *pendente interdicto, adſcriptum actis* regnante Chriſto *non notavit*, nec *ſub Philippo primo* (ob ejus excommunicationem) formula hæc uſurpata eſt; ob *vim Clero factam*, Octavianum & Ioannem non delegavit Innocentius; Legati illi non *impetrarunt à Rege, ut Ingeburgem pro legitima uxore haberet*, ſed Octavianus (antequam Ioannes advenisset) monitis ſuis effecit ut *in qualemcunque gratiam reciperetur*, poſt reductam in regiam Ingeburgim *Mariam* Rex non *revocavit*. Ingeburgis *Voldemaro*, non *Canuto* patre nata fuit, &c. de

* Melius Melanchton, *Voitlandiam* Bohemiæ, Miſniæ, & Palatinatui Bavariæ conterminam, antiquitus *Meraniam* dictam, poſtquam ab *advocatis*, ſeu Imperii præfectis (excisa Ducum ſtirpe) regi cœpir, nomen mutaviſſe & *Vogtlandiam* corruptaque voce *Voytlandiam* dictam monet, à *Vogt* id eſt *advocatus*, & *Land*, id eſt *regio*.

de *Lantgravii filia*, *antequam Agnetem Meranicam ambiret*, ducenda, non cogitavit Rex; ſed (ſolidis XI. ab Agnetis morte annis) Henricus qui Mariam Agnetis filiam duxit, & *Lotharingiæ* (inferioris ſcilicet) & *Lovanii*, ſeu *Brabantiæ Dux* dici potuit, nec *Lotharingus*, à *Brabantico Duce* alius fuit. divortiorum Philippi Regis (laudatus à Scipione teſtis Guill. Brito) nuſquam meminit.

10. Sammarthani fratres. *Prælati qui de ſolvendo Ingeburgis matrimonio ſententiam tulerunt, id (voluntati regis obſecuti) ob conſanguinitatem per Carolum Flandrum ſolvendum pronunciarunt*, &c. *Cardinales à Papa delegati Ingeburgis injuriam adeò neglexerunt ut interim tertiam uxorem Philippus duxerit. Synodus Divionenſis Philippum Regem excommunicandum eſſe, decrevit. Interdictum à purificationis feſto anni* 1200. *in Kal. Sextiles ſequentis anni duravit: in Petrum de Corbolio Senonenſem Archiepiſcopum Regis ira deferbuit, tantum in Regem Ingeburgis modeſtia & gratia potuit, ut ſpontè judicium Prælatorum præverterit.*

ἀνάκρισις. Qui ſententiam *de ſolvendo Ingeburgis matrimonio* tulerunt, Canonibus obſecuti, ejuſdem cum Rege *conſanguinitatem per Carolum Flandrum*, (quod Rigordus putavit) non *computarunt*: Cardinales à Papa delegati, *poſt* ſuperductam Agnetem non *ante* in Franciam miſſi ſunt. Synodus Divionenſis *excommunicationis* propriè dictæ nullum in Regem decretum condidit; *Interdictum à Ianuarii* 15. *ad Septembris proxime ſequentis ſeptimum duravit*, non ad annum ſequentem pertigit. Petrus qui poſteà Senonum Archiepiſcopatum adminiſtravit *Duacenſis* & *Corbolienſis* dictus, in Regis offenſam incurrit, non ob *interdicto ſuppoſitum regnum*, ſed ob *multa mala quæ Regi machinatus fuerat*; nec poſt *interdictum*, ſed anno præcedente, captus enim anno 1199. Majo menſe, Synodus Divione convenit Decembris ſequentis ſexto, biduo poſt Michaelis Senonenſis ſepulturam; *interdictum* promulgatum *Ianuarii* 15. anno 1200. Ingeburgis *modeſtia* expugnata Philip-

 pi Re-

pi Regis duritia non eſt, ſed tædio, prout expreſſe monuit Rigordus.

| Anni Chriſti | Anni Regis Ludovici VII | VII. *Præcipuarum rerum ſub Philippo Auguſto, &c. geſtarum hiſtorica Synopſis.* |
|---|---|---|
| 1165 | 29 | Auguſti 22. Philippus natus. |
| 1179 | 42 | In Sanctorum omnium feſtivitate à Guillelmo Rhemenſi avunculo, S. Sabinæ preſbytero Cardinali Rhemis coronatus eſt. |
| 1180 | 43 | 4. *Kal. Iunii qua die Dominus Ieſus cælos aſcendit, in Eccleſia B. Dionyſii ſecundo coronatus eſt; & tunc ei juncta uxor Elizabeth.* <br> 14. *Kal. Octobres feria quinta* Pariſiis obiit Ludovicus pater. |
| | Philippi II | |
| 1187 | 7 exeunte | Poſtridiè eclipſis Solaris *Septembris* 5. *feria* 6. hora 11. natus Ludovicus VIII. |
| 1190 | 10 | *Idibus Martii*, obiit Elizabeth regina. <br> Iunii 24. in Palæſtinam profectione inſtituta, apud S. Dionyſium de Guillelmi Legati avunculi manu, *ſportam, baculum*, duoque *Standalia* accepit. <br> *Auguſto* menſe Meſſanam appulit, ibidem *Natale Domini* celebravit. |
| 1191 | 11 | *Martio menſe mare intravit, vigilia Paſchæ* April. 13. Ptolemaïdem *applicuit*, quam Pagani *Iulio menſe Regi reddiderunt*; tranſitum faciens per Romanam civitatem, in Franciam rediit Rex circà nativitatem Domini. |
| 1193 | 13 | April. 12. *Giſortium, totumque Vulcaſſinum Normannicum* ob violata à Richardo Rege ſponſalia pacta, *in poteſtatem redegit*; |

| | Anni regis | Anni Christi |
|---|---|---|
| *redegit*; *apud Attrebatum* Augusti 12. feria 5. Ingeburgem Voldemari Danorum Regis & Sophiæ filiam, Canuti 4. sororem desponsavit, triduo post coronari jussit; eadem die *exosam habuit*; *paucis diebus revolutis* (soluto ob consanguinitatem *Censurâ Ecclesiasticâ* matrimonio) dimisit; Clementiam Conrado Henrici Imp. patruo & Isabella Palatina natam, Henrici (Henrico Leone & Matthilde Anglicâ prognati) sponsam, ut & aliam (si qua Guill. Neubrigensi fides) ambivit. | | |
| *Maii* 10. in Normanniam irrupit, Vernolium irrito conatu (ob interceptas Ebroicas) obsedit.<br>*Iun.* 15. Guillelmum Leicestriæ Comitem *cepit*. | 14 | 1194 |
| *Augusti* 20. Adelheidem (cujus matrimonium spreverat Rex Richardus,) Guillelmo Pontivi Comiti elocavit. | 15 | 1195 |
| *Ianuarii* 15. (*convocatis* regni Præsulibus & Baronibus) pacem cum Richardo *reformavit*.<br>*Iunio* sequente, Agnetem (Bertholdo IV, Meraniæ seu Voitlandiæ Duce natam) uxorem duxit.<br>*Ad conquestionem Danorum Meliorem presbyterum Card.* tituli *Pammachii* seu *Sanctorum Ioannis & Pauli*, & Cencium Diaconum Card. *S. Luciæ Legatos in Franciam misit* Celestinus Papa, qui (Concilio Parisiis convocato) *de reformando* Ingeburgis *matrimonio tractarunt*, *sed nihil ad perfectum deduxerunt*.<br>Everso à Richardo Virsone in Biturigibus, & *Nonancourt* intercepto, Philippus, *Albammalam* obsidione cinxit & expugnatam diruit, *Nonancourt* recuperavit, Guidonem Thoarsii Vicecomitem cepit. | 16 | 1196 |
| Balduinus Flandriæ, & Rainaldus Bononiæ Comites cum Richardo *confœderati* Regem Philippum *bello aggressi sunt*. | 17 | 1197 |

| Anni Christi | Anni regis | |
|---|---|---|
| 1198 | 18 | 6. *Idus Ianuarii* Celestinus Papa III *migravit* è seculo, successit Febr. 22. Innocentius III. Septemb. 28. *Vulcaßinum circà Gisortium vastavit*, Corcellas combussit, de Philippo Rege pugna superior quodammodo, triumphavit Richardus. *Normanniam usque ad Novum burgum* & Bellum Rogerii montem *vastavit Philippus.* Duce Marchaderio de pago Bellovacensi, & Vulcassino prædas egit, Philippum Episcopum, & Guill. de Merloto, *ut prædas excuterent, acriter insequentes positis insidiis, cepit* Richardus. *Petrus Capuensis S. Mariæ in viâ latâ diaconus Card. ad reformandam pacem inter Philippum & Richardum* Reges ab Innocentio Papa III missus *in Franciam, circà Nativitatem Domini venit, quinquennes treugas* (quas *confirmare per obsides nunquam potuit*) *accepit.* |
| 1199 | 19 | April. 6. feria 3. *Richardus juxtà Lemovicam civitatem, graviter vulneratus occubuit, successit Ioannes apud Cantuariam sequenti Ascensione Domini.* Maii 27. *coronatus*, Ebroicas, *cepit Normanniam usque ad Cenomanos vastavit* Philippus Rex. Arturus Britonum Comes occupato Andegavensi Comitatu, ei hominium fecit. Philippo Namurci Comite & Petro Duacensi Cameracensium electo captis, *Francia* à Petro Legato *sub interdicto posita est*: quod ad *tres menses* duravit. Alienordis Regina Richardi & Ioannis mater *pro Comitatu Pictavensium hominium fecit.* Arturus Iulii 28. Parisios venit. Iulii 30. B. Dionysii Ecclesiam adiit Philippus; Octobri mense induciæ cum Anglo & Flandro pactæ *usque ad sequens S. Ioannis festum.* Michaeli Senonum Archiepiscopo Decembris 4. terra condito successit Petrus Duacensis, cujus occasione *Francia sub interdicto* (paucis ante mensibus) fuerat. *In festo S. Nicolai* Decemb. 6. convocata |

cata

cata apud Divionem Synodus, *de interdicendo regno* tractans Regem Papam *appellare* coëgit. Anni regis | Anni Christi

Ianuarii 15. spreta Regis *appellatione* promulgatum *interdictum*; Rex clerum qui *interdicto consenserat* exagitavit. *Ingeburgem apud Stampas in castro suo reclusit.* 20 1200

Maii 18. *in ascensione Domini* pacem cum Ioanne Anglo pepigit. Maii 22. fer. 2. Ludovicus Regis filius Blancam Ioannis neptem duxit. Octavianus legatus Septemb. 7. (Rege Ingeburgem uxorem *in qualemcunque gratiam recipiente) interdicti sententiam relaxavit*, sex *mensium*, totidemque *hebdomadum*, *dierum*, *horarum*, induciis concessis, Concilium Suessione convocavit. Mariam ex Agnete susceptam nondum quinquennem Alexandro Guillelmi Scotorum Regis filio desponsavit Philippus pater.

Post *dierum* 15. *disputationes*, *tædio affectus Rex*, *cum Ingeburge uxore* insalutatis legatis qui Suessione convenerant discessit; eorum alter, Ioannes de S. Paulo in Italiam reversus est. Maii 31. Ioannem Angliæ Regem hospitio excepit Philippus Rex. *Agnete viam universæ carnis ingressa*, Philippum & Mariam ex ea natos, legitimos à Papa declarari voluit, *quod factum pluribus displicuit.* 21 1201


Arturo Britonum Comiti Maria à Rege patre desponsata, cum ex colloquio *in quadragesima*, *juxtà* Guletune *habito* Reges exasperatis animis discessissent, Philippus *Boutavant* evertit, *Arguellum*, *Mortemer*, Gornacum, &c. cepit, Arturum Comitem *militem factum* cum militum manu *Iulio mense* in Pictones misit, Capto Mirabello cinctaque obsidione turri in quam *Alienor Regina se receperat*, *ex insperato supervenit Ioannes*, qui Arturum aliosque complures cepit: relicta Archarum obsidione Turones combussit Philippus. Casæ Marii Abbatem *pro pace inter Reges reformanda* 22 1202

| Anni Christi | Anni regis | |
|---|---|---|
| | | Innocentius misit , cujus *audito apud Medontam mandato in Octavis Assumptionis B. M. Virginis Rex appellationem interposuit.* |
| 1203 | 23 | April. 13. *apud Cantuariam coronatus* Ioannes *in Normanniam transfretavit , quò cum pervenisset , de Arturi ejus manu perempti increbuit opinio.* |
| 1206 | 26 | Mariam quæ Alexandro & Arturo desponsata fuerat , Philippus Namurci Comes novennem duxit. |
| 1213 | 33 | Hermanni Thuringiæ Lantgravii ex Sophia Bavarica filiam ( Agnetem ni fallor ) desponsavit Philippus Rex. Mariam Philippi Namurcensis viduam (quam A. D. 1212. Petrus Aragonum Rex ambierat) *in octavis Paschæ*, Suessione duxit Henricus Brabantiæ , sive *Lotharingiæ inferioris* Dux ; decessit Dux A. D. 1235. Septemb. 5. Maria uxor A. D. 1238. Augusti 1. anno ætatis 42.<br>*In gratiam Ingeburgem uxorem recepit* Rex, quam (data anno 1210. Maii 7. *pontificatus anno* 15. epistola ) *neglectam* à Rege marito consolatus fuerat Innocentius Papa. |
| 1216 | 36 | Desponsatam anno 1201. Augusto mense Matthildem, Rainaldi *Domni Martini* Comitis & Idæ *Boloniæ Comitissæ* hæredem, duxit Philippus ex Agnete natus. |
| 1223 | 43 | *Pridiè Idus Iulias* fatis concessit Philippus Rex , annos 57. menses 10. dies 24. natus. |
| | Ludovici VIII | |
| 1226 | 4 | Novemb. 12. feria 1. apud Montempenserii decessit Ludovicus VII, annos 39. menses 2. dies 7. natus. |
| | Ludovici IX | |
| 1233 | 7 | Denatus Bononiensium Comes Philippus. an. ætatis 36. |
| 1236 | 10 | Mortalitatem explevit Ingeburgis. |

SECTIO

## SECTIO IV.

*De formula* Regnante Christo *actis sive publicis sive privatis apponenda, nullam unquam legem latam fuisse, sed pro scriptoris cujusque arbitrio vel admissum vel omissum semper ejus usum fuisse.*



Vemadmodum abstentorum principum ἀκοινωνησίας occasione formulam *Regnante Christo* usurpatam, sibi perperam nonnulli (sive Mediavillam sive Squerrerum erroris ducem secuti) persuaserunt, alios *tanta dementia cepit*, ut designandæ familiarum antiquitati destinatam, chartasque *Regnante Christo* eo fine consignatas putarent, ut consignantium *genus Christi passionem, partamque per eam redemptionem antecessisse* docerent: absurdum sensum aversatus acerrimi (suo tempore) judicii indefessæque diligentiæ vir Ioannes Tilius, alio fine adhibitam phrasim rectè monet, sed (quod *communi* huic *Anno gratiæ* vel *incarnationis*, *æquivalere* contendit) admittere non possum. cum enim adscriptum chartis *Dominicæ incarnationis annum*, præmissamque, aut subditam è vestigio formulam *regnante Christo*, sæpius legamus, alio hanc fine appositam fuisse necesse est, ne scilicet quod vel perditissimi inter infideles, *ab Iove principium*, *Iovis omnia plena*, *Reges in ipsos imperium Iovis*, *esse* protestati, solo naturæ (quantumvis corruptæ) ductu agnoverant; memoria nostra unquam excidat *omnia nostra sub Christi regno geri, ab eo pendere, in eum ferri debere, Reges ipsos, rerum*, sub eo, *Dominos, beatam cum populis servitutem servire*, se *summi regis* cum subditis *subditos profiteri*; si cum eo conferantur, nonnisi *precario*, & *ad momentum regnare*, regni *imaginem* verius quam *regnum* tenere; ut ut in altum ferantur ac latè

Hypomnematum tract. 1. p. 8.

imperent, extrà abjectissimam minimamque (quæ Dominici throni *suppedaneum* sit) mundi partem, quam non nisi per particulas occupant, ne digitum movere posse: hinc formulæ illæ diversæ *Regnante in perpetuum*, *Regnante in cælis*, *Regnante in universum mundum Domino nostro Iesu Christo*, cujus summum (in universum orbem ipsamque potissimum Ecclesiam
Ephes. 6. 12. *ἀσπόνδῳ, πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς, ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας* bello in perpetuum implicitam) imperium non modo non evertere, sed *omnipotentem manum* effugere nequaquam posse impietati deditos reges, aliæ rursus ante Constantini ætatem chartis insertæ formulæ, (hæ scilicet iisque consimiles) insinuant; *sub Decio Imperatore & Lupo Duce, regnante Domino nostro Iesu Christo. Valeriano* IV, *& Gallieno* II, *Coss. apud nos autem regnante Domino nostro*, &c. *Imperante Diocletiano, in nos autem regnante Domino*, &c. *Impp. Diocletiano & Maximiano impiis & nefariis hominibus, in nobis autem regnante Domino nostro*, &c. Sed quotquot cœlestem Regem majore semper cum religione coluerunt, hanc *δοξολογίας* formulam *regnante Christo* nulla se necessitate adstrictos, actis suis apposuisse, hoc ipso plus satis docuerunt, quod alias quæ passim occurrunt, quandocumque libuit adhibuerunt; exempli causâ, *per Christum Dominum nostrum*, &c. *in Christo Domino nostro*, &c. *in Christi nomine feliciter*, &c. *præstante*, aut *largiente Domino nostro*, &c. *gratia Domini nostri Iesu Christi*, &c. *ad laudem Domini nostri Iesu Christi*, &c. Vbi verò *regnante Christo* adscribendum putaverunt, ne quam infideles, Apostatas, vel extra Ecclesiarum pacem ac communionem quomodocunque constitutos, si regnaverant unquam, regni jure penitus excidisse, nec *reges* amplius sed *exreges* (quod nonnullis nuper visum) factos fuisse suspicionem vel minimam facerent; immanissimorum Christianoque nomini infensissimorum principum, & nomina & principatus annos sæpius annotarunt, suumque notario
cuique

cuique ſtylum quo tota libertate uteretur relictum teſtati ſunt. Quod ut meridiana luce clarius eluceſcat, Monumentorum ſola *regnante Chriſto*, formula ante & poſt Conſtantinum, imò poſt Philipporum noſtrorum ætatem conſignatorum exempla proferemus; ac exinde varia alia quæ cum eadem formula principum & titulos, & annos adſcriptos habeant. 1. Ethnicorum & Mahumetanorum. 2. Chriſtianorum à Conſtantiniano ævo ad Philippi primi tempora. 3. ejuſdem ætate. 4. poſt ejuſdem ac Philippi ſecundi dormitionem, congeremus.

## I. *Monumentorum ſola formula* regnante Chriſto *ſine ulla Principum mentione conſignatorum, exempla.*

SAnctorum, (Cyriaci, Largi, Smaragdi, Creſcentiani, Mamiæ, & Iulianæ) *corpora ſepulta ſunt in via Oſtienſi, miliario ab urbe Roma, plus minus octavo, ubi orationes eorum florent, nunc & ſemper, & quouſque mundus volvitur, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, Cui eſt honor*, &c. Acta Marcelli ſub Maxentio ad Ianuar. 16. paſſi.

*Inventio Sanctorum corporum tergeminorum, vel dedicatio ipſius Baſilicæ eſt colenda* 14. *Kal. Octobris, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, Cui*, &c. Acta tergeminorum ſub Marco paſſorum ad Ianuar. 17.

*Conſummata eſt glorioſiſſima eorum paſſio ſub die* 15. *Kal. Martii, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto*, &c. Acta Fauſtini & aliorum ſub Hadriano coronatorum ad Februar. 15.

*Martyrio functus eſt S. Didymus nonis Aprilis, regnante in cœlis Domino noſtro Ieſu Chriſto*, &c. Acta Didymi April. 5. ſub Diocletiano paſſi.

*Non ambigamus vera eſſe, quæ & audita, & viſa ſemper diximus, & manifeſtamus regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto*, &c. Acta Alexandri Lugdunenſis ſub Marco paſſi April. 24.

*Martyrium compleverunt Sancti Martyres, Alexander & Antonina, 5. nonas Maii hora 9. die Sabbato regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Alexandri & Antoninæ sub Diocletiano passorum Maii 3.

*Funus ipsius Acacii curaverunt, eo in loco qui Stamius appellatur, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Acacii sub Diocletiano passi Maii 8.

*Dies natalis sanctorum martyrum incidit in 5. Idus Iunii regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Primi & Feliciani sub Diocletiano passorum Iun. 9.

*Passus est sanctus Vitus, cum sanctis Modesto, & Crescentia 17. Kal. Iulii regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Viti sub Diocletiano passi Iun. 15.

*Facta sunt hæc circà sanctos Dei Ferreolum presbyterum, & Ferrucium Diaconum 16. Kal. Iulii regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor,* &c. passio Ferreoli.

*Iubeo te extra civitatem,* Helisonam, *ab apparitoribus duci & capitalem subire sententiam: die 4. Kal. Iuliarum regnante Domino nostro Iesu Christo una cum patre,* &c. Acta Lupercii Iun. 28. sub Diocletiano passi.

*Plexi sunt,* Processus & Martinianus 6. *Nonas Iulias, via Aurelia, ubi etiam præstantur beneficia eorum usque in hodiernum diem, regnante Domino Deo atque Salvatore nostro Iesu Christo,* &c. Acta Processi sub Nerone passi.

*Eorum corpora requiescunt in via Tiburtina miliario ab urbe 8. regnante Domino nostro Iesu Christo,* &c. Acta Symphorosæ & filiorum sub Hadriano Iul. 18. passorum.

*Consummatus fuit sanctus, & gloriosus Christi martyr, Plato beatissimus, mensis Novembris 18; regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Platonis sub Diocletiano ad Iul. 22. coronati.

*Continuo pristinam recipiunt sanctitatem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Memmii sub Diocletiano Aug. 5. denati.

*Factum*

*Factum est hoc Romæ in regione* sexta *apud vicum Mamurri, ante Sallustii forum; regnante in universo mundo Domino nostro Iesu Christo cum patre*, &c. Acta Susannæ sub Diocletiano passæ Augusti 11.

*Cum dies illuxisset, exierunt Christiani, & martyrum corpora curantes, sumptuosè in pace condiderunt; regnante Domino nostro Iesu Christo cum quo*, &c. Acta Pauli & Iulianæ sub Aureliano passorum Augusti 17.

*Passi sunt sancti Martyres 3. Kal. Septembris regnante Domino nostro Iesu Christo sine fine, Amen.* Acta Felicis & Adaucti sub Diocletiano passorum Augusti 30.

*Sub die Kal. Septemb. feliciter à sæculo migravit regnante Domino nostro Iesu Christo qui cum*, &c. Acta Firmini sub Diocletiano passi Sept. 1.

*Passi sunt Vrsus & Victor cum sociis suis, apud Solodorum; pridiè Kal. Octobris regnante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.* Acta Victoris, &c. sub Diocletiano passi Septemb. 30.

*Cum tyrannico principatu miserabiliter vitam (ut par erat) amisit Domitianus regnante Domino nostro Iesu Christo, cui*, &c. Hilduini Areopagitica à 9. Octob.

*Decollatus est sanctus Domninus 7. Idus Octobris; regnante Domino nostro Iesu Christo cum suo Patre*, &c. Acta Domnini sub Diocletiano passi Octob. 9.

*Asterii corpus inventum est in Ostia, & à quibusdam Christianis sepultum, in eadem civitate Ostiensi* 14. Kal. Novembris *in pace; regnante Domino nostro Iesu Christo qui vivit*, &c. Acta Callisti sub Alexandro Octob. 14. passi.

*Acta sunt hæc, circà sanctum Benignum presbyterum, Kal. Novembris, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui*, &c. Acta Benigni sub Marco passi.

Hucusque de Sanctis qui Constantini ætatem præcesserunt; alia nunc ex recentiorum monumentis eruenda exempla.

pla. *Marci gloriosa translatio celebratur pridiè Kal. Febr. regnante Domino Iesu Christo, cui,* &c. Marci Transl. A. D. 831.

*Miraculis coruscant* (tumuli) *præsule Christo, cui est cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, omnis honor & gloria.* Vita Vulfranni ad Martii 20.

*Transiit anno Dominicæ incarnationis* 1040. *Indictione* 8. *quinto Nonas Martii, regnante in æternum qui dicitur* Corona Virginum *Domino nostro Iesu Christo.* Vita Kunegundis.

*Sepultus est in casa Dei nova, quam ipse ædificaverat* 8. *Kal. Maii regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Vita Roberti Abbatis denati A. D. 1051.

*Me ejus suffragium muniat, sed suis patrociniis meritum sacerdotis in illa examinatione tremenda faciat invenire; Regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est,* &c. Vita Hilarii Arelat. anno 449. Maii 5. denati.

*Dormivit cum patribus suis,* 5. *Iduum Majarum feria* 6; *sepultusque est in Basilica B. Petri, ubi ejus sanctissimis meritis multa præstantur beneficia, regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, cui est,* &c. Vita Majoli Cluniac. A. D. 994. defuncti.

*Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis* 1107. *à venerabili Thietmaro, hujus nominis secundo, successione autem sexto ejusdem loci Abbate, anno ordinationis ejus* 27; *regnante Domino nostro Iesu Christo cum Patre,* &c. Acta Modoaldi Trevir. qui anno circiter 630. Concilio Rhemensi subscripsit.

*Victor evolavit ad cælos regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Vita Germani Paris. A. D. 576. Maii 28. defuncti.

*Acta sunt hæc sub die* 4. *Kal. Iunias regnante Domino nostro Iesu Christo in secula seculorum, Amen.* Acta Sisinnii & Alexandri A. D. 402. Maii 29. passorum.

*Ibi sepultus est regnante Domino nostro Iesu Christo in secula seculorum, Amen.* Vita Caprasii Lirinensis A.D. 430. Iun. 1. denati.

*Caprasii vitam pro nostræ modulo virtutis imitemur; regnante Domino nostro Iesu Christo in secula seculorum, Amen.*

Passus

*Passus est cum sociis Nonis Iunii anno peregrinationis suæ 40. incarnationis autem Dominicæ 755. regnante eodem Domino; cui,* &c. Vita Bonifacii Moguntini.

*Obiit vir beatissimus 13.Kal. Iuliarum regnante Domino nostro Iesu Christo cum Patre,*&c. Vita Romualdi circà A. D. 980. denati.

*Obiit sanctissima Landrada non minus martyr, quam virgo, 8 Idus Iulii, virginibus exemplar sufficientissimum, & omnibus bonis imitabile propositum; regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Vita Landradæ.

*Obdormivit in Domino, Christi famula Amalberga 6. Idus Iulii, regnante eodem Domino nostro Iesu Christo, una cum patre,* &c. Vita Amalbergæ.

*Auxiliante nobis Rege æterno Domino nostro Iesu Christo, qui,* &c. Vita Vedasti ad Augusti v.

*Spiritum cœlo reddidit 17.Kal. Octobris, regnante Salvatore & Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Vita Aichadri Gemmeticensis.

*Cæsus est Martyr eximius 15. Kal. Octobris, regnante Deo vivo & vero in secula seculorum, Amen.* Vita Lamberti.

*Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo servos suos liberare dignatus est,* &c. Vita Heimeranni Ratisbonensis A. D. 750. Septemb. 22. passi, ab initio.

*Obiit B. Dominicus pridiè Idus Octobris, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre,* &c. Vita Dominici loricati circà A. D. 1050. denati.

*Migravit ad Christum die Kal. Novemb. regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,*&c. Vita Marcelli Paris. circà an. 420. defuncti.

*Interfluxit spatium à prima usque ad secundam translationem annorum circiter 75. regnante Domino nostro Iesu Christo.* Vita Huberti, A. D. 730. Novemb. 3. feria 6. denati, cujus prima translatio anno 744, secunda 825. facta est.

*Obiit 8. Idus Novembris, atque in prædio quod jam suprà diximus* Varomholt *appellari, humatus est, regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Vita Winoci.

*Positum est*, corpus S. Cuniberti, *cum magna gloria, in Ecclesia sancti Clementis, quam ipse construxerat; regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit*, &c. Vita Cuniberti Coloniensis, Anno circiter 650. Novemb. 12. defuncti.

*Reliquiæ sancti Columbani eo in loco conditæ habentur, ubi etiam miraculis pollent, Præsule Christo*, &c. Vita Columbani A.D. 615. Novemb. 21. defuncti.

*Sepultus est in Basilica quam ipse construxit, in nomine sanctæ Trinitatis, ubi beneficia ejus exuberant usque in hodiernum diem; Regnante Domino nostro Iesu Christo, cui*, &c. Vita Siffridi Carpentoractensis A. D. 550. Novemb. 27. defuncti.

Eulogius Memorialis Sanctorum c. 6. *die qua Sanctus decidit, Paulus (id est* 8. *Kal. Augusti feria* 7. *æra qua suprà) occubuit; regnante Domino nostro Iesu Christo, qui*, &c. Cap. 10. *ad æternam immortalitatem perducti sunt*, Felix Georgius Sabigotho, 6. *Kal. Augusti æra* 890. *regnante Domino nostro Iesu Christo, in secula seculorum Amen.*

Lib. 2. c. 11. *morte ac Sepultura indivisæ manerent* (Pomposa & Columba) *regnante Domino nostro Iesu Christo in secula seculorum Amen.*

*Consummaverunt Beati Martyres* (Rudericus & Salomon) *agonem suum* 3. *Idus Martias, æra* 895. *regnante Domino nostro Iesu Christo, in secula seculorum Amen.*

Willelm. Gemmet lib. 4. c. 20. *obiit apud Fiscannum Richardus Dux primus, flentibus populis, gaudentibus Angelis.* 996. *anno ab incarn. Domini, regnante eodem Iesu Christo Domino nostro*, &c. lib. 5. c. 17. 1026. *anno ab incarn. Domini hominem exiut* (Richardus II) *viam ingrediens universæ carnis, regnante eodem Iesu Christo Domino nostro*, &c.

Lib. 6. c. 13. *sepultus est*, Robertus II, *In Basilica* S. *Mariæ, à suis intrà mœnia Nicenæ civitatis; regnante Domino nostro Iesu Christo*, &c.

II. *Monu-*

## II. *Monumentorum formula* Regnante Christo, *infideliumque principum nominibus consignatorum, exempla.*

*Martyrizatus est apud Aulonem civitatem* 3. *Nonas Ianuarias sub Maximiano Imperatore regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est gloria in secula seculorum, Amen.* Acta Petri Aulonensis ad Ianuar. 3.

*Hæc acta sunt Iulio Asiæ Proconsule, Proclo & Quintilliano Magistratum gerentibus, Consule tertium Messio Quinto Trajano Decio; & Grato secundum Trajano Decio Augusto ante* 4. *Idus Martias more Romanorum, Asiæ autem more, noni mensis* 11; *die Sabbati, hora* 10: *ut nos autem loquimur, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Pionii ad Febr. 1.

*Martyrio coronatus est S. Christi Sabinus* 3. *Idus Martii regnante impio Diocletiano, imò verò Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Sabini ad Martii 13.

*Consummata est Irene in Consulatu Diocletiani* 9. *Maximiani autem Augusti octavo; Kalendis April. regnante in secula Christo Iesu Domino nostro,* &c. Acta Agapes, &c. ad April. 1.

*Repositus est in parte Orientali, dormivitque beatissimus Euangelista primus Domini nostri Iesu Christi martyr, apud Alexandriam Ægypti; die quæ est apud Romanos* 7. *Kal. Majarum; juxta Hebræos autem* 18. *Imperante Cajo; regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est,* &c. Vita Marci.

*B. Marcus Euangelista, primus Christi Martyr,* &c. *Imperante Claudio Nerone Cæsare; nobis autem Christianis imperante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c.

*Passi sunt Maximus, Quintilianus, & Dadas* 28. *die mensis Aprilis Imperantibus Maximo & Maximiano, Tarquinio & Gabinio Coss. in nobis autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c.

*Martyrium obiit S. Glyceria una cum Laodicio; Antonino Imp. &*

*Sabino Præside, in nobis autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Glyceriæ ad Maii 10.

*Passa est Sacratissima virgo Soteris, nobili genere orta, Diocletiano* IX, *& Maximiano* VIII, *Coss. regnante Domino nostro Iesu Christo, cui cum,* &c. Acta Soteridis ad Maii 12.

*Acta sunt hæc Idib. Maii Decio Imperatore, Optimo Proconsule; regnante Domino nostro Iesu Christo.* Acta Andreæ, Pauli, &c. ad Maii 15.

*Passus est Beatiss. Martyr Erasmus* IV *Nonarum Iuniarum; temporibus Diocletiani & Maximiani Impp. regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est,* &c. Acta Erasmi ad Iunii 2.

*Passi sunt beatiss. Martyres Pergentinus & Laurentinus, Aretii,* 3. *Nonas Iunii sub Decio Imp. regnante Domino nostro Iesu Christo.* Acta ad Iun. 3.

*Passus est Beatiss. Ausonius Martyr die* XI *Iunii, Gallieno Imperante, regnante verò Domino nostro Iesu Christo in secula seculorum, Amen.* Acta Ausonii Ecolismensis ad Iun. XI.

*Martyrium complevit, Christi Martyr, Leontius,* 18 *die mensis Iunii (ut jam diximus) sub Imp. Vespasiano; in nobis autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Leontii ad Iun. 18.

*Martyrium complevit S. Zosimus* 19. *die mensis Iunii, in urbe Cononensium, Imp. Trajano, in nobis autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Zosimi ad Iun. 19.

*Pertulerunt martyrium, sancti atque Athletæ Christi, Epictetus presbyter, & Astyon monachus in Almyridensium civitate,* 8. *die Iulii; temporibus Diocletiani Tyranni, sub Duce Latroniano, secundum nos verò regnante in cœlis Iesu Christo Salvatore nostro, quem decet,* &c. Acta Epicteti ad Iul. 8.

*Spiritum reddidit Cyrillus* 6. *Idus Iulii sub Decio Imp. & Lucio Duce, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Cyrilli ad Iul. 10.

*Decertarunt ii sancti Imperante Diocletiano, in nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Athenogenis, &c. ad Iul. 17.

*Passus*

*Passus est* Apollinaris *sub Vespasiano Augusto* 10. *Kal. Augusti, regnante Deo & Domino nostro Iesu Christo, cum patre,* &c. Acta Apollinaris Ravennatis ad Iul. 23.

*Coadunata Ecclesia Christianorum, ordinaverunt in locum B. Stephani, Sixtum natione Græcum, patria Atheniensem, Episcopum 9. Kal. Sept. Valeriano* IV, *& Gallieno* II *Coss. apud nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Stephani Papæ ad Augusti 2.

Euplii *martyrium, & sancta confessio completa est,* XI *die mensis Augusti, Impp. Diocletiano & Maximiano impiis & nefariis hominibus, in nobis autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Euplii ad Augusti 11.

*Passi sunt sancti Martyres, apud Ægeam, sub Lysia Præside,* 10. *Kal. Septembris, Augusto & Aristobulo Coss. regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Claudii, Asterii & Neonis ad Augusti 23.

*Passus est Beatiss. Cyprianus Martyr die* 18. *Kal. Octob. sub Valeriano & Gallieno Impp. regnante verò Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Passio Cypriani ad Sept. 14.

Ἔπαθον οὖν οἱ μακάριοι μάρτυρες τοῦ χριστοῦ, Διονύσιος, Ρούστικος, καὶ Ἐλευθέριος, ἑβδομῇ καλανδῶν ὀκτωβρίου ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως, ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Γαλλίας, καὶ Παρησίας πόλεως, βασιλεύοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ χριστοῦ, ἅμα τοῦ πατρὸς, &c. Dionysii Martyrium auctore Methodio.

*Consummatus fuit S. Martyr Christi Theodorus, Februarii mensis* 17. *imperante Maximiano tyranno, in nos autem regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Acta Theodori ad Novemb. 9.

*Est passus venerabilis, & sanctus Dei Andreas Apostolus, apud Achaiam in civitate Patris, sub Ægeate Proconsule, pridiè Kal. Decembris, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c. Pseudo-Abdias.

*Hæc sustinuit sancta, imperante Maximiano, in nos verò regnante in infinita sæcula, Christo Iesu Domino nostro, cum quo,* &c. Acta Anysiæ ad Decemb. 30.

*Passi sunt xl Martyres 7. Idus Martii Licinio Imperatore, imò verò Domino nostro Iesu Christo regnante, cui,*&c. Passio 40. Martyrum ad Mart. 9.

Eulogius Memorialis Sanctorum cap. 1. *In nomine Domini, Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, anno incarnationis* 850. *Æræ* 888. *Consulatus autem Habdarragman.* 29. &c.

Passio Pelagii. *Beatissimus Pelagius ætate circiter* 13. *& semis, passus est annorum, Corduba (ut dictum est) in civitate, Habderragman rege imperante, die videlicet Dominica* 6. *Kal. Iulias, æra* 963. *regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit,* &c.

## III. *Monumentorum formula* Regnante Christo, *Christianorumque principum nominibus ante Philippi primi ætatem consignatorum, exempla.*

*Sepultus est* (Clodoveus) *in Basilica sancti Petri quam ipse construxerat, anno* 30. *sui regni, Domino Iesu Christo regnante in perpetuum, cui,* &c. Rorico lib. 4.

*Passus est beatiss. Placidus,* &c. *sub sævissimo rege Abdala & Duce Mamucha,* 13. *anno Iustiniani Imp. apud Messanam Siciliæ Civitatem* 3. *Nonas Octobris regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit,* &c. Passio Placidi ad Octob. 5.

*Passus est Beatiss. Desiderius Ecclesiæ Viennensis Episcopus, temporibus Theodorici Burgundionum regis, factione Brunechildis incestuosissima reginæ, iniquitati illius consentientibus & faventibus Bethane, Ephane, & Gasifredo Comitibus: dies passionis illius celebris habetur* 10. *Kal. Iunii, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre,* &c. Passio Desiderii ad Febr. XI. & Mart. 23.

*Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, in anno verò* XXII. *regni religiosissimi Ducis Tassillonis gentis Bojariorum sub die Consule, quod erat* 2. *Kal. Octobris, atque anno ab incarnatione Dominica* 772. *Indict.* XI. Canisius Antiq. lect. Charta Vabrensis

anno

anno 924. *Anno 2. quo Radulphus Rex fuit. Deo Imperante, & Regem ſpectante*, &c.

*Regnante in perpetuum Domino & ſalvatore noſtro Ieſu Chriſto, anno incarn. ejuſdem Domini noſtri* 791. *Carolus Excellent.* &c. Inſcrip. Cod. Carolini.

*Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto in perpetuum. Decet igitur Regalis*, &c. *ſcripta eſt hæc chartula anno Dom. Incarnat.* 793. *indict.* 3. *anno verò Offani Regis Merciorum* 33. *in loco celebri qui dicitur Celcyth, præſenti ſynodali conventu teſtibuſque infra nominatis confirmata. Data Deo regnante in perpetuum.* Charta S. Albani Verolam.

*Regnante in perpetuum Deo & Domino Ieſu Chriſto. Licet per totum ubique*, &c. *perſcripta eſt autem hujus donationis chartula anno Dom. incarnat.* 795. *Indict.* 5. *& regni Offani* 35. *ſub* 4. *Non. Majas in loco*, &c. Charta alia S. Albani.

*Omnipotentia divinæ majeſtatis ineffabiliter*, &c. *anno Dom. incarnat.* 796. *Indict.* 8. *ſcriptum & renovatum eſt hujus libertatis Chirographum, his teſtibus conſentientibus*, &c. alia Charta S. Albani.

*Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, anno incarn. ejus* 813. *qui eſt annus*, &c. Theganus de geſtis Ludovici ab initio.

*Regnavit glorioſiſſimus Ludovicus pro eo; regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* Vita Karoli Magni per monachum Egoliſmenſem.

*Rege regum, & Domino dominantium diſponente, & ordinante, ac auxiliante, Ludovicus Rex Francorum omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ſuique regni fidelibus*, &c. *Actum Aquisgrani palatio, anno* 7. *imperii Ludovici piiſſimi Auguſti, Indict.* 13. *Kal. Maii*, id eſt A. D. 820.

Anſegiſi Abbatis Capitularibus appoſita præfatio, *Dominante per ſecula infinita omnium Dominatore, Chriſto Salvatore noſtro, creatore univerſæ creaturæ; anno incarnationis ipſius* 827. *Indict.* 5. *anno verò* 13. *imperii glorioſiſſimorum principum, Domini*

*Ludovici*

*Ludovici Augusti Christianæ religionis magni propagatoris, & Lotharii Cæsaris filii ipsius, Ansigisus*, &c.

*Facta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis* 980. 6. *Kal. Decembrium die feria* 4. *Indict.* 8. *Imperante victoriosissimo Cæsare Ottone, anno ex quo cum felicis memoriæ seniore Augusto, genitore suo, regnare cœpit* 20, *ex quo Augustalem Monarchiam solus obtinuit, anno* 8; *super omnia regnante æterno principe Domino nostro Iesu Christo, cujus*, &c. Vita Idæ Egberti Comitis uxoris, ad Sept. 4.

Dudo sancti Quintini Decanus lib. 3. *Complevit Sacratissimus Dux Guillelmus, & Martyr Christi gloriosissimus, agonis sui cursum anno ab incarnatione Domini* 943. 13. *Kal. Ianuarias, rege Ludovico regnum Franciæ tenente, Deo vivo & verò regnante*, &c.

Willelmus Gemmeticensis *Calculus* dictus lib. 3. c. 12. *Complevit Sacratissimus Dux Willelmus vitæ suæ cursum* 16. [lege 13.] *Kal. Ianuarii, rege Ludovico regnum Francorum tenente, anno Dominicæ incarnationis* 943. *regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit*, &c.

Dudo epigrammate ad Rudolfum Comitem, *Sit tibi summus honor, Christo regnante per ævum.*

Chron. Hildensheimense, A. D. 1015. *privilegia jussit inscribere firmata, vel sigillo suæ auctoritatis, & roborata, Apost. jure Romani pontificis, ut essent illorum banno firmata, regnante Christo Rege Regum in æternum, & ultrà*: A. D. 1022. *Hoc fiat verum Christo regnante per ævum.*

Guill. Gemmetic. lib. 1. c. 11. *Francia respiravit*, &c. *propitiata piissimi Christi clementia cum patre & Spiritu sancto mundum ineffabiliter regentis per sæcula.*

*Migravit S. Harlwicus Salisb. ad Dominum, anno incarnationis Dominicæ* 1023. *Episcopatus sui* 34. *Henrico Imp. secundo hujus nominis, regnante Domino nostro Iesu Christo rege, qui vivit & regnat.* Canis. Antiq. lect.

Charta Hasprensis. *Principi æternitatis Domino nostro Iesu Christo, cui soli cum Patre & Spiritu Sancto, singularis est æternitas, omnipo-*

*omnipotentia, & incommutabilitas; sit lux perennis, gloria; qui commutat temporum tempora, & seculorum disponit medicamina, solus vivit & regnat, virtute Deifica, ego Leduinus Abbas*, &c. *Actum Redonis mense Ianuario in octava Epiphaniæ Indict. 6. regnante Serenissimo rege Francorum Roberto, anno imperii sui* 28. id est A. D. 1023.

*Regnante in perpetuum Domino qui sua ineffabili potentia omnia disponit atque gubernat, vicesque temporum, hominumque mirabiliter discernens, terminumque incertum, prout vult, æquanimiter imponens, & de secretis naturæ mysteriis misericorditer docet, ut de fugitivis & sine dubio transitoriis mansura regna, Dei suffragio adipiscenda sint. Quapropter ego Cnut Rex Angl.* &c. Charta Glastoniensis anno 1032. data.

*Actum Tornaco pontificali sede, regnante in æternum Domino nostro Iesu Christo, anno incarn. Dominicæ* 1039. *Indict.* 7. *Imperante gloriosissimo rege Henrico, anno* 12, *Hugone præsulatum agente, anno* 9. ex Miræi donat. Belgicis.

*Actum anno incarnat. Domin.* 1043. *die . . . Indict. . . gubernante principatum regionis Aquitanicæ Guillelmo Principe anno . . . . præsidente cathedram Pictavensis Ecclesiæ Isamberto præsule anno . . . . Regnante verò sine fine Domino nostro Iesu Christo.* Charta sancti Mauri ad Ligerim.

## IV. *Monumentorum Synodicorum formula* Regnante Christo *consignatorum, exempla.*

CONcilium Bracar. 2. A.D. 572. celebratum *Regnante Domino nostro Iesu Christo, currente æra* 610. *anno* 2. *Regis Mironis, die Kal. Iuniarum, cum Gallæciæ provinciæ Episcopi*, &c. A. D. 572. Iun. 1.

Concil. 3. Toleti, æra 627. Christi 589. Maii 8. congregatum. *Sint accepta in cælo & in terra quæcunque in hanc fidem accipiuntur; regnante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu Sancto, est gloria in sæcula sæculorum.*

A. D. 595. Iul. 5. Gesta Synodi habitæ à B. Gregorio Papa tempore Mauricii Augusti, &c. in urbe Roma. *Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, temporibus piiss. ac Sereniss. Dominorum Mauritii, Tiberii & Theodosii Augustorum, ejusdem Domini Imp. Mauritii anno tertio decimo, Indictione tertia decima, quinto die mensis Iulii, Gregorius Papa*, &c.

A. D. 599. Novemb. 1. Concilium Barcinonense æra 637. congregatum. *Cum Duce Domino Iesu Christo die Kal. Novemb. anno feliciter* 14. *regni Christianissimi & piissimi Domini Reccaredi Regis, Tarraconensis provinciæ Episcopi in urbem Barcinonensem, in Ecclesia Sanctæ Crucis fuissent congregati, hoc sancta Synodus statuere elegit.*

A. D. 673. Sept. 24. Concilium Herudfordiæ anno Christi 673. Indict. 1. Septembris 24. congregatum. *In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, regnante in perpetuum ac gubernante Ecclesiam suam eodem Domino nostro Iesu Christo; placuit convenire nos juxta morem Canonum venerabilium, tractaturos de necessariis Ecclesiæ negotiis; Convenimus autem die* 24. *mensis Septemb. Indict.* 1. *in loco qui dicitur Herudford.* &c.

A. D. 747. Sept. 1. Concilium Cloveshoviense, *Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, qui cuncta Patris imperio ac pariter sancti Spiritus gratia vivificante, disponit; hæc quæ subter habentur Synodalia gesta Septembris mensis initio propè loca quæ vocantur Clobeshoas peracta sunt*, &c.

A. D. 789. Mart. 24. Capitularis anno 789. Indict. 12. 10. Kal. Aprilis in Aquisgrani palatio dati præfatio ab initio; *Regnante Domino nostro Iesu Christo in perpetuum, Ego Karolus gratia Dei ejusque misericordia donante Rex, & rector Regni Francorum*, &c.

A. D. 791. Concilium Forojuliense. *Regnante Domino nostro Iesu Christo*
* Apoc. 19. 16. *in perpetuum, super omnes cœlos, & super omnem terram; * Rege Re-*
† Luc. 1. 33. Dan. 7. 27. *gum, & Domino dominantium; cujus † regnum sempiternum est, ‡ qui*
‡ Rom. 9. 5. *est super omnia Deus benedictus in secula; de cujus largissimæ benignitatis manu invictissimi principes Domini Carolus ac Pippinus, donativo pietatis ejus suscepto, regalia sceptra (ipso opitulante) prosperis guber-*

*gubernare rebus probantur. Anno igitur felicissimi principatus eorum tertio & vicesimo* & XV, &c.

Concilium 2. Cloveshoviense, *Regnante in perpetuum Deo & Domino nostro Iesu Christo, ego Athellardus larga omnipotentis gratia Dei annuente Dorobernensis Ecclesiæ Metropolitanus, cum præstantissimo Rege nostro Cenulfo convocans universos provinciales Episcopos nostros,* &c. Circa A. D. 800.

Synodus apud Celicyth. *Regnante ac gubernante Deo & Domino nostro Iesu Christo, qui dispensat orbem terrarum in æquitate, quique cœlum & omnem creaturam sua virtute penetravit, nec non cuncta Patris imperio ac pariter sancti Spiritus gratia sursum atque deorsum mirabilem in modum perficit atque discernit, & eodem Domino donante anno Dominicæ incarnationis* 816. *Indict.* 9. *hæc Synodus congregata fuerat die* 6. *Kal. Augusti, in loco famoso qui dicitur Celicyth, presidente verò Wlfredo Archiepiscopo,* &c. A. D. 816. Iul. 27.

Concilium 3. Cloveshoviense. *Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, qui mundi Monarchiam sua semper virtute gubernat in æternum, Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi* 824. *Indict. autem* 2. *regnante Beornwulfo Rege Merciorum, factum est Pontificale & Synodale Conciliabulum, in loco qui dicitur Clofeshoas, præsidente ibi Rege præfato, ac venerando viro Wulfrido Archiepiscopo,* &c. A. D. 824. Octob. 30.

Concilium 2. Suessionense. *Regnante in sempiternum Domino Deo universorum; anno incarnationis ejusdem Domini Dei nostri Iesu Christi,* 853. *anno verò regni gloriosi Caroli filii Ludovici religiosissimi, Augusti* 13. *Indict.* 1. *Episcopis juxtà instituta Canonum, Synodum celebrare volentibus, annuit idem Rex Carolus; eosque ad urbem Suessionum in monasterio S. Medardi & S. Sebastiani,* 10. *Kal. Majas convenire præcepit; ubi posthabitis secularibus curis, ipse quoque Rex adesse dignatus est,* &c. A. D. 853. April. 22.

Concilium 3. Valentinum, *Regnante Domino nostro Iesu Christo, anno* 855, *ab incarnatione ejus; gloriosissimo Lothario Imperante* XV, *Indict.* 3. *mense Ianuario,* 6. *Idus ejusdem mensis; apud* A. D. 855. Ianuar. 8.

*urbem Valentinam, in domo Basilicæ S. Ioannis adjacente. Cum propter causam Episcopi civitatis ipsius, criminibus diffamati, ex jussione præfati pii Principis reverentissimi trium provinciarum Episcopi in unum collecti resedissent*, &c.

A. D. 855. Novemb. 1. Concilium Vintoniense. *Regnante Domino nostro Iesu Christo in perpetuum, dum in nostris temporibus, bellorum incendia, & direptiones opum nostrarum, nec non & vastantium crudelissimas depredationes hostium barbarorum, Paganarumque gentium, multiplices tribulationes, ad affligendum usque ad internecionem, cernimus, tempora incumbere periculosa; quamobrem ego Ethelwlphus Rex Occidentalium Saxonum, cum consilio Episcoporum ac Principum meorum, consilium salubre atque uniforme remedium affirmavi*, &c.

A. D. 878. August. 11. Concilium 2. Tricassinum, Ioanne VIII Papa præsente celebratum. *Regnante Domino nostro Iesu Christo per infinita secula, Anno incarnationis ejus* 878. *Indictione* XI, 3. *Idus Augusti; Actio prima in Ecclesia sancti Petri Tricassina, dum Dominus Ioannes summus pontifex & universalis Papa Romanæ urbis, pro quibusdam oppressionibus Ecclesiarum in partes Galliarum devenisset*, &c.

A. D. 1081. August. 15. Concilium Moguntinum in causa Caroli Constantiensis Episcopi. *Imperante super omnia æternaliter Regum Rege, Domino nostro Iesu Christo, & sub eo regnante temporaliter Serenissimo Heinrico Rege hujus nominis* 4; *venerabili quoque Sigefrido Moguntinæ Ecclesiæ Primate & Apostolicæ sedis legato, aurigante currum Dei anno jam* 12. *qui tunc voluebatur annus incarnati verbi* 1071. 8. *Indict*. &c. & ad finem. *Acta sunt hæc apud Moguntiam Metropolim Orientalis Franciæ, anno ab incarn. Dom.* 1071. *Ind.* 8. 18. *Septemb. regnante Sereniss. Heinrico Rege hujus nominis* 4. *anno regni ejus* 13. *ordinationis verò ejusdem* 17. *apud Moguntiam verò præsulante Reverentiss. primate Sifrido, anno ordinationis ejus* 12; *super omnia autem regnante Domino nostro Iesu Christo*, &c.

V. *Monu-*

## V. *Monumentorum formula* Regnante Christo *tantisperdum Clavum Philippus primus tenuit consignatorum, exempla.*

CHarta Moissiacensis. *Iesu Christo Domino nostro regnante cum æterno Patre & Spiritu sancto, ejusdem Domini nostri Incarnationis anno* 1062. *pridiè Iduum Ianuariarum, ego Hunaldus*, &c.

*Acta sunt hæc anno incarn. Dominicæ* 1067. *Indict.* 8. *Kal. Sept. Henrico* IV *Imp. Tiethuinno Leodicensium præsule, Thiederico Stabulensi præsente, Domino autem per secula regnante.* Charta Stabulensis.

Charta Bellovacensis. *Actum in ipsa B. Vedasti Basilica, in præsentia populi, & Cleri;* 15. *Kal. Iulii, anno incarnationis Domin.* 1072. *Indict.* 4. *anno regni Philippi* XIII, *Episcopatus Domini Guidonis* IX, *regnante Domino nostro Iesu Christo per omnia secula seculorum, Amen.*

Acta electionis Gregorii VII. *Regnante Domino nostro Iesu Christo, anno Clementissimæ incarn. ejus* 1073. *Indict. & Luna* XI. Indict. 11.
10. *Kal. Maii feria* 2. *die sepulturæ domini Alexandri bonæ memoriæ secundi Papæ*, &c.

Charta Ausciensis à Clariss. Costa in Caput *Novit ille* tit. *de Iudiciis*, &c. laudata; *Anno Domini* 1080. *regnante Philippo & insuper Domino nostro Iesu Christo. cui* alia Dolensis anno circiter 1079. adjungi potest, πρεσβεύοντι Tilio memorata *Collectan.* tract. 1. p. 8. Ianuarii 16. *regnante Domino nostro Iesu Christo.* Alia etiam Fuxensis Mediavillæ visa, cujus verum sensum vir illustris Petrus de Marca hist. Benearnicæ lib. 8. c. 10. §. 2. aperuit.

Charta Charitatis ad Ligerim, *fuit ista donatio facta anno ab Incarnatione Domini* 1081; *sed* 1085. *firmata, Christo regnante in*

*cœlis, Philippo rege Francorum sceptrum tenente, Stephano Henrico suprà dicto sub patre suo Theobaldo Consulatum suum optimè regente; & Domino Girardo supradictæ sanctæ Mariæ Charitatis, priore, & fundatore loci; Philippo Trecensi Episcopo existente, & sanctè & strenuissimè * regnante.*

* Leg. videtur *regente.*

Willelmus Gemmetic. lib. 7. c. 44. *decessit Rex ferè sexagenarius, anno Ducatus in Normannia* 52, *porro regni sui in Anglia* 20; *Incarnationis autem Domini* 1087. *regnante eodem Domino nostro Iesu Christo cum æterno patre*, &c.

Charta Herimanni Metensis de translatione S. Clementis. *Anno incarnati verbi* 1090. *Indict.* 13. *regnante Domino nostro Iesu Christo, Imperante Henrico* III *Cæsare Romanorum nobilissimo, Monarchiam autem regni tenente Duce Theodorico Comite Folmaro*, &c.

Charta Pinnatensis. *facta est hæc charta æra* † 1128. *regnante Domino nostro Iesu Christo & sub ejus imperio me Sanctio Rege*, &c.

† Id est A.D. 1090.

S. Sergii Andegavensis, & Dolensem Chartas, ad annum 1095. pertinentes, aliamque sancti Nicolai Andegavensis, anno 1097. scriptam, Sectionis 2. §. 19. retulimus.

Charta Idæ Bononiensium Comitissæ, in gratiam fratrum novi monasterii, cui vocabulum Habelinghen. *factum est autem hoc incarn. Domini anno* 1096. *regnante Domino nostro Iesu Christo, anno etiam profectionis Christianorum contra Paganos Hierusalem.*

Petrus Tudebodus lib. 3. de Hierosolymit. itinere, *martyrizati fuerunt omnes isti* [ Rainoldus Porchetus miles & alii ] *in una die, portantes in cœlum candidas stolas, ante Deum pro cujus nomine feliciter hæc passi sunt, regnante Domino Deo nostro cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.* & lib. 5. ad finem. *Sciant hoc bellum, factum esse*, 19. *Kal. Septembris, in Vigilia sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, anno ab incarnatione Domini* 1099. *regnante Domi-*

*Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria per omnia secula seculorum, Amen.*

Vita Tiemonis Salisburgensium Archiepiscopi, A. D. 1101. in Palæstina passi. *Passus est B. Martyr Christi Tyemo 4. Kal. Octob. regnante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre*, &c.

Charta Arelatensis. *Hoc testamentum apud montem Peregrinum in Syria, regnante Domino nostro Iesu Christo, Domino Paschali Papa sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsidente*, 1105. *ab incarnatione Domini, Indict.* 11. *mensis Ianuarii ultima die, ipsius mensis feria* 3. *videntibus & præsentibus honestis personis, Clericis & Laïcis*, &c. *Geluira Comitissa firmat*, &c.

## VI. *Monumentorum formula*, Regnante Christo, *postquam vivere Philippus* I *desiit, consignatorum, exempla.*

CHarta Tullensis. *Acta sunt hæc Tulli in Synodo generali in majore Ecclesia S. Protomartyris Stephani, anno ab incarnatione Domini* 1111. *ordinationis verò nostræ* 4. *Indict. Epacta* 9. *concurrente* 6. *Imperante Henrico* IV, *regnante Domino nostro Iesu Christo feliciter, Amen.*

Privilegium Paschalis II, quod fecit *de Investituris* anno M. CXI. *Anno Verbi Incarnati* M. CXI. *hoc confirmatum est in Basilica S. Petri* 16. *Kal. Martii, regnante in cœlis Domino nostro Iesu Christo cum Patre æterno & Spiritu Sancto, Amen.*

Roberti Arbriselli anno 1116. Februa. 26. defuncti vita, per Balduinum Dolensem scripta, *In condigno sepultum mausoleo Ludovico in Francia regnante, Paschale urbis Romæ Papatum administrante, Domino autem Iesu Christo Imperante.*

Charta Simonis Episcopi Noviomen. in gratiam Humolarien-

lariensium. *Actum ap. S. Quintinum anno Incarnat. Verbi* 1133. *Indict.* 11. *D. Simone Pontificante, Ludovico Rege Imperante. Domino autem Iesu Christo ad nutum suum omnia disponente.*

Charta Ariensis. *Actum hoc anno Verbi Incarnati* 1169. *Kal. Augusti, per manum Roberti Cancellarii Flandriæ & Ariensis Ecclesiæ præpositi, regnante Ludovico Francorum, imperante semper Domino nostro Iesu Christo.*

Anthelmi Belicensium Episcopi, A. D. 1178. Iunii 26. denati vita. *Spiritum Domino reddidit* 6. *Kal. Iulii anno ætatis suæ amplius* 70. *Episcopatus verò* 15. *ipso regnante, cujus regnum non habet finem, Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c.

## VII. *Monumentorum formula* Regnante Christo, *sub Philippo* II *ejusque posteris consignatorum, exempla.*

STephani Diensium Episcopi, A. D. 1213. Septemb. 7. defuncti vita. *Conditus est in Ecclesia Beatiss. Mariæ sponsæ suæ, quemadmodum ipse jusserat, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui,* &c.

Iacobus de Vitriaco Orientalis hist. lib. 3. *Nonis Novembris; Salvatore mundi regnante, & Domino Albanensi Episcopo Apostolicæ sedis Legatione fungente solerter & vigilanter; capta est civitas Damiatæ absque deditione,* &c.

Idem Epistola ad Ioannem de Nivella. *Nonis Novembris, Salvatore mundi regnante, Domino Petro Albanensi Episcopo Apostolicæ sedis legato solerter vigilante, anno gratiæ* 1219. *capta est Damiata,* &c.

Eadem de Damiatæ debellatione verba Epistolæ ad Engelbertum Coloniensium Archiepiscopum datæ, inseruit Oliverius Scholasticus.

Passio

Paſſio Dominici pueri Cæſarauguſtani. *Paſſus eſt B. Dominicus, menſe Auguſto anno incarnationis Dominicæ* 1250. *regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre*, &c.

Canonicæ ſancti Petri de Taberna ſcriptiuncula. *April. ad Cœlorum regna tranſivit Belaſcutus, & juxtà altare ſancti Petri Apoſtoli ſepultus*, &c. *imperante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui vivit*, &c.

E Regeſto Burdegalenſi, Alphonſi Caſtellæ regis charta. *Factum apud Toletum, Regnante Chriſto*, 10. *Kal. Maji, æra* 1292. *id eſt anno* 1254.

Ioannis Bridlingtoniæ prioris vita, ad Octobris 10. *obiit vir ſanctiſſimus anno à partu virginis* 1379, *regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui*, &c.

Infinitum eſſet & minus neceſſarium, ſingula quæ lectionis amantibus ſpontè occurrent exempla perſequi; cùm ex iis quæ ad manum erant, & ad ipſam ferè Squerreri illius, (qui primus anno 1456. infelix labendi aliis auctor extitit) ætatem pertingebant, confutatus quantum ſatis eſt popularis error videri poſſit. Hujus amputatis quæ fruſtrà obtendebantur occaſionibus, everſiſque quæ recto ſtare talo credebantur firmamentis, reſtat ut de Regibus patriæ parentibus in quorum fama genuinum figit, de republica Chriſtiana, cui inanem veri umbram oſtentavit, de hiſtorica veritate quam deformavit, de Theologia quam novis prorſus & anteà inauditis pigmentis incruſtavit, malè merita fabula, cum Auguſti Aiace *in ſpongiam* (quanta quanta eſt) *incumbat*, nec ullum in æternum ſive auditorem ſive patronum nanciſci digna reputetur.

## IIX. *Vetus ſcheda Abbatiæ Moiſſiacenſis in Regulæ Abbatis Erloſi ſine ſcripta.*

*CIrca decimum ſeculum, Notarii * annos Chriſti in inſtrumentis & Chartis, diligentius quam anteà adjecerunt. Tunc etiam Epiſcopi temporali fulgentes auctoritate, tempora eorum nominibus computari voluerunt; † quod ab illis etiam uſurpatum qui ſolo ſpiritali gladio gaudebant; ut (ſi non dominii) ſaltem religionis prætextu nomen oſtentarent: poſtmodum alii ‡ minus ſuperbi, * non ipſos ſed Chriſtum regnare in inſtrumentis apponi fecerunt. Sit igitur gloria Chriſto non mundo.*

Ανάκρισις.

* Mos ille à Dionyſii *Exigui* tempore annoque communis æræ plus minus 532. cœpit; nec poſteà niſi rariſſimè interruptus eſt.

† Facilè aſſentior.

‡ Diverſum abire me cogunt, ante Gregorii Magni ætatem, hoc eſt 400 annis antequam temporalis ullus principatus Epiſcopis tribui cæpiſſet, formulâ *regnante Chriſto* conſignata monumenta.

* Nec *ab Epiſcopis* ſolis *minus ſuperbis*, ſed à Clericis & laïcis paſſim, formula illa actis appoſita eſt: nec vanæ gloriæ typhus Epiſcopos ullos adeò tumefecit, ut ſe non *Chriſto miniſtrare*, ſed *regnare* ſomniarent, aut aliis perſuadere ſe poſſe ſperarent: ſed qui ſua nomina, & adminiſtrationis annos Actis appoſuerunt, *regnante* principe, *Epiſcopante* præſule ſcripta eſſe adnotarunt.

---

# ADDENDA.

PAg. 62. ad lin. 22. ſcribe: Sic olim (eruditiſſimo Camdenô teſte in Suſſexiæ deſcriptione) inter Anglos *Ioannes de Camois filius D. Rudolfi de Camois uxorem ſuam Margaretam Ioannis de* Gaideſden *filiam & hæredem, Guillelmo* Paynell *militi ſpontanea voluntate dedit & dimiſit*, &c. *ita quod nec ipſe nec aliquis alius nomine ſuô in prædictâ Margaretâ in bonis & Catallis ipſius de cætero exigere vel vindicare potuerit nec debuerit in perpetuum.* Imò eodem quo Bertradam Philippus detinuit tempore Sibyllam Rogero Porcenſi Comite natam, vivente priore marito Godefrido Namurci Comite qui divortio facto Ermeſindim Lucemburgicam duxit, deſponſavit, & ad vitæ finem tenuit Ingelramnus Ambianorum Comes, Codiciaci & Botuæ Dominus.

Pag.

Pag. 144. lin. 8. adde ad marginem: *Regis per matrem consanguineum, prout ex sequenti tabella constare potest.*

Hugo Capetus Rex Adelhaidis Pictau. maritus.

Robertus Rex Constantiæ Arelat. maritus — Hadwidis Rainerii Hannoniæ Comitis uxor

Henricus Rex Annæ Russicæ maritus

Philippus I Rex.

Beatrix Ebali I Comitis de Roceio ac exinde N. uxor

1 nupt. Ælis Hilduini I Roceii Comitis uxor — Hadwidis — 2 nupt. Manasses Archiepiscopus.

Hilduinus II Adelæ maritus

Ebalus II qui Manassem pro virili protexit. Vide Gregorii VII. epist. l. 6 epist. 3. & l. 8 epist. 18.

---

## CORRIGENDA.

Pag. 2. lin. 7 à fine *lou Papa.* lin. 8 à fine *moric.* p. 22. lin. 3 *Crispeii.* lin. 9 *Nerra.* lin. 12 à fine *Trecens.* p. 23. lin. 6 *Tricarii.* lin. 7 *Pictavensis maritus.* lin. 11 & 5 à fine *Trecens.* p. 25. lin. 9 & 10 *Erleva Erlevâ.* pag. 26. lin. 3 à fine *Rechins.* pag. 27. lin. 8 *Rechins.* lin. 15 à fine *Vindocinens.*

Pag. 36 tabulam sic corrige: Gaufridus *Grisatunica* Adelæ, &c. maritus

Fulco *Nerra* Hildegardis maritus — Adela *Blanca* Guillelmi I. Arelat. Comitis uxor.

Gaufridus *Martellus* — Ermengardis Alberici Wastinensium Comitis uxor

Gaufridus *barbatus* — Fulco *Richinus* Hildegardis Lancelino Balgentiacensi & Paula Cenomanensi prognatæ 2 Ermengardis Borboniæ III. Bertradæ Simonis de Monteforti & Agnetis Ebroicensis filiæ maritus

1 nupt. Ermengardis. — 2 nupt. Gaufridus Martell. — 3 nupt. Fulco Hierosolymit. — Agatha Langelini Balgent. uxor.

Ermengardis Roberti II Arvernorum Comitis uxor

Guillelmus III Philippiæ Gabalitanæ maritus

Philippia Arcimbaldi III de Borbone uxor

Ermengardis Fulconis Richini, ac exinde Guill. Ialiniacensis uxor. — Arcimbaldus — Haimo

Ermengardim Guillelmo I Arelat. & Adela natam Roberti II Arvernici (Guidonis de Roya Rhemensium Archiepiscopi fidem secutus) uxorem scripsi, alii tamen Adelam ipsam Roberto secundis nuptiis copulatam volunt; quod si idoneis argumentis probent, fuerit Ermengardi Borboniæ gradu uno propinquior Fulco *Richinus.*



Pag. 37.

Pag. 37. lin. 4. à fine *Cenomanensem.* pag. 38. lin. 13 *Archiu.* pag. 51. lin. 12 *Rechins.* Ibid. lin. 13. à fine *post quadrimestrem excommunicationem* Philippum *manus dedisse* Bertholdi auctoritate fretus scripsi, sed cum Bertholdus Turonibus reconciliatum Papæ Phil[illegible]pum non scribat, sed *tandem* & *dum adhuc in Galliis moraretur*, sequenda videtur Chronici M[illegible]ensis inediti (cujus mihi postea copia facta est) fides; sic enim de Papa habet, *inde* (Santonibus nim. ubi Pascha April. 13 celebravit) *remeavit Romam & in eundo remeavit Nemausum civitatem, ubi item tenuit Concilium, & reconciliavit Philippum Regem Francorum.* cum igitur Santonibus Tolosam ubi S. Saturnini basilicam consecravit, 2 Magalonam quam rursus numeroso Præsulum Comitatu stipatus dedicavit, 3 Nemausum petierit, mense circiter Iulio Philippo manus danti communionem restituerit, excommunicationem ad 8 mensem durasse verisimilius est.

Pag. 55. lin. 4 à fine *dilatum* Concilium Pictavis celebrandum asserere ausus non ausus, an *quod poscebat* Ivo *impetraverit, incertum* scripsi, sed postea *impetrasse* me docuere hæc Malliac. Chronici verba, 13 *Kalend. Novemb. fuit Concilium quod tenuerunt duo Cardinales Ioannes & Benedictus.*

Pag. 56. *unde* fabulam Baronio Cardin. *gratam hauserit* Bouchetus *nescire* me scripseram. nondum enim in Chronicon Malliac. incideram in quo hæc postea legi, *uni eorum* [Legatorum] *Ioanni nomine apparuit S. Hilarius, & dixit ei confirmando*, Ioannes, noli timere, viriliter age, cras ero tecum; *& excommunicavit Regem Philippum in ipso Concilio*, sed visum sibi S. Hilarium, Guillelmo Duci Legatum persuasisse, quod notatus à Gaufrido monacho eventus refellit, nec ex Chronico Malliac. nec ex alio ullo *hausit* Bouchetus.

Pag. 61. lin. 1. margin. *Vulcass.* lin. 6. à fine Gaufridum Martellum, anno 1106 cæsum ex Orderico monui, sed cædem illam in annum præcedentem conferre me cogit Malliac. Chronicon *Anno* 1105, 7 *Kalend. Iunii* seu Maji 26 *Gaufridum occisum* notans.

Pag. 62. Spretum à Guillelmo Regem in eum iniquior Ordericus scripsit, sed fide dignior Malliacensis Chronici auctor ad annum 1105 negat, *aliud* (inquit) *bellum adunatum est inter Fulconem Comitem Andegavorum & Willelmum Ducem quod Rex Philippus concordavit.* hinc enim manifestum fit Regem cum Guillelmô nequaquam contendisse, sed jurgantibus propinquis concordiæ legem dixisse.

Pag. 64. lin. 4 *Manasse Calvo.* lin. 8. à fine *Tancredo.* p. 65. l. 2 & 12 à fine & 6 à fine *Levis.* lin. 5 *Cailletot.* lin. 12 *Marka.* lin. 13. à fine *Danvilla.* lin. 17 *Anglurii* lin. 20 *Ludovica.* p. 66. lin. 14. à fine *Bitterrensis.* pag. 67. lin. 3 *d'Equetot.* p. 68. lin. 4 ad *Odeti* nomen adscribe 2 *nupt.* lin. 15. *Fulcaudi.* lin. 4 à fine *Charneii.* pag. 70. lin. 8 *Avaugour.* pag. 73. lin. 8 à fine *Atestini.* pag. 74. lin. 16 *Fulcaudi.* lin. 21 *Baufremontii.* pag. 80. lin. 14 *Caroli.* pag. 97. lin. 14 à fine *æquior, ad.* pag. 108. lin. 12 *Ludovici.* p. 119. lin. 14 *anno* DCCLXIIX 14 *Kal. Octob. feria* 1. pag 157. lin. 15 à fine *Remigio.* pag. 180. lin. 8 marg. Cum Taruannensis Episcopatus *Pontici* olim dictus sit, unde nata vox *Ponthieus* nunc *Ponthieu* Pontivum dictum Ambianensis Episcopatus pars est, ideò ad vitandam confusionem quæ erroris fons esse solet scribe *S. Bertin en la ville de S: Omer.* pag. 178. lin. 3 ἀμύντῳ. p. 179. lin. 15 à fine *judicio.* p. 181. lin. 6 *Lætus.* p. 185. lin. 5 *naturalis patris pater.* pag. 188. lin. 5 *cedant?* p. 196. lin. 7 à fine *Episcopus.* pag. 198. lin. 4 à fine *multorum.* pag. 221. marg. lin. 4 *Eburovices.* pag. 237. lin. 16. *Salernum.* pag. 239. lin. 15 *sanciendum anno.* p. 245. lin. 6 *Indict.* 13. pag. 262. lin. 14 à fine *Legatos.* p 281. lin. 16 *despicienda.* p. 284. lin. 10 *sacris.* pag. 290. lin. 4 *ammonitus.* pag. 292. lin. 4 à fine *Venere.* pag. 297. lin. 11 a fine *impulsu Guillelmum nihil.* pag. 268. lin. 3 *concedere?* pag. 269. marg. lin. 4 *Deols.*

F I N I S.